
Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LV
B
46 - 47
NAPOLI


AD DEXTERAM ORIENTIS, CALAMITATES MEÆ, ILLICÒ SVRREXERVNT. REDACTVS SVM IN NIHILVM. IOB. 30
CHRISTIANI INTESTINO BELLO DEBILITATI, INIMICIS ECCLESIÆ RESISTERE NEQVIBVNT METHODIVS.
HISTORIA
CONSTANTINOPOLITANO-
TVRCICA:
POST AVVLSVM à
CAROLO MAGNO
OCCIDENTEM, ad hoc
usq; ævuum deducta.
Auct. & Collectore,
CHRISTOPHORO BESOLDO J.C.
ARGENTINÆ,
mptib. Hæred. LAZARI ZETZNER
ANNO M.DC.XXXIV.
I.B.

HISTORIA CONSTANTI-NOPOLITANA

Poſt avulſum
à

CAROLO MAGNO

OCCIDENTEM, AD NOSTRA
usq; tempora deducta:

ET EX VARIORVM HISTORICORVM collatione, ac ipſorum verbis formalibus repræſentata;

Per

CHRISTOPHORUM BESOLDUM, JC.

Ejusque pars prior, Seriem & res geſtas continet Græcorum Imperatorum;

Poſterior verò, Regum atque Principum Turcicorum.



ARGENTORATI
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

M. DC. XXXIV.

L. S.

QUanta Hiſtoriarum utilitas exiſtat, nemo, cui ex meliori luto Titan præcordia finxit, neſcire poteſt. Sed quãtus incluti hujus ſtudii, neglectus hodiè paſſim fiet, dicere vix licet; & quibus prudentiâ tinctus eſt animus, tacitis cogitationibus deplorant. Sunt ſanè geſta Temporum præteritorum, præſentiũ κριτήρια ſatis certa, & indicia futurorum minimè ſpernenda. Nec niſi occaſionẽ magnarum calamitatum facere poteſt; cùm qui negotiis publicis præſunt, olim quæ ſint facta, & quid poſt temeraria quondam auſa fuerit ſubſecutum, ignorant. Hiſtoriam porrò ſedulam perluſtrationem, ſingulariè tempora noſtra requirere videntur; quibus nempè animum firmare in-

primis expedit, conſtantibus exemplis: ac acerbè magis affliƈtantur, ſi qui neſciunt, alios etiam bonæ mentis complures, graviora cunƈtis ſeculis fuiſſe paſſos. Et ſic ego, dū Orbis Chriſtianus, lento committitur Duello, & ferè nemo non, bellicis ſaltem cogitationibus detinetur; inter veterum Hiſtoricorum monumenta, tranquillus deliteſco: exindeq; capto præſentium levamētum, & ſolatia impendentium malorum. Ut verò ſimul, & aliis aliquid facerē emolumenti (qui præſertim ſcripta prolixiora pervolitandi, facultatem non habent) Regum, nobis magis notarum Nationum, & Monarcharum pariter res geſtas, ex multifariis Auƈtoribus concinnavi: plerunque tamen eorum quos laudo, quorumque fide nitor, retentis verbis. Volui namque, omni ſine partium ſtudio (quantum cauſas procul habere debet omnis, qui Hiſtorias ſcriptis mādat),

dat) nudum hîc agere relationem, non ſcriptorum alienorum cenſurã. Sufficiat nunc ſcire, quid alii monumentis conſignârint, non quo modo quid debuerint poſteritati conſecrare. Haud etiam officii mei eſſe reputavi, Divinæ providentiæ indagare arcana, vel in veritatem inquirere myſteriorum Religionis: quod ſolũ faciunt ii, qui neſciunt, quid ſit memoriam publicam ita literis conſignare, ut eam inoffenſo pede transcurrere poſſint, diverſis etiam dogmatibus addicti. Solùm mihi adſcribas inquirendi, & diſponendi laborem: ac ſi in eo minùs quid placet, operis ipſius difficultati: Errata verò impreſſionis, meæ à prælo abſentiæ, adſcribas. Cætera, ſi quæ forſan diſplicebunt; imputanda ea ſunt iis, qui materiam minùs probam ſuppeditârunt: non mihi, qui centones hoſce, ex panniculis, ut varii ac diverſi coloris ſeſe offerebant, conſarcina-

cinavi. Non item ſeriem continuam rerum geſtarum, aut quoq; temporis ratione͂, ubiq; obſervavi. Sed collegi cumprimis, quæ ad Judiciū Politicum informandum, viſa ſunt pro futura; aut propter raritatem, curioſos ſaturare poſſunt. Prodit nūc junctim Hiſtoria Regum Conſtantinopolitanorum, ac Turcicorum: quorum etiam Acta, non rarenter concurrunt. Inibique præcipuè notabis, quid perdiderit Græcos; quidq; cum inæſtimabili damno Chriſtianorū, evexerit Turcas? Ac ſi ſtudium hocce tibi non ingratum erit, ſiq; vitam & pacem, benignè largietur Deus; ſuccedent mox Hieroſolymitani, & Siciliæ utriusq;, Hungariæ item, Poloniæ ac Bohemiæ, ut & Angliæ, Scotiæ, Sueciæ, Daniæ; Franciæ quoque, ac Hiſpaniæ Reges. Quatuor itidem ſummarum Monarchiarum Imperatores: & tande͂ Pontifices Romani. Sicq; Vale, & iteratò ſalve.

S E-

SERIES IMPERATORUM Orientis poſt avulſum Occidentem : & Eornm vitæ.

Prior numerus Annum Chriſti; poſterior paginam notat.

Nicephorus Logotheta. A.C.802. pag.1.
Stauratius , & Michael Curopalates cognomento Rancabes. A.C.811. 11
Leo Armenius. A.C.813. 16
Michael Balbus ſeu Traulus. A. C. 820. 25
Theophilus. A. C. 829. 32
Michael. 3. cognomento temulentus. A.C.842. 40.
Baſilius Macedo. A. C. 867. 57
Leo Philoſophus. A. C. 886. 73
Alexander. A. C. 911. 93
Conſtantinus Porphyrogenneta. A. C. 912. 94
Romanus Porphyrogenneta. A.C.960. 1.8
Nicephorus Phocas. A. C. 963. 120
Iohannes Zemiſces. A.C. 969. 135
Baſilius & Conſtantinus Porphyrogenniti. A. C.976. 140
Romanus Argyropulus. 1028. 153

Michael Paphlago. 1034. 161
Michael, cognomento Calephates. An. Ch. 1041. 167
Conſtantinus Monomachus, ſeu Duellator. A. 1042. 176
Theodora. Porphyrogenneta. 1054. 189
Michael Stratonicus. 1056. 191
Iſaacius Comnenus. 1058. 196
Conſtantinus Ducas. 1059. 264
Romanus Diogenes. 1068. 209
Michael Ducas. 1071. 219
[illegible]
Alexius Comnenus. 1080. 227
Iohannes Comnenus, Calo Iohannes vulgò dictus. 1118. 253
Manuel Comnenus. 1143. 266
Alexius Porphyrogennitus, cognomento puer. 1180. 294
Andronicus & Comnenus. 1183. 298
Iſaacius Angelus Comnenus. 1185. 322
Alexius I I. cognominatus Angelus. 1195. 339.
Alexius Iunior, una cum patre. 1203. 353
Ducas Alexius, cognomēto Murzufli. 1204. 359
Balduinus Flander. 1204. 367
Henricus Flander Balduini frater. 1206. 386
Petrus Altuſiodorenſis. 1217. 392
Robertus Antiſiodorenſis. 1221. 394
Balduinus I I. 1229. [illegible]

Mi-

Michael Palæologus. 1259. 399
Andronicus Palæologus ſenior dictus. 1283. 427
Andronicus Iunior Palæologus. 1320. 450
Iohannes Cantacuzenus 1338. vel ut alii. 1341. 493
Iohannes VI. vulgò Calo Iohannes dictus. 1354 aut 1357 506
Andronicus IV. Palæologus. 1383. 524
Emanuel Palæologus. 1387. 527
Iohannes Palæologus. 1420. 555
Conſtantinus Palæologus cognomento Dragoſes, ultimus Conſtantinopoleos Imperator Chriſtianus. A.C. 1448 vel 1445.

SERIES REGUM ET IMPERATORUM TURCICORUM AB Ottomanno usque ad præſens tempus.

Prior numerus Annum Chriſti, poſterior paginam indicat.

Othomanus. A. C. 1300. pag. 635
Orchanes. 1326. vel 1328. 647
Amurathes I. 1357. alii 1359. 653
Bajazeth. 1383. 678
Iſa Begus. 1398. 713
Emir Suleiman. 1398. 713
Moſes Gilibi. 1414. 713

Maho-

Mahomet. 1414. 713
Amurathis. II. 1421. 729
Mahometes II. *Primus Turcarum Imperator.* A. C. 1451. 779
Bajazeth. II. 1481. 883
Selimus. 1514. 962
Solimannus. 1520. 1010
Selymus II. 1566. 1147
Amurathes III. 1574. 1195
Mahometes III. 1595. 1242
Achmat, ſive Amath. 1604. 1292
Muſtapha. 1617. 1309
Oſman. 1618. 1311
Muſtapha iterùm. 1622. 1347
Amurathes. IV. 1623. 1353
Prophetia de Imperii Turcici fine.

IMPE-

IMPERATORES ORIENTIS, POST AVULSUM OCCIDENTEM.

I. *Nicephorus Logotheta.*

A. C. 802.

LOGOTHETÆ nomen (à ponendis ſeu diſcutiendis rationibus deductum) variis apud Græcos Imperatores dignitatibus appoſitum fuit. Erat enim Logotheta Eccleſiaſticus, Caſtrenſis, curſus publici, rei pecuariæ &c. Latinè Diſcuſſorem vocant: fuêre namque Diſcuſſores veluti cognitores, & diſceptatores publicarum rationum, ab aliis tractatarum. *Cujac. ad tit. de Diſcuſſorib. lib 10. C.* Inter omnes verò Logothetas, excellebat ὁ μέγας: ejusque munus circa mandata & bullas Imperatoris occupabatur; & is idem, Iusjurandum à novo Imperatore accipiebat. Nicetas *lib. 7.* eum eſſe dicit, qui Latinis Cancellarius eſt. *Vid. Gretſerum, in com. ad Codinum, lib. 1. c. 6. n. 4. lib. 2. c. 2. n. 12. & 18. Meurſium, in Gloſſar. Theodor. Douſam, in Not. ad Chron. Georgÿ Logotheta. à pr. Eberlinum, d. orig. Iur. c. 19. fol. 109.* Zonaras autem Nicephorum, γενικὸν λογοθέτην, appellat: quem à Magno Logotheta ſe-

 paras

parat Codinus, Curopalata, *l. offic. Conſtantinop. c. 5. n. 18*

2. Nicephorus, qui expulſâ Irene, penitusque avulſo per Carolum Magnum Occidente, in Oriente regnavit; indignè quidem tulit Caroli factum: ſed is humanitate, modeſtiáque ſuâ, Nicephorum delinivit, ita ut miſſis donis, amicitiam uterque coluerint, ac utriusque Imperii certi limites fuerint conſtituti. *Aventin. Annal. lib. 4. Cuſpinian. in hiſtor. Cæſarum. fol. m. 178.*

3. Verba Cuſpiniani ita ſe habent: Cùm Carolus Magnus, Auguſtus & Imperator dictus, Legatos ad Irenen Imperatricem Conſtantinopolitanum, pro fœdere inter Francos, Græcosque firmando, miſiſſet; Græcorum Proceres, ne Irene ſuis nuptiis, Græcorum ſpem omnem in Franciam deferret, in Lesbum inſulam, eam deportârunt, ubi conſenuit. Nicephorus verò, fraudulenter Imperator creatus, & in Templum ductus, coronatus eſt de more, præter ſpem omniũ. Ne tamen vacui redirent Caroli Imperatoris Legati, miſit quoque Apocriſiarios, de renovando fœdere, ut ſcilicet in has conditiones iretur: Ambo Auguſti eſſent, fratresque dicerentur, Orientis alter, alter Occidentis. Circa Italiã, cui Pipinus Caroli filius, Rex præerat, Bernhardusque ſucceſſit, hæc obſervarentur: Vt hinc à Neapoli, illinc à Siponto, quicquid ulterioris Italiæ in mare procurrit, cum ſuis è regione Inſulis, à Græco; reliquum à Franco Imperatore jura peteret. Inter duo Imperia, mediusque finalisque

Cardo VENETIÆ, utriusque Imperii Majeſtatem piè conſervarent, *ac de Baron. Annal. tom.9. A.C.810.n.18 & ſeqq* Et Cruſium, *Annal. tom.2.lib.1 c.1* ubi ait: Metuebat iſte Nicephorus Carolum. Vndè dicebat: Francum amicum habeas, vicinum non habeas. Erat Græcis invidioſum negotium; Occidentem ab ipſis avulſum, & jam proprio Imperio evectum eſſe; ſed quid faceret, contra tantam Caroli potentiam & virtutem?

4. Quomodo autem Irene, è ſolio deturbata, & Nicephorus Tyrannus, Imperium invaſerit: de pia etiam Irenes moderatione, in tanta rerum mutatione: videri poteſt Zonar. tom. 3. & ex Theophane (qui iſtis temporibus Conſtantinopoli degebat) Card. Baronius *A C 8 2. a pr.* plura adducit, ac inter alia ita ſcribit. Nicephorus Imperium nactus, poſtero die, ſumptis quibusdam Patriciis, aſcendit ad Imperatricem, cuſtodiæ mancipatam, ſimulans (ut ei moris erat) falſam benignitatem, per quam & plures decepit; & excuſans ſe, quòd invitus ad Principatum aſcenderit. Fiduciamque habere, doloſè monebat eam, etiam cum juramentis, de omni corporali requie, quam conſequi Dominam à ſervo deceret. Commonebat poſtremò, nil occulere à ſe Imperialium Theſaurorum. At verò dilecta Deo Irena, quamvis congrueret, ut paſſione tam repentinæ commutationis, utpotè mulier, teneretur: forti prudentiâ, dixit ad eum, qui heri quaſi ſervus perjurus fuerat, hodiè ſolers & ſeditioſus Tyrannus, ac impudens habetur. Ego quidem, ô homo, Deum deputo, & pridem cùm eſſem orphana, exaltâſſe me, ac dein ſuper ſolium,

cùm eſſem indigna, provexiſſe me: cauſam verò depoſitionis mihimet applico, & peccatis meis adſcribo. In cunctis autem ac modis omnibus, ſit nomen Domini benedictum. Porrò modum promotionis tuæ Deo redde. Veruntamen delatas mihi contra te, ſuper dignitate, quâ nunc circumdaris, auditiones non ignorabam, quas veras fuiſſe rerum finis oſtendit: quas ſi moleſtè tuliſſem, facile mihi erat te interficere: ſed modò juramentis tuis fidendo, modò tibi parcendo, multos mihi devotos parvipendi: Deo quæ mea ſunt dans, per quem Reges regnant, & potentes obtinent terram. Sed & nunc, cùm ſis pius, & ab ipſo profectus, te adoro, & peto, meæ parcere infirmitati, & concede mihi domum Eleutherii, à me conſtructam, in refocillationem incomparabilis calamitatis meæ. At ille: ſi hoc vis fieri tibi, jura mihi per omnem Divinam virtutem, non abſconſuram te quicquam ex theſauris Imperii, & adimplebo poſtulationes tuas. Quæ juravit ei, ad pretioſa, & vivifica ligna, quia non movebo à te obulum ullum: quod & fecit. Verùm ille conſequutus, quod deſiderabat, protinùs exilio relegavit eam ad Principem inſulã, in Monaſterio, quod ipſa ædificârat. Quæ ad verbum ferè, Cedrenus quoque habet.

5. Sed & in hoc eventu, cernere licet, æquitatem Divinorum judiciorum: quod & Glycas obſervavit, dum ait. Irene particeps erat Imperii Conſtantini filii, nec quæ ab ipſo deſignabantur, æquo pati animo poterat. Nam & matrem aliquando ſubmovit ab Imperii gubernaculis: quanquàm eam, pœnitudine ductus, deinceps in Aulam reduxit. Itaque filium, mater conſo-

pitum

pitum, oculis ſpoliat &c. Verùm oculus ille, qui cunctas res mortalium inſpicit: nequaquam ſopitus obdormiit. Nam hâc Imperii voluptate, perexiguum ad tempus deguſtatâ, tandem Irena, craterem abſinthio dilutum bibit. Etenim quidam ex Ordine Senatorio, cui nomen Nicephorus, motu adverſus eam concitato, non ſine dedecore Regnum ipſi eripuit.

6. Cæterùm Nicephorus, improbitate ac perfidiâ inſignis & hianti, ſemper avaritiâ infamis fuit. Quicunque è re tenui, ad magnas opes perveniſſent, eos theſauros inveniſſe criminās, fortunis omnibus exuebat. Aitque Theophanes; hujus Principatu, Chriſtianos graviorem nullo tempore conſequutos eſſe: quippè qui omnes, qui ante ſe imperâſſent, ambitione, luxuriis, atque barbaricis crudelitatibus, ſuperârit.

7. Nicephorum in omnibus impium & ſceleſtum fuiſſe, nemo non illius ſeculi hiſtoricorum atteſtatur. Theophanes, poſtquam diras, & recens adinventas exactiones recenſuit, hæc addit. Denique militares Principes, more ſervorum uti Epiſcopis, & inferioris ordinis Clericis, juſſit. Adituris Epiſcopia, & Monaſteria, tributum impoſuit perſolvendum. Aurea & argentea Eccleſiæ vaſa improbabat; eademque licet ſecreta, pro communibus habebat: illud Iudæ, de unguento exhibito Domino uſurpans; ut quid perditio iſta! Manichæorum amicus ferventiſſi-

mus erat; reſponſis eorum, & immolationibus ſemper congratulatus. Adeò, ut cùm Bardanius Patricius, contra eum inſurrexit, hos advocârit, huncque eorum molitionibus ſubegerit Taurum quippè in loco quodam, ferreo palo cornibus alligās, ad terram incurvatum, ſic dum mugiret & volutaretur, occidi fecit, hujusq; reſtem, in molâ, versâ vice molens, & incantationibus uſus, victoriam tulit permittente Deo, propter multitudinem peccatorum noſtrorum.

8. Cuſpinianus, f. 879. Non, inquit, deſtitit alia ſuper alia excogitando, in jacturam ſubditorum, quò ſuæ avaritiæ inſerviret. Pauperes militare coëgit, quibus ditiores arma ſubminiſtrabant & tributa: quæ ipſe vocabat εἰς ἀλλήλους τροφὴν, id eſt, mutuam nutricationem. Inſuper & quæſtores inſtituit, per quos vectigalia augerentur, quique ſupra Chartiacum, id eſt, quod jam ſcriptum erat, & taxatum, peterent in unoquoq; numiſmate duo ceratia, id eſt, duas ſiliquas. Hi verò etiam meliora rerum immobilium à propriis dominis abripientes publicabant. Excogitavit præterea, quo modo per futurum quisque tributum penderet, non ſine maxima animi lætitia. A qua quidem penſione, non Eccleſiarum cultores, non Ptochia, & pauperum hoſpitalia, non Gerocomia, ubi ſenes nutriebantur, non denique Monaſteria erant ſalva. Sed & qui parvum haberent agellum, qui tenuem victum ſubminiſtrabat cultori, dare cogebātur avariſſimo Principi vectigal. Si quos autem reperit ab egeſtate ad divitias quacunque vel fortunâ vel induſtriâ evectos, ab iis veluti reperto theſauro emulgebat, quantum potuit. Mercatoribus autem & artificibus

tificibus, quicunque lucrum facere videbantur, ita invigilavit, ut pecuniæ quantitatem, quam poſſet, eis eriperet. Etſi externi eſſent mercatores, aut nautę, qui Conſtantinopoli negotiabantur, ut agros ibi mercarentur, licet agriculturæ eſſent ignari, imperabat, quò poſſet ab illis tributa exigere. Ex infinitis unum recenſere puto non inutile, inexplebilis avaritiæ facinus. Ruſticus quidam, qui apes diligenter curabat, ex melle & favo honeſtum faciebat lucrum, quaſi multarum divitiarum dominus. Is à Nicephoro accerſitur, ac jurare cogitur, ut divitias ſuas illi aperiat. Is præſtito juramento, licet invitus, ſe centum libras auri habere ingenuè fatetur, quas ſtatim proferre jubetur. At Cæſar, ablatis nonaginta libris, decem illi reſtituit: Satis, inquit, tibi in iis decem, tãtarum pecuniarum tibi opus non eſt; dehinc ſuæ menſæ adhibuit convivam, ut prandium faceret pro nonaginta libris. De Nicephori etiam avaritiâ, malisque artibus, plurima quoque habet Cedrenus. f. 393.

9. Sed tanta vanitas eſt hominum, rerumque humanarum, ut tale portentum, omniumq; ſcelerum ſeminarium; non nomen ſolùm pii & Catholici affectârit, ſed & obtinuerit apud multos. Qua de re Baronius, A. C. 806. n. 3. Arte regnandi, ſceleſtiſſimus Imperator, præ ſe ferebat pium, religioſum in omnibus, induens lupum paſtoris habitu. Tyranni diluens nomen juſtis quibusdam rationibus; quòd videlicet non liceret uni fœminæ (Irenæ ſc.) Romani Imperii moderari habenas; nec quidem expedire in tanto orbis diſcrimine, imminentibus undique Saracenis, uni fœminę creditum periclitari Imperium.

Hæc & alia ipſe populo ingerens,&viris religioſis Monachis ſervis Dei;non ſolùmTyranni nomen abolevit, ſed bonum quoque nomen fuit conſecutus, ut de eo, quæ eſſent optimi Principis, prædicarent non adulantes Aulici tantùm, ſed viri quoque ſanctiſſimi.

10. Tandem cùm Saraceni Aſiæ reliquias,Bulgari (antiquitùs Triballi,recentioribus ſeculis Servii dicti)Thraciam populationibus vexarent; pace à Sarracenis auro redemptâ, in Bulgaros exercitum ducit, eosque victos exuit caſtris: ſed victorem ſecuritas vicit. Eum itaque omnes pacis cōditiones repudiantem, Bulgarorum Dux,deſperatione audaciam ſtimulante, noctu ex improviſo caſtra aggreſſus,magnâ cum ſtrageGræcorum obtruncat Caput ſtipiti infixum,diu ſpectaculo ludibrioque Barbaris fuit.

11. Zonaras, tom.3. hâc de re ita ſcribit.Imperator cùm bellum adverſus Bulgaros ſuſcipere decreviſſet,& quidam ex ejus intimis ipſi ſuaſiſſet,ut ſubditos clemētiùs tractaret.Nam omnes, inquit,contra nos vociferantur:& ſi quid adverſi nobis acciderit, omnes caſu noſtro lætabuntur. Reſpondit ille: Deus cor meum quemadmodum Pharaonis induravit. Ne quid igitur à me bonum iis eventurum expectato, qui in manu mea ſunt. Acceſitis igitur undique legionibus, in Bulgariam profectus, Crumo genti imperante,principiò ſecundâ fortunâ uſus eſt,ut &

lam illius caperet (ſic enim Bulgari ſui Prin-
pis habitationem appellabant) & conclavi-
is, ut ſuis, ſigilla imprimeret, & multos ſuo-
m, ob ſpoliorum rapinam mulctaret. Crumo
item fractis animis ſupplicante, ut genti par-
ret, & quibus ipſe vellet conditionibus pacem
ret, ſucceſſu elatus, nullas conditiones admi-
. Crumus igitur deſperatis rebus, ſibi jam de
ſa vita dimicandum ratus; coactis ſuis copiis,
ſque cohortatus, caſtra Romanorum noctu
vadit, omnibus ſine excubiis dormientibus,
eque enim in tanta deſperatione, unquam au-
ros ſecum Barbaros congredi putabant) ſta-
n in tabernaculum Imperatoris facto impe-
, Nicephorus occiſus eſt: quo autem pacto,
noratur. Fertur à ſuis ex odio per inſidias in-
fectus, ſive cædem hominis peſtilentis auſpi-
is, ſive à Barbaris inchoatam, executis. Fuit
Stauracius (Nicephori filius) inter humerum
trum & jugulum vulneratus, cæſique ſunt
lti viri excellentes, multi magiſtratibus præ-
i, multi Duces, & dignitatibus illuſtres; gre-
ii verò milites, Imperatorii Comites, aliique
niſtri innumerabiles. Direptum eſt univer-
n Imperatoris inſtrumentum, & totum Ro-
norum vallum. Barbari magnis opibus ſunt
iti, multis armis, equiſque plurimis. Staura-
s ægrè evaſit, & alii, quos nox texit, in dume-
paludibus, & aliis ejusmodi locis latitantes.
imus, Nicephori caput amputatum, per ali-
ot dies crucibus ſuffixum, ſpectandum præ-
t, & rei benè geſtæ pompam celebravit. De-
e oſſe verticis reſecto, cute direptâ, capite ar-
to inducto pro calice uſus eſt, infuſoque vi-

no,ſuis ex eo propinavit. Romanorum interitu, & Imperatoris cæde Byzantii nunciatâ, luctus ubique magnus fuit, cæſorum neceſſariis ululantibus. Calamitatem tamen levabat Imperatoris interitus, quo omnes lætabantur.

Logoth. ta nomen & munus. 1.

Orientalis & Occidentalis Imperii diviſio ac limites. 3.

Prudentis Principis eſt, magnum etiam damnum diſſimulare: & cùm id recuperare nequit, præ dubio bello, pacem eligere ſecuram. 2. & 3.

Imprudens eſt Princeps, qui vicino magnam Imperii ſui partem adimit, & poſteà cùm poteſt, non amicitiam & fœdus cum eo init. 2. & 3.

Venetæ libertatis initia. 3.

Qui malis artibus Imperium alienum acquirit; ei nullo modo fidere debet is, quem injuſtè removit. 4.

Irena Auguſta, patienter fert, ſe à ſolio, per ſubditum ſuum deturbari. 4.

Domeſtica ſcelera, de familia in familiam transferunt Regna. 5.

Nicephori avaritia. 6.

Bonorum Eccleſiaſticorum prophanatio, plerunq; prætextu neceſſitatis & juſtitiæ coloratur. 7.

Magicis & Idololatricis ceremoniis, vincit Nicephorus. 7.

Exactiones variæ, earumq; ſeveræ, & nec piis locis parcens exactio. 8.

Pauperes militare coguntur, ſumptibus divitum. 8.

Tyranni, alienique Imperii uſurpatores, boni non rarò & pii Principis nomen acquirunt: etiam apud Religioſos, Deique ſervos. 9.

Nicephorus, pacis conditiones opimas ſibi oblatas, reſpuens, à Bulgaris, quos jam devictos reputabat, caſtris exuitur, & occiditur. 10. & 11.

Securitas, & hoſtis, etiam non ſemel victi, contemptus, ſæpè interitum procurat. 10 & 11.

Nicephori cranio, calicis loco, utitur Bulgariæ Rex. 11.

Stau-

IIII. *Stauratius, & Michaël Curopalates cognomento Rancabes.*

A. C. 811.

Κουροπαλάτῳ, Aulæ cuſtodia & cura demandata erat: eratque dignitas, Imperatoriæ proxima; ferè ut apud Francos, Majorum Domus. Latinis primitùs Cura Palatii dicebatur. *Meurſius in Lex. Gretſerus ad Codinum. lib. 2. c. 2. nu. 15 & c. ult. n. 28.*

2. Stauratius Nicephori filius, ipſiusq; in Imperio Collega, multis in prælio acceptis vulneribus, Conſtantinopolin ægrè relatus; cùm & ipſe novas ibi cædes molitetur: omnium Principum, ac Senatus, nec non Patriarchæ conſenſu, Michaël Curopalates, Nicephori gener, vir multis egregiis virtutibus præditus, coronatus eſt Imperator. Præſtito priùs juramento, de rectâ fide ſervandâ, ac temperando à ſanguine quorumcunque Chriſtianorum, & maximè Monachorum, perſonarumque Eccleſiaſticarum. Spondanus, Baronii Epitomator, *Anno Chriſti, 811. n. 2.*

3. Cuſpinianus de Stauracio. Nicephoro haud purior fuit filius ejus, Stauratius: quem conſortem Imperii fecit, & coronavit, turpis formæ, & ſimplicis ingenii: cui nec prudentia ulla, nec

animi generoſitas inerat, ſed qui patrem ſtoliditate ſuperaret. Cui Nicephorus Rex uxorem dare cupiens, Theophaniam Atheneam, reginæ Irenes affinem, quæ jam alteri viro deſponſata fuerat, vi eripiens, contra jus fasque filio copulavit. Sed cùm in prælio Bulgarorum, humerum ſaucius vix evaſiſſet, Adrianopolim pervenit. Poſt patris interitum, ab amicis Imperator eſt ſalutatus, licet priùs eſſet coronatus patre vivente. Verùm vulnere indè malè affectus, Megalopolim conceſſit, ubi uxori ſuæ Theophaniæ, Imperium tradere conſtituit: & inſidias collocat Michaëli, Rancabe cognomēto, qui ſororem ſuam Procopiam habuit uxorem. Quod Conſulares animadvertentes, congregato exercitu, manè in aurora Michaëlem Curopalaten Imperatoren pronunciant. Sic Stauratius Imperio deturbatus eſt, & tonſis capillis monaſterio includitur.

4. Initio Imperii ſui, Michaël Imp. Legatos ſuos miſit in Occidentem, ad Carolum Magnū Imp. & Leonem III. P. M. junxitque eos Legatis illis redeuntibus, quos idem Carolus Imp. miſerat ad Nicephorum Imper. pacis confirmandæ causâ. Hi enim, cùm Conſtantinopolin perveniſſent, occiſo Nicephoro, cum Michaele rem agentes, eum ad pacem capeſſendam promptum invenerunt. Et ejusdem Legati, A.C. 812. Aquisgranum, ad Carolum pervenerunt, atque Græcâ oratione, laudem ejusdem Caroli Imp. dixerunt, Auguſtique titulo celebrârunt; *ex veterib. Annal. Francorum, Baronius A.C. 812. num. 12.* Cruſius *part. 2. Annal. lib. 1. c. 6.* ea de re ita ſcribit. Carolus Legatos Conſtantinopolim, ad Nicepho-

ſcphorum,pacis confirmandæ cauſâ miſit. Horum nomina erant: Hatto (Aventino, Hædo) Epiſcopus Baſileenſis,ſimulque Abbas Augienſis, Hugo,Comes Turronicus, & Aio (al. Haio & Ægo) Longobardus,de Foro-Iulio. Non fuerunt hi, cùm Nicephorus periiſſet, à Stauracio benignè accepti (Aventino teſte) ſed ſeparati,& Græcorum ludibrio expoſiti: ac tandem etiam contumelioſè dimiſſi. Itaque magnâ cum jacturâ & difficultate,in Germaniam redierunt. Michaël autem, cùm brevi poſt Stauracium, excepiſſet Imperii habenas; Legatos ob pacem inchoatam abſolvendam,adCarolum,Aquis Graneis habitantem, emiſit: Michaëlem Epiſcopum, & Arſaphium, Theognoſtumque (fortè Theoctiſtum)Protoſpatharios.Cognoverat jam Carolus ex Hattone &Hugone;quomodo Conſtantinopoli accepti fuiſſent. Circumducti ſunt juſſu Caroli, Græci, per longiſſimos ac devios anfractus; donec pecuniâ & rebus ſuis conſumptis,ad egeſtatem redigerentur. Vix tandem Aquas ducti; aliis ibi iocis,priusquam in conſpectum Imperatoris admitterentur,luſi ſunt. Adornatæ erant aliquot Aulæ, magno ſplendore; proceribus,& magna nobilitate, inibi verſantibus. Cùm igitur primo in veſtibulo,Magiſtrum equitum in ſublimi ſolio ſedentem, multis miniſtris circumſtantibus, viderent; hunc rati eſſe Imperatorem,proni,ritu patrio in ſolum cadentes,venerabundi ſalutârunt.Sed malum imperiis Aulæ, & quibus Aula non benè vult. Pugnis adeò percuſſi ſunt, & illuſi à pueris nobilibus. Progreſſi indè, ad Præfectum Prætorio, Aulicis concionantem, veniunt: quem,Principem eſſe

arbitrati, protinus ſe ante ipſum abiiciunt. Verùm pari contumeliâ extruſi ſunt. Indè in Archimagiro, inter purpuratos Auguſti, ab epulis & potione miniſtros eminente, pari infortunio offendunt. Tranſeunt tandem ad palatium Imperatoris. Hîc verò, militaris (armis nitens) cohors, & cubicularii, egreſſum Domini expectantes. Græci, jam vexationibus obſaturati: neſcire, quomodo ſuis oculis, aut cui, ampliùs fiderent. Ad pedes ergò Præfecti cubiculariorum, cultu & ornatu corporis, cæteris anteſtantis, volvuntur. Monſtrato, quæſumus, toties lapſis, Auguſtum, antea nobis non viſum. Allevat eos hic comiter; operam ſuam, ut brevi in Prætorium ad ipſum intromittantur, pollicetur. Carolus, cui omnia nota erant, tandem honorificè Legatos ad ſe adduci imperavit. Stabat is Imperatorio in habitu terribilis, prope feneſtram: Hattoni, Hugonique innitens. Stabant hinc indè, Ludovicus & Pipini filius Bernhardus, Reges; nec non Reginæ, filiæ neptesque Auguſti. Prætereà magnus numerus Ducum, Comitum, Nobiliū, Pontificum, Abbatum: quisque ſuis precioſioribus veſtimentis, auro, argēto, gemmis, & armis, decoratus. Græci, inſolita ſpecie rerum perculſi (viſo præſertim tanto honore Hattonis, & Hugonis: qui antea ſpreti & illuſi fuerant Conſtinopoli) in terram attoniti procubuére. Imperator eos allevari juſſit; clementer appellavit. Sed ipſi, cùm illos, in quos antehâc illuſerant, tanto in honore conſpicerent; rurſus in terram ſubſidére: nec antè ſurgere auſi, quàm Imperator ſanctiſſimo jurejurando, ſe eis veniam dare, confirmâſſet. Tum demum receptis animis, legatio-
nem

nem ſuam expoſuerunt: ſcriptum fœderis, ab eo in epiſtola ſuſceperunt; laudes eius, Græcâ oratione prædicârunt: Imperatorem ϗ βασιλέα appellantes. Indè Romam profecti, in Baſilica S. Petri, eundem fœderis libellum, denuò à Pontifice Leone ſuſceperunt. Pax utrinque firmata: maximéque Venetorum libertati & immunitati cautum.

5. Miſit etiam Imp. Michaël, ad Pontificem Romanum, Catholicæ fidei profeſſionem, ut ejus Eccleſiæ communionem conſequeretur: à quâ divulſi fuerant prædeceſſores Orientis Imperatores: quam etiam conſecutus fuit. *Baron. d. loc. n. 13.*

6. Michaël item, contra Manichæos (qui tum Paulicani, & Attingani dicebãtur) in Phrygia, & Lycaonia degentes, capitalem animadverſionem promulgavit: ſuadentibus & hortantibus Nicephoro Patriarchâ, aliisque Eccleſiaſtici ordinis primariis viris. Hincq; novi ſchiſmatis occaſio eſt ſuborta, qui communionem illorum Epiſcoporum averſati ſunt, qui ſacerdotes contra impios mortis ſentẽtiam promulgare poſſe dogmatizabant. *Baron. d. A. n. 1.*

7. Oborta & eodem tempore, alia quæſtio eſt, inter Epiſcopos, & Magiſtratus; numné liceat Barbaris, pacis gratiâ reddere fugitivos? Cùm enim pax inter Imp. & Crumum, Bulgarorum Regem, tractaretur, inter alias conditiones, illa à Barbaro Rege, appoſita fuit; ut fugitivi redderentur. Arbitrati ſunt aliqui, ejusmodi cõditionem non eſſe reiiciendam; ſed bono pacis accipiendam: cùm maximè rarò accideret, ut ex Bulgaris aliqui confugerent ad Romanos. Adverſa-

verſabantur alii, atque dicebant, conditionem illam, tanquam Evangelio contrariam, penitùs eſſe reiiciendam: cùm ipſe Dominus, Ioh. 6. dicat, Qui venit ad me, nõ eum eiiciam forâs. Cæterùm obtinuit pars negantium, eâ conditione pacem eſſe accipiendam. Ex quo, ut Theophanes inquit, maxuma ſunt parta Imperio mala. *Baron. d. A. n. 9 & ſeqq.*

Europalates quæ. 1.
Michael, initio Imperii jurat, de rectâ fide ſervandâ, ſangui, neque Chriſtianorum, præſertim Monachorum, non effundendo. 2.
Patris impii, malè moratus filius, Imperio deiicitur. 3.
Imperii Occidentalis, & Orientalis concordia. 4.
Legatis non impunè illuditur. 4.
Latinæ, & Græcæ Eccleſiæ concordia ſancitur. 5.
In hæreticos capitalis ſententia fertur: & exindè nata diſputatio, an hoc ab Epiſcopis fieri queat. 6.
Numné liceat Barbaris, pacis gratiâ, reddere captivos. 7.

I V. *Leo Armenius.*

An. C. 813.

MIchaël à Leone Armenio copiarum præfecto, proditus, bello Bulgarico exercitum amiſit. Itaque Leo, opibus præpollens, à ſuis Legionibus Imperator ſalutatur. Et Michaël Imperii minimè tenax, inſignibus ultrò Leoni miſſis, altero Imperii anno, in Monaſterium abit. *Cedren.*

2. Qua de re ita Zonaras ſcribit: Michaël Imp. cùm,

cùm Patriarchæ & primorum ſacerdotum quibusdam, deliberationem de pace Bulgarica, & transfugis quibusdam Crumo tradendis, propoſuiſſet (nam id etiam inter cætera Barbarus poſtulârat) Patriarcha & ſacerdotes præſtare cenſuerunt; ſatiùs eſſe, transfugis traditis, paucos malè tractari, quàm turbas innumerabiles. Sed Senatores aulici, & Theodorus Studites, pace repudiatâ, ſupplices tradendos eſſe negaverunt. Quæ res paci Bulgaricæ impedimẽto fuit. Nam Imperator hic ingenio leni, & fide recta præditus, ſed ad res gerendas tardior, facilè ſecutus, quocunque à proceribus duceretur.

3. Et paulò pòſt, idem Zonaras: Crumus, inquit, ſuis ſedibus relictis, caſtra è regione Imperatorii exercitus poſuit, commiſſâq; pugna Romani ſuccubuerunt, Ducis Orientalium copiarum Leonis Armenii culpâ, qui Imperii cupidus, Michaëlem apud exercitum initio pugnæ, ut effæminatum, & rei bellicæ imperitum calumniatus, ſuas legiones ſe ſequi juſſit, deſertisque ordinibus fugam cepit. Id quod alios quoque in fugam vertit, adeò ut Crumus id non crederet ob abſurditatem, & inſidias eſſe ratus, ſuos contineret. Vt autem Romanos temerè effuſeque fugere vidit: tunc ſuis inſequi juſſis, maximam cædem militum & Ducum edidit; Imperatore vix cum paucis Conſtantinopolin elapſo: vallum & tabernaculum Imperatorium à Barbaris direptum. Ex eo ſumptâ fiduciâ Leo, conſiliorum ſuorum conſcios in reliquias legionum dimiſit, qui dicerent, Romanos ex inſcitia Imperatorum vinci, & res ſtrenuum virum poſtulare, qualis ſit Leo Dux Orientalium, itaque milites

lites ad ſeditionem concitavit, ut & Michaeli maledicerent, & Leonem, ejus tabernaculum circumſtantes, Imperatorem ſalutarent. Illum verò ſimulatè detrectantem, ac deprecantem ſcilicet imperium; Michaël Balbus tribunus, ſtricto gladio, monitis etiam cæteris coniuratis, ut idem facerent, adigit, ut invitus nimirum Imperii titulum admitteret. Quibus nunciatis, Michaël Rancabes, neque ad reſiſtendum ſe paravit, neque de imperio vindicando cogitavit, ſed poteſtatis inſignia ſtatim Leoni miſit: eoq; Regiam ingreſſo, cum uxore & liberis in ædem quæ eſt in Pharo, ſupplex confugit. Indè avulſi, Michaël in Inſula Prota, Monachus factus vitam exegit: Theophylactus filius eius, qui Imperator appellatus fuerat, virilibus exectis, cum matre & fratribus eſt relegatus. Refertque Cruſius, *part. 2. lib. 1 c. 7* Michaëlem libenter de Imperio ceſſiſſe; quamvis conjuge Procopiâ renitente. Nam hoc animo præditum fuiſſe; ut ſuæ vitæ potiùs jacturam faciendam, quàm vel unicam ſanguinis Chriſtiani guttulam fundi aſpiciendam arbitraretur.

4 Leo Imaginum cultores, & Monachos perſecutus quidem eſt; ſed ab eorum cædibus abſtinuit, quòd eis Martyrium invideret; cujus illos cupidos eſſe ſciret. *Epitom Baron. Anno Chriſti 815. n. 3.*

5. Occaſionem, quâ Leo Imp. Imagines perſequi cepit, aperit Cedrenus, dũ ita ſcribit. Quo tempore (cùm videlicet Bulgaros, eorumque Regem Crumum, exercitu adverſus Conſtanti-

nopo-

nopolim ducto, indè repuliſſet) recordatus Leo Imp. Monachi Philomelienſis, qui eo tempore, quo ſub Bardanio Duce Orientis militabat, prædixerat ipſi Imperium, decrevit muneribus ac donariis compenſare. Mittit ergò ſuorum quendam fideliſſimum, qui ad eum deferret donaria, ſupellectilem, vaſa argentea & aurea, ac ſpecies odoratas; quales ad nos ex India afferuntur. Verùm is monachus, jam tum vitam cum morte commutâſſet, ſucceſſeratque ei Sabbatius quidam; totus Iconoclaſtiæ ſectæ immerſus. Ad eũ cùm veniſſet Legatus Imperatoris, hortatus eſt, ut munera præceptori ſuo miſſa, perciperet, literisq; ac precibus Imperatorem remuneraretur. At Sabbatius munera reſpuere, ipſum retrò abire jubere, adeoque Imperatorem dignatione iſtâ indignum dicere, ſimulachrorum cultui deditum, & Irenæ Imperatricis, Taraſiique Patriarchæ Statutis obtemperantem. Irenam impuriſſimus homo Pardalim & Baccham, Taraſium verò nobilem in Patriarcharum numero, Taraxiũ, quaſi perturbatorem denominabat. Celerem quoque Imperii & vitæ amiſſionem Leoni minari, niſi quamprimùm ſibi parens, ſacras deiiceret imagines. Imperator iis literis acceptis, cum ex legato intellexiſſet, quæ ex Monacho audiviſſet, animo majorem in modum perturbato, Theodotum Meliſſenum ad ſe vocat; cumque eo quid agendũ ſit deliberat. At verò Theodotus, jampridem ſectâ iſtâ infectus, occaſionemque palàm eam profitendi præſtolatus, hoc conſilii dat Imperatori. In Degiſtenſi monaſterio, degere monachũm quendam, mirabilia edere facinora. Cum hoc rem communicandam, ejus-

ejusque ſententiæ obtemperandum. Hæc cum Leone locutus, ſtatim ab hoc ad monachum cũ ſe contulit, indicatque Imperatorem vili habitu, ad ipſum proximâ nocte venturum, & de religione, aliisque graviſſimis negotiis conſulturum. Proindè meminiſſet, ei præſentem Imperii vitæque amiſſionem denuntiare, niſi ultrò Leonis Iſauri Imperatoris decretũ amplectens, Idola (ſic ſacras imagines appellabat) Divinis ædibus exturbaret. Sin hoc feciſſet, fore dominationem, vitamque eius diuturnam & felicem. Hoc modo ſubornato monacho, & quæ cum Imperatore loqui deberet inſtructo, abiit. Paulò pòſt, noctu Imperatorem vili habitu velatum adducit. Ibi jam inito colloquio, monachus proximè ad Imperatorem adſiſtens; veluti qui Divino inſtinctu, Imperatoriam majeſtatem adeſſe ſentiret: Non rectè, inquit, abs te factum eſt, Imperator, quòd nos privato habitu decepiſti, intùs occultans tuam perſonam. Sed quanquam tu hoc agis, nos tamen gratia Divini ſpiritus, non diutiùs eſt paſſa à te falli. Hoc ut audivit Imperator, ſeque fruſtrà conatum vili habitu, Imperatoriam dignitatem celare putavit; animo perculſus eſt, ut par erat; iſtius machinationis ignarus: monachumq; divinum hominem eſſe faſſus, imperata ab eo obedienter & ſine mora ſe facturum promittit, atque ita ſacrarum imaginum ab eo mandatam dejectionem, ſuo ſuffragio probat. Principiò deinde cogitavit, quo pacto promiſſa occultè impleret, ne quam ea res in Eccleſia excitaret ſeditionem. Sed pòſt publicè quoque decretum eâ de re propoſuit; proceribus & Eccleſiaſticis partim ultrò, partim contra

ani-

animorum ſuorum ſententiam obtemperantibus.

6. Conſentit per omnia Zonaras. Baronius autem, ſingulos in ea re progreſſus, Imperatoris hujus, latiſſimè deſcribit: & ſub A. C. 817. n. 26. ex Epiſtola quadam Theodori Studitæ, ad Patriarcham Alexandrinũ, quæ paſſi ſint Imaginũ defenſores, refert: Ante omnes, inquit, qui primus eſt inter nos, ſacrum caput noſtrum, & ejusdem tecum dignitatis Epiſcopi, & ſacerdotes Domini, monachi, & monachæ, quorum ludibriis, & verberibus tentati fuerunt; illi vinculis & carceribus, pane modico & aqua vitam trahentes, alii exiliis relegati, alii in deſertis & montibus, in ſpeluncis & cavernis terræ verſantes: quidam inſuper flagellis cæſi, Martyres ad Dominum emigrarunt. Sunt qui ſacco incluſi, in mare demerſi noctu fuerunt, ut ab iis, qui viderunt, relatum eſt. Quid cætera? Anathemate feriuntur ſancti Patres noſtri. Prædicantur qui impii fuerunt. Infantes in pietatis dogmata docentur. Non eſt usquam plus ſalutis profugium inter mortales. Pium verbum proferre non licet. Mox inſtant inſidiæ, ita vir à conjuge ſua caveat. Iudices & pittaciorum oblatores, ad hoc ipſum ab Imperatore mercedem capiunt, ut obſervent, ubi quisque quid dicat à Cæſare diſcrepans; aut impietati non communicet, aut librũ habeat de imagine tractantem, vel imaginem ipſam; aut exulẽ recipiat, aut captivis pro Chriſto miniſtret. Quodſi deprehendatur, illicò rapitur, cæditur, relegatur; unde & Dominos videas ſervis ſupplicantes, judicii metu.

7. At Anno Chriſti 820. Leo, mirâ quâ-

dam ratione, vitam cum Imperio amiſit. Ipſo nimirùm natali Chriſti die, de Michaële Balbo, Majeſtatis reo, ſumpturus ſupplicium; deprecante Auguſtâ, diſtulit pœnam. Nocte inſequenti, Balbus è carcere elapſus, cuſtodis operâ contrahit veterum conjuratorum manum. Cum hisque ſub Monachorum habitu, ſicas ferentibus, Imperatorem in Symphoniacorum Choro canentem, interfecit. *Curopalat.*

8. Latiùs hæc Cedrenus. Zonaras verò, tom.3. ſuccinctiùs aliquantum ea, & ita narrat. Michael Balbus Amorio (civitate ſuperioris Phrygiæ, ex vili, & ſordido genere) ortus; cùm ad magnam fortunam perveniſſet, ac præter alia vitia, linguâ etiam intemperantem haberet: delatus eſt apud Imperatorem, quaſi clàm inſidias ei ſtrueret, ac perniciem moliretur. Ea delatio, pridie ejus diei facta eſt, quo feſtum nativitatis Chriſti, Eccleſia celebrare conſuevit. Statim igitur comprehenditur, Imperator ipſe quæſitor earum rerum, quarum accuſatus erat, præſidet. Convincitur ab accuſatoribus Michael, crimina & ipſe confitetur, condemnatur ut igni cremetur; abducitur ut comburendus, locus ſupplicii deſtinatus erat, balnei regii caminus: ſequitur Imperator, ſive quòd aliis ſupplicium non credebat, ſive quòd illius interitu lætabatur. At Imperatrix eo cognito, id facinus prohibebat, maritum partim orans, ut damnati ſupplicium propter feſtum differ-

fferret; partim etiam audacius increpans, & npium appellans, qui diem venerandi my-erii nativitatis Servatoris, non vereretur. His erbis,ejus aſperitate mitigata,perſuaſus,utMi-haelis interitum differret, ad conjugem dixit: ece obtempero tibi,ſed tu liberique tui cogno-cetis,quæ vobis ex eo eventura ſint.AtMichael, oc pacto necem effugit.Interea Michaelem cō-dibus vinctum,Papiæ cuſtodiendum tradidit, avem feræ ferreæ ipſe aſſervavit, eamque no-em ſollicitam, & ex ſollicitudine inſomnem it. Quare Papiæ conclave ingreſſus, Michae-m in lecto otiosè dormientem videt, Papiam rò humi jacentem: quod vel ut honorar et Mi-aelem faciebat, vel, ut putabatur, inſidiarum ntra Imperatorem conſcius. Vt igiturMichae-n ſomno profundo & ſuavi oppreſſum vidit, llam ſollicitudinem præ ſe ferentem: receſſit tus,iramque agitatione manus declaravit.Ac terorū nemo eius preſentiam animadverterat, eter unum Papiæ vigilem,qui ſomno ſimula-, quid feciſſet viderat, & ut iratus ac minita-ndus abiiſſet: omnemque rem ſuo Domino nciat. Ille. Michaeli communicat: amboque riti, quo pacto Imperatoris indignationem ugerent, deliberant. Ibi Michael Papiæ ait, ſi e vellet, ſe non periculum modò vitaturos, etiam conſilia ſua ad exitum perducturos. pias hortatur, ut quod animo cōcepiſſet age-ſe nusquam ei defuturum. Itaque Michael, ras ad conſcios ſcribit,quibus minabatur,ni-eleriter adeſſent,& quod conſtituiſſet,perpe-ent (idque facile eſſe, quemadmodum ipſe ruxiſſet) ſe omnes Imperatori indicaturum,

neque

neque ſolum in periculo futurum eſſe. Eas literas, per quendam Papiæ miniſtrum miſit, eique mandavit, ut illos noctu ad regiam ire iuberet, Clericorum habitu, & occultas pugiones geſtare. Illi Michaelis monitis obtemperantes, ſe ad regiam conferunt. Sub diluculum, Imperatorii Cantores, ad matutinas odas canendas adſunt; cum quibus Michaelis conſcios, Papias unà introducit, qui ſeſe in obſcuro quodam angulo abdiderunt. Pſaltæ cùm hymnorum plus media parte ceciniſſent, etiam Imperator ædem ingreditur: qui cùm magnam vocem haberet, ſed graviſſimam, & cum aſperitate auribus inſonãtem, ſe benè cantare, & præclarum Muſicum eſſe opinabatur, & hymnos auſpicari conſueverat. Ac tum ſtans exclamavit: Regis ſupremi cuncta deſideria ſprevére. Inſidiatores verò ſtatim ſtrictis enſibus ex angulo proſilierunt: ille territus, in ſacrarium accurrit; quem hi conſecuti, multis vulneribus confecerunt, amputata manu & capite, cùm crudeliter atque impiè annos ſeptem, & quinque menſes imperâſſet. Cadaver eius in circum equeſtrem pertractum, ibique abiectum eſt. At Michael compeditus (nam clavis non ſtatim reperiebatur, quam Leo in ſinu geſtabat) lætis acclamationibus, ut Imperator, adoratus eſt. Deinde, clave non inventa, compedes ferreæ diſſectæ ſunt.

Michael proditori ſuo Imperium cedit. 1. & 2.
De transfugu tradendis diſputatur. 2.
In politicis deliberationibus, nonnunquam Theologicæ rationes, impertinenter admiſcentur. 2.
Sæpiùs vincitur princeps, perfidiâ Ducum 3.

Sæpè

Sæpè honores qui ambiunt ſceleſtè, eos ſe repudiare ſimulant. 3.
Michael Imperio lubens cedit, & Monachus fit. 3.
Leo Armenius Imaginum cultores perſequitur. 4. *& quâ occaſione id fuerit factum.* 5.
Impiè, ſuperſtitioſis, callidisque & fallacibus mediis religio promovetur. 5.
Inquiſitio & pœna eorum, qui Imperatoris placita, in Religionis negotio, non obſervant. 6.
Leo, mira quadam ratione, Imperium amittit, ſucceſſoremq; habet, Michaelem Balbum. 7.
Majeſtatis reo haut parcendum. 8.
Non felicem exitum habent, muliebria conſilia, & deprecationes pro reis, ſupplicium qui meruerunt. 8.
Conjurationum rationes, & exitus, mirabiles ſunt. 8.
Tanta eſt rerum humanarum viciſſitudo: ut quandoque è vinculis aufugientes ad magnas dignitates perveniant: & qui Principes ſunt, ipſis ſacris in ædibus occidantur. 8.

V. *Michaël Balbus, ſeu Traulus.*

A. C. 820.

BAlbus adhuc compeditus, Imperator ſalutatus: Conſtantini Copronymi æmulator; Epiſcopos Patronos Imaginũ, quà exilio, quà morte mulctavit. Cæteroquin Auguſtus ille Græcus, non Balbus ſolùm, ſed etiam bardus fuit. Jumentorum ingenia atq; indolem noſſe, ſibi pulchrum ratus, tardiſſimo ipſe ingenio erat, rudisque penitùs literarum. Proinde, ne pueros ſe doctiores cerneret, erudire eos literis vetuit. Defunctâ etiam cõjuge pri-

mâ, Monialem, nomine Euphroſynam, (filiam Conſtantini, ab Irena matre excæcati) uxorem duxit. Spondan. Epitomator Baron. *Anno Chriſti 820. & Anno 823. n. 6. & 7.*

2. Lubet hîc addere, ἐπίκρισιν Cedreni, quam inſeruit *C. m. en in ſuo iſto* ubi de morte Leonis Armenii agit: Vtriusque hic miretur aliquis perverſitatem; Leonis, quòd adeò nullũ habuit ſui defenſorem, de tot tantisque aſſentatoribus, qui tum omnes, reptantium beſtiarum in morem, in foramina ſe ſua abdiderant: Michaeli verò imprudentiam, qui in ædem intraret; non ut homicida aliquis aut carnifex ſanguine pollutis manibus, ſed veluti victor, ac qui palmam meruiſſet, eo facinore ſuperbiens: cùm quidem civilem ſanguinem non quovis loco fudiſſet, ſed ad ſacram aram, ubi quotidiè DOMINICVS SANGVIS pro peccatis noſtris expiandis, funditur.

3. Memoria etiam dignum videtur, quod habet Cuſpinianus. Scylax, inquit, Græcus Author, qui Conſtantinopolitanam ſcripſit hiſtoriam, tradit: hunc Traulum Michaelem, ex vaticinio Vxiorum adeptum fuiſſe imperium. Quæ ſecta, per Mœſiam ac Europam ſparſa, paſſim omnibus futura prædicebat. Putant autem aliqui, Vxios eſſe Perſiæ populos, quos ſeculum noſtrum Z I N G A N O S vocat, qui per orbem ſparſi, degunt more ferarum, nullâ lege, nullis artibus, tamen futura prædicentes: cùm omnes ferè populi Orientales, præſertim Chaldæis vicini, vaticiniis ſint addicti.

4. I[illegible]

4. Idem etiam Cuſpinianus, de Atheiſmo Balbi, & ſimulato prono affectu, erga orthodoxos, ita ſcribit: Michaeli Traulo, ſic imperio potito, Patriarcha Nicephorus exul, mox de imaginibus Sanctorum inſtaurandis ſcripſit. Cui reſcripſit, nihil ſeſe prorſus innovaturum, neque ſemel inſtitutum Eccleſiæ ordinem immutaturũ; nec præterea quenquam ſe offenſurum aut revocaturum, quò minùs pro ſuo quisque arbitrio numen quodcunque adoret. Quæ omnia diſſimulanter ſcripſit. Quandoquidem animũ ſuum malevolum, mox opere patefecit contrario; homines ſacratos ac religioni rectæ Chriſtianè deditos, periculis obiiciens, partim martyrio, partim exilio afficit. Copronymum imitatus, qui eadem à Iudæis, quæ hic in pueritia didicit, & ob id ſabbatis jejunare præcepit. Reſurrectionem minimè credebat, futuras promiſſiones ridere ſolitus, Prophetas carpebat, Dæmones negabat, adulteria paſſim permiſit, ac per Deum in omnibus jurandum cenſuit. Iudæ ſalutem ominabatur, Paſcham irregulariter celebravit: & Chriſti veram religionem, quantum potuit, ſubvertere ſtuduit. Similia refert Zonaras, & in Annal. Baronius, A. C. 821 n. 26. 36. 39. 41. 44. Qui idem A. C 829. n. 10. memorat; eundem huncce Imperatorem, Imperii ſui exordio, exules ſub Leone, in ſua quosque loca, liberos revocaſſe; viſumque fuiſſe, æquiori animo in orthodoxos: ſed tandem Edicto ſanciviſſe: ne quis Sanctorũ alicui imagini, titulum ut ſanctus vocaretur adiiceret; quaſi hoc nomen unius eſſet Dei.

5. De barbarie verò ejusdem, ita Cedrenus. Literaturam. adeò eſt averſatus, ut ne pueros qui-

dem ea permiſerit erudiri: ne vel veſaniæ ipſius coarguendæ,atque refellendæ, inſtrumenta alii indè pararent: vel diſciplinâ adjuti, cum oculorum ac linguæ velocitate,in legendo uterentur, ipſi palmam ejus rei præriperent. Quæ verò ſua erant,& ſibi quaſi à natura inſita maximi ducebat,utpote prædicere, porcorum recēs natorum qui præclarè adulturi eſſent, aut contrà: poſſe equis calcitrantibus propè aſſiſtere; aſinos calcitrantes arte quàm longiſſimè vitare; de mulis optimè judicare,& diſcernere,qui oneribus, aut qui ſeſſori commodiſſimè ferendo apti forent, ut nullo pavore conſternati eum excuterent, equos ſolo intuitu dignoſcere,qui vel curſu celeres,vel bellica fortitudine nobiles eſſent futuri: item de ovium & boum fœcunditate, ac lactis abundantia, & de recenti fœtu judicare, cujus quivis matris eſſet.Hæc ejus fuerunt prima ætate ſtudia, quibus & poſtremis ſuis ſeſe jactavit temporibus.

6. Adverſarium Balbus hinc habuit Thomã, de quo ita Manaſſes. Thomas, vir induſtrius & audaciâ flagrans, copiis undiquaque collectis, maximo cum impetu Michaelem invaſit, inſtar apri de ſilva luſtriſque ſuis prorumentis, vel leonini catuli: quumque Vrbes univerſas Thraciæ totius, tam nauticis copiis, quàm pedeſtribus cinxiſſet,omnibus modis divexaſſet, in ſervitutem redegiſſet,diruiſſet,laceràſſet; ad ipſam uſque Conſtantinopolim,urbem fortunatam, excurrit. Enimverò ſi Deus ille præpótens mortalibus adverſetur, omne conſilium, omniſque conatus reapſe nihil eſt aliud, quàm aranearum tela. Quapropter cùm Thomas à Numine Divino non

no nõ propugnaretur, inſidiarum ſuarum turres in arenis exſtruebat, inque re perimbecilli fundamenta ſua collocabat; & iccircò totum ædificium radicitùs corruit. Nam ubi cædibus manus illas pugnarum avidas inquinâſſet,& haſtas ſanguine tinxiſſet:tandem vivus in hoſtium poteſtatem venit,oculis ſpoliatus,& gladiis immiſericorditer obtruncatus eſt. Prolixiùs hæc perſequitur Cedrenus, qui tandem addit: pedibus manibusque mutilatum, & aſino impoſitum, ſpectaculi loco per caſtra circumduci juſſit, nihil aliud vociferantem,quàm MISERERE MEI QVI VERVS ES REX. Cumque rex percontaretur; an ex aulicis quoque conſcios quoſdam ſuæ ſeditionis & ſocios habuiſſet: fuerat haud dubiè multos delaturus, niſi Iohannes Exabulius,patricius,monuiſſet Imperatorem; non cõvenire, ſed prorſus rationi repugnare, Inimicis fidem habere inimicos accuſantibus: qua ille voce multis miſerorum civium amicorumque Imperatoris ſuppliciis anſas præcidit. Thomas [illegible]entis confectus ſuppliciis,tandem animam exhalavit,medio Octobri menſe,homo: qui initio idem magna conatus, animoſusque, & propoſiti ſtrenuus perſecutor, in progreſſu multo ipſo deterior, minimèque reſpondens expectationi de ſe conceptæ viſus eſt.

7. Dum Græci,Thomæ defectione,bellisque civilibus occupantur. Agareni occidentales, Hiſpaniam putà incolentes. Cretam occupârunt. Zonaras. Cedren. Et parter paucis interjectis annis, Euphemius Tyrannus,Saracenos Africanos, in Siciliam duxit. Iſta autem quomodo habuerint, Iohannes Curopalata exactè deſcribit,

ſcribit, ex quo Cedrenus & alii, ſequentibus verbis: Hoc ipſo tempore Euphemus quidam, turmæ cujusdam Dux, amore captus virginis, quæ tenera ætate Monaſtico habitu velata vivebat, cùm nihil antiquius haberet, quàm amorem ſuum exatiare, neque leges quicquam curaret, ſed in ſolius Imperatoris exemplum intueretur, qui & ipſe ſimile facinus perpetraverat: rapit ex Monaſterio virginem, & invitam ad ſe traducit. Hujus virginis fratres, ad Imperatorem ſe conferunt, ac factum narrant. Et Imperator præfecto Siciliæ mandat, ut Euphemio, ſiquidem obſcœnum crimen intuliſſe compererit, naſum amputaret. Hæc ſentiens Euphemius, adſcitis in conjuratione iis, quibus præerat, aliisque aliarum turmarum ductoribus, Præfectum, ſupplicium imponendi causâ ad ſe venientem, repellit, atque ad Africæ Amiram ſive Præfectum transfugit; promittitque ſe, modò ab ipſo Imperator Romanorum declaretur, omnem ſibi Siciliam ſubjecturum, ac grande tributum ſoluturum. Accipit conditionem Amiras, & Euphemium magno exercitu inſtruit, Imperatoris Romani titulo inſignitum, eiusque operâ Sicilia potitur. Verùm hic Euphemius Imperatoriæ indignationis perbrevem fructum percepit, truncatus quàm dignâ ſui valoris & defenſionis mercede retulit. Agareni non tantùm Siciliam ex eo cũctam, ſed & Calabriam, & plerasq; Italiæ partes occupaverunt, omnia incurſionibus atque populationibus infeſtãtes. Refertque Baronius, ad A.C. 827. n. 26. tum temporis Sarraceni, qui potiebantur Hiſpaniẹ compluribus regionibus, Chriſtianos, qui reliquas partes tenebant Hiſpaniarum,

niarum, aggreſſos eorum fines, ferro ignique vaſtâſſe. Ita Dei occulto judicio datum Sarracenis eſt robur in Dei populum, haud dubium ad peccata ulciſcenda, toto orbe terrarum; ut vix gens aliqua ſit reperiri, quæ ab ira furoris Domini fuerit illæſa reſervata.

8. Eſt & hoc non omittendum: Legatos Michaelis Balbi, ad Imp. Ludovicum miſſos, libros S. Dionyſii Areopagitæ, Græca lingua conſcriptos in Galliam primitùs attuliſſe; eosque juſſu prædicti Imp. Ludovici, Hilduinum, Abbatem Monaſterii Pariſiis conſtitutum, in Latinum convertiſſe. Baron. A. C. 824. n. 30.

9. Balbus autem A. C. 829. ex hac vita receſſit, Dyſenteriæ morbo: maledictionibus omnibus pro panegyricis infamatus. Baron. A. C. 829. n. 9.

10. Sub hactenus dictis Imperatoribus in Græcia floruerunt, S. Nicephorus Epiſcopus Cōſtantinopolitanus, qui aliquot opuſcula cōtra Iconomachos ſcripſit. S. item Theodorus Studites: vir admirandus, potens opere, & ſermone. Epiſtolas is ſupra 200. utiliſſimas & doctiſſimas ſcripſit: quarum fragmenta ſæpiùs Baronius adducit. *Bellarm. ... ſcriptor. E... ab A. C. 800 ad 900.* Claruére etiam illo ſeculo hiſtorici: Georgius Monachus, Taraſii Patriarchæ Syncellus, ſive proximus: ut & Georgius Theophanes, confeſſor ac Abbas Monaſterii Agri. Quem in poſterioribus ſuis libris exſcripſit Collector Hiſtoriæ Miſcellæ. *Gerard. Ioan. Voſſius, de hiſtor. Græcis. lib. 2. c. 24. Et de Theophane, videri quoque poteſt Baronius. A. C. 813. & 8 ... 9.*

...erſecut... ab Imp. Michaele Balbo, in Imaginum cultores inſtituta. I.

Judicia Divina mirabilia. 2.
Imperatori Balbo, Imperium prædixerunt Zingari. 3.
Imperator Atheus, de Religione leges fert 4.
Imperator Balbus, Muſarum, litteratorumque inimicus: beſtiarum naturam cognoſcere didicit. 1.5.
Imperii infelix invaſor, gravi ſupplicio afficitur. 6.
Quorum conatibus Deus reſiſtit, ii infelicem exitum ſortiuntur. 6.
Socio criminis non credendum. 6.
Saraceni creſcunt, dum Chriſtiani bella gerunt: ipſorumque Fortunam, peccata Chriſtianorum procurant. 7.
Euphemius Saracenos in Siciliam ducit. 7.
Magnatum peccatis, ſcandaliſantur ſubditi, eaque imitantur. 7.
Dionyſii Areopagitæ ſcripta, in Gallias illata. 8.
Balbi mors. 9.
Viri docti: Nicephorus Epiſcopus Cōſtantinopolitanus, Theodorus Studites. Georgius Monachus, Georgius Theophanes. 10.

VI. *Theophilus.*

A. C. 829.

POſt mortem Balbi, filius Theophilus imperium excepit. Qui ipſo ſui initio, Juſtitiæ cultor videri appetens (quam & ſemper coluiſſe in iis, quæ ad Politicam diſciplinam ſpectarent, Hiſtorici tradūt:) omnes, qui cum patre in Leonis Armeni necem conſpiraverant, parricidarum pœnis affici juſſit; atque Euphroſynam novercam, ex aula pulſam, in idem Monaſterium redire coegit. Hæc pluribus *Curopalates.*

Cujus

2. Cujus verba, ita ſe habent. Poſt Michaelis mortem, filius ejus Theophilus, qui ad virilem jam pervenerat ætatem, patrium excepit Imperium verbis, juſtitiæ vehemens amator vocari ſtudens, legumque civilium perfectus obſervator; ſed revera ſeipſum ab externis, qui eum nollent, cuſtodiens, ne fortè quis facinus in ſe aliquod auderet, hæc ſimulabat. Statim igitur à principio omnes, qui cum patre in Leonis necem conſpiraverant, è medio tollendos, & cæde afficiendos curavit. Quare edictum propoſuit, ut omnes, quicunque ab Imperatore beneficium aliquod accepiſſent; & inſuper quicunque Imperatoriæ cujuscunque dignitatis fuiſſent participes effecti, in Magnauram, aut Pentapyrgiũ cogerentur. Quod ut factum eſt, omnibus, ut juſſerat, congregatis, quaſi anteà feritatem, velut in tenebris, occultaſſet, miti ac ſummiſsa voce ad eos, qui ſimul coacti erant, Volebat (inquit) & in animo habebat parens meus, ô popule, & hæreditas, eos qui ſibi auxilio fuiſſent, & pro obtinendo Imperio propugnationem ſuſcepiſſent, multis beneficiis afficere, & aliis honoribus honeſtare; verùm fato occupatus, me Imperii ſucceſſorem, ne ingratus videretur iis, qui de ſe benè meriti eſſent, debitorem reliquit. Idcircò quilibet à multitudine ſeparatus, apertè ſe nobis oſtendat, ut nos cognitos amicos, dignis eos præmiis remuneremur. His verbis decepti miſeri, & à mente deducti, ſinguli, quicunque Leonis cædi operam navarant, ſeipſos indicabant. Statim igitur Theophilus intra ſagenam prædam habens, Prætorem jubet, ut civili lege agat, hæc locutus: Age, ô prætor, à

Deo, & à noſtra tranquillitate acceptâ judicandi facultate, iſtis debita redde facinoribus præmia, non ſolùm quia manus humano ſanguine contaminárunt, ſed etiam quia Chriſtum Domini intra altare occiderunt. His dictis, admirabile illud, primumque conſilium diſſolvit, ac illi miſeri à Prætore comprehenſi, parricidarum pœnis affecti ſunt.

3. Theophilus autem Imp. cùm aliquandò videret, advehi ingentem navim, cum mercimoniis, eam admiratus, quæſivit cujus eſſet? cùm reſponderetur, eam eſſe Conjugis ſuæ, quæ merces haſce ſibi advehi curâſſet. Ergò, inquit, mea uxor me mercatorem facit, cùm ſim Imperator: & ſtatim ſibi juſſit afferri ignem, quo navem cum mercibus ſimul cremavit. *Cedren. & Manaſſes.*

4. Referuntur & alia, Iuſtitiæ ſeveritatisque documēta ejusdem Imperatoris. Miles quidam, manu promptus, equum habuit egregium, qui ipſum ſæpè ex prælio incolumem extulerat. Hujus equi amore captus dux, ſub quo is militabat, cùm neque pollicitationibus, neque minis impetraret, hominem timiditatis accuſatū, apud Imperatorem exautorat. Cùm autem Theophilus equum inſigni virtute cuperet habere, & miſſis in omnes partes mandatis talem ſibi quæri atque afferri juberet, eam nactus occaſionem dux iſte, militi ei equum invito adimit, & tanquam ſuum Imperatori mittit. Pòſt, cùm neceſſitas bellica plures milites requireret, mandatoque

toque Imperatoris, omnes qui arma ferre poſſent, in exercitum allegerentur: ille etiam miles arma ſumpſit, & in prælio fuſis ſuis, quòd equũ, [illegible]o ſervari conſueverat, nõ haberet, occubuit, [illegible]ore & liberis relictis. Vidua amiſſi mariti deſiderio accenſa, & quòd neceſſaria pupillis ſuppeditare nequibat, juſtitiæ Imperatoris famâ inſtigante, Conſtantinopolim venit: Theophilumque ad templum Blachernenſe equitantem, conſpicata, mariti ſui equo vehi concitato curſu, aggreſſa, frenum equi apprehendit, ſuum hunc eſſe vociferans: & non alium, ſed ipſum Imperatorem, cædi mariti ſui cauſam præbuiſſe. Perterritus Imperator, manere eam jubet, dũ in Palatium ipſe rediret: ac reverſus ſtatim ad ſe vocat, ac de re tota, accuratiùs inquirit. Quam cùm ea à principio ad finem usque recitaret, illicò etiam dux iſte ſiſtitur, & muliere juſſu Imperatoris occultatâ, de equo acriter interrogatur: quem cùm aſſeveraret ſuum fuiſſe, neque raptu paratum, producitur extra velum mulier, reum de vi peractura. Quâ is conſpectâ diriguit, & aliquandiù mutus adſtitit: tandemque ad ſe reverſus, ſupplex pedibus Imperatoris ſeſe advolvit, lachrymans, ac peccatum confitens. Ergò Imperator ejus facultates viduæ, ejusque liberis hæreditariò addicit: ipſumque dignitate ſpoliatum, exilio perpetuo damnat. Adeò infenſus erat iis, qui injuſtè opes parare intenderent. *Cedren.*

5. Lubet & conſimile exemplum ſubjungere ex Manaſſe. Accedebat aliquando Theophilum paupercula, Petronam, magnę dignitatis virum, accuſans. Erat enim is Bilgæ Drungarius (ſeu

Vigiliarum Præfectus) & eodem cum Theophilo genere natus. Dolenter illa quiritare, lachrymas fundere, opem Imperatoris implorare, Giganteas ut manus Petronæ coerceret, qui [illegible] ſummam injuriam in ſe debaccharetur, ſuæ domunculæ, ſatis per ſe tenuis, luminibus officeret: ne tandem nimia cogente caligine, domũ ſolam deſertamque, ventis (quod ajunt) perflandam invita relinqueret. His auditis, Imperator de re inquirit, accuſati nequitiam cognoſcit, ac ædes quidem illas, quæ lumina domui mulieris obſtruebant, ad ipſa usque fundamenta demolitur: Petronam verò, publicam in viam deductum, flagris cædi juſſit.

6. Et ſequentia etiam Manaſſes habet: Magnificentiam viri licet ex hoc indicio colligas, quòd artem excogitavit colendi organa Muſica, de quibus machina quadam ſpiritus emiſſus, jucundos ac ſuaviter reſonantes cantus efficit. Adde his arbores illas aureas, lateque ſplendentes, in quibus aviculæ Muſicæ ex auro factæ conſidebant; tanquam in pinus & proceræ piceæ ramis, itidem machinæ cujusdam opera melleum carmen modulantes. Nimirum ita mortalium varia excogitantium artificioſæ manus, parùm abeſt, quin ipſa cum natura, res vivas producente, in certamen deſcendant.

7. Sed Theophilus, conciliatis ſibi propter Juſtitiæ amorem, omnium animis; ad ſtabiliendam ſectam Iconoclaſtarum, violentus inſurrexit: non quenquam tantummodò obvium adortus, ſed exquiſitâ arte

arte ſingulos ſuo Imperio ſubjectos indagans, Quæſtoribus in mandatis dedit; ut cùm tributum capitationis exigerent, pariter de cujusque fide, quæſtionem haberent: & quem à ſe diſſentientem inveniſſent, is ſtatim in carcerem conjiceretur; pœnas daturus acerbiſſimas, niſi cultum imaginum deteſtaretur. Baron. *An. C. 830. n. 1. & 2.*

8. Qua de re ita Curopalata: In iis, qui ſanctas colunt imagines, admodum ſævus fuit & auſterus; quippè qui ſuperiores omnes crudelitate vincere contendebat: ſuperiores enim fuerunt Leo, & Michael Balbus, iſtius pater, quorũ alter edicto ſanxit, ut in nulla pictarum imaginum, ubicunque pictæ eſſent, hæc vox, Sanctus, imprimeretur, quaſi non alii hęc vox quàm Deo ſoli conveniret. At Leo, qui ante ipſum regnavit, nequaquã ipſas coli conſenſit. Verùm Theophilus ne coloribus quidem formari voluit; Abjectum enim & humile talibus affici dicens, ſed ſolam veritatem contemplari. Igitur detrahebantur eo tempore ab omni templo, ſacræ imagines. pro quibus feræ & aves inſculpebantur: qui illius immanem ſervilemque dementiam coarguerent. Hinc ſacroſanctæ opes repoſitæ, in forũ projectæ, contumelioſè illudebantur, hinc carceres facinoroſorum iis complebantur, qui in honore ſacras imagines haberent; Monachis, Epiſcopis, Paſtoribus, & his, qui eas depinxiſſent. Pleni jam montes erant & ſpeluncæ iis, qui ut fures & ſcelerum patratores, fame & ſiti in-

terfecti. Monachi etiam expulſi, iisque aditus ad urbes intercluſi fuerant. Parilia habet Cedrenus.

9. Vſque adeò autem Theophilus imagines averſabatur, ut etiam religioſum illum virum Methodium, qui ſimulachrorum patronus erat, in ſpelunca quadam perinde concluderet, uti cadavera ſepulchris abduntur. Neque tantùm hoc modo eum vexavit; ſed etiam ipſi latrones duos adjunxit, quorum unus ibidem extinctus eſt. Ejus cadaver quantum obſecro moleſtiæ fœtore ſuo, putas viro beato attuliſſe? Id temporis etiã ii, quorum facies notis (inuſtis nempe literis) erant compunctæ, in exilium acti, piſcatoris cujuſdam operâ Methodio ſcripſerunt in hæc verba, jambicis verſibus incluſa:

Vivo ſepulto, vivifico que mortuo,
Terra incolenti, ac pariter calcanti polum,
Scripſere vincti vincto, & inſcripti notis.

Iis Methodius in hanc ſententiam reſcripſit.

Libro vivorum deſcriptos cœleſtibus,
Facieque non ſine laude compunctos notis,
Secum ſalutat vinctos vivus obrutus.

Hunc autem Methodium novo & admirabili quodam modo Deus ex eo ſpecu eduxit. Nam cùm Theophilus doctrinæ literarum ſtudioſus, in ſcripta quædam intellectu difficilia incidiſſet, nec quî ſe de illis explicaret, invenire poſſet: intellecto de quodam, neminem mortalium eſſe, qui faciliùs ea declarare poſſet, quàm incluſus ille ſepulchro Methodius, hominem inde ſtatim revocavit, magnoque in pretio deinceps habuit. Manaſs. & Glycas.

10. At Theophilus Anno Chriſti, 841.

futura curioſiùs inveſtigans, ab anu fatidicâ, ex Agarenis ſuperioribus bellis captâ, inter alia accepit; Poſt ipſum ſucceſſurum in Imperium, ipſius filium, qui imagines reſtitueret: poſt illum verò diutiùs regnaturum Martinatiorum genus. Quare Theophilus, Martinatium, quendam virum ſibi dilectum, Monachum fieri curavit ſuoſque horrendis jurejurandis obſtrinxit, ne Imagines reſtitui paterentur. Cùm verò poſthæc adverſus Saracenos proceſſiſſet, proditione Perſarũ, quorum operâ in bello utebantur; victus, & in vitæ diſcrimen adductus, vix ſalvus fugâ elapſus eſt, relictis captivis multis proceribus, qui Martyrium à Saracenis ſunt conſecuti: quibus cladibus mœrore confectus, in dyſenteriæ morbum incidit, eoque ſequentis anni principio, vitam finivit. *Spondan. Anno Chriſti 841. nu. 1. & Anno ſeq. num. 2.* Bella autem Theophili cum Saracenis, referunt Cedrenus, Zonaras & Cuſpinianus: quæ ex iis peti poſſunt.

Theophilus, omnes, qui cum patre in necem Leonis Armenij conſpiraverant, occidit. 1. 2.
Idem, novercam, à patre ex Monaſterio eductam, ad Monaſterium redire cogit. 1.
Sub prætextu remunerationis ſontes deprehendit. 2.
Proditores ſæpè ab iis, quibus profuêre, puniuntur. 2.

Omni-

Omnibus Principibus (ſaltem propter exemplum) in eos, qui Principes legitimos, etiam malè rem adminiſtrantes, occidunt, animadvertere incumbit. 2.

Mercaturam Imperatores exercere, turpe eſt. 3.

Severè punitur Dux, qui militi per concuſſionem ademerat equum, eumque dederat Imperatori. 4.

Luminibus viduæ, injuriâ officiens, pœnas luit. 5.

Muſica inſtrumenta, aviculæque machinæ ſubſidio, ſuavem ſonum edentes. 6.

Theophilus Imaginum cultores, variis artibus, inſtitutaque Inquiſitione perſequitur. 7. 8.

Idem Imagines pingi vetat: ſolamque veritatem contemplandam eſſe, putat. 8.

S. Methodius, propter Imaginum cultum, teterrimo carceri incluſus; exindè propter eruditionem liberatur. 9.

Theophilo predicitur, quis ei ſit ſucceſſurus, & quòd is Imagines ſit reſtituturus. 10.

Theophili mors: & bella cum Saracenis. 10.

VII. *Michael 3. cognomento temulentus.*

An. Chriſt. 842.

POſt obitum Theophili, filius Michaël, hujus nominis tertius, adhuc admodum adoleſcens, omnium conſenſu Imperii ſceptra ſuſcepit, unà cū matre Theodora, fœminâ piiſſimâ; quæ etiam à Græcis inter Sanctos eſt relata. *Mnenolog. Baſilii Imp. 11. Febr.* Et quidem cùm elogio tali: *Theodoræ Imperatricis, quæ rectam fidem reddidit, memoriâ.* Sub hocque Imp. curâ matris, non ſolùm Imagines reſtitutæ, ſed & qui Iconoclaſtarum confeſſionem abjurare

rare noluerunt, in exilium ſunt pulſi. Et ita ſecta illa, tum penitùs extincta fuit. *Spondanus, Anno Chriſti 842.n.3. & 4.*

2. Methodius etiam, in locum Ianni Patriarchæ Cōſtantinopolitani, (inſignis Magi & præſtigiatoris) ſubrogatus fuit. Qua de re ita *Cedrenus. Curopalat. & Glycas* Cæterùm Ioannes hoc pacto, ejusque ſocii, eadem ratione dejecti, non ſe tamen continuerunt, quin & contra ſacras imagines aliquid adhuc molirentur, & piis inſidias ſtruerent. Quo modo etiam integerrimum Methodium calumniâ circumvenire, & veræ religionis cultoribus dolorem afferre conati ſunt. Res ea ita acta. Mulierem quandam multo auro pollicitationibusq; corruptam ſubornant, quæ Auguſtæ & Imperatoris tutoribus diceret, à Methodio ſe eſſe ſtupratam. Statim ergò terribile Iudicium ex civilibus & ſacratis hominibus cogitur concilium, adſtant pii, mœſtitiæ ac doloris pleni: non abſunt impii, dedecus haud exiguum ea actione conciliatum iri piorũ cœtui, ſperantes. Prodeunt calumniatores animis inflati, quòd crimen id in promptu habere probationes fiderent, producta in medium muliercula, quæ compoſitò, judicibus rem narraret. Iudices & præcipuè Manuelus, triſti vultu adſident, indignè ferentes unius hominis culpâ cœtum piorum in periculum ludibrii venire. Quæ omnia ſentiens Methodius, ut & ſpes impiorum, & piorum ægritudinem aboleret, neque Eccleſiæ lapis offenſionis eſſet, nihil multitudinem reveritus, homo omni reverentiâ atque honore digniſſimus, in conſpectu omnium pu-

denda

denda nudavit: quæ nemo non videbat, morbo quodam emarcuiſſe, omnique naturali vi eſſe privata. Pudore hoc factum opplevit calumniatores & malis gaudentes, pios autem lætitiâ: qui ingenti cum gaudio Methodium cingentes ſalutabant, atque amplectebantur, neque habebant, quo modo voluptati ſuæ ſatisfacerent. Et quidam de notioribus placidè aggreſſus, ex eo quæſivit, quónam modo virilia ejus ita emarcuiſſent? Cui is rem totam à principio narravit. Se, cùm Romæ degeret, miſſum eò ad Papam ob intentata Nicephoro ſanctiſſimo Patriarchæ crimina, vexatum fuiſſe à carnis ſtudioſo malo genio, ſine intermiſſione dies noctesque ipſum titillante, & rei Venereæ appetitum excitante. Itaque ſe ardentem eâ cupiditate, ac tantùm non ei ſuccumbentem, Petro Apoſtolorum Principi ſeſe dedere ſtatuiſſe: multisque ab eo precibus contendiſſe, uti ſe libidine iſtâ liberaret. Hunc noctu adſtitiſſe, ac virilia ſua manu dextrâ tangentem combuiſſe: ſimulque dixiſſe, nihil eſſe, quòd in poſterum ſibi ab iſta metueret voluptatis concupiſcentiâ. Se ob vehementem dolorem ſomno excuſſum, talem repertum fuiſſe, qualem ipſi vidiſſent. Hæc cùm ita narraſſet Patriarcha, Michaelus intolerabile hanc fraudem judicans, ſtatuit mulierculam quæſtionibus adhibere, ut quæ fuiſſet doli nectendi ratio, intelligeret. Statim ergò gladius ſtringitur, virgæ igni candentes afferuntur, carnificesque parati adſtant: quibus infelix ea perterrita, rei veritatem palàm fatetur, quo pacto ſtructæ inſidiæ, utque auro & pollicitationibus corrupta, & decepta fuerit, qui commenti autores: denique totam fabulam refert.

fert,additque,domi ſuæ,aurum in ſacculo repertũ iri quadam in arcula frumenti plenâ. Et miſſus eò ſatellitum quidam,aurum ſtatim attulit, detectaque res tota eſt. Dediſſentque dignas pœnas calumniatores, niſi Patriarcha, quâ erat patientia,unam hanc ultionẽ petiiſſet, ut quotannis ſolenni piorum conventu ſibi liceret à fano Deiparæ Blachernenſi ad S.Sophiæ templum prælucentibus facibus ire, & in ipſorum aures deteſtationem obnunciare. Quod &per omnem eorum vitam obtinuit.

3. Erectio iſta atque reſtitutio imaginum in Eccleſiis Conſtantinopolitanæ Civitatis, ſolenni ritu,celebrique facta eſt pompâ, convenientibus Imperatoribus in magnam Eccleſiam, unà ſimul cum ſacro clero, atque venerandorum ordinibus Monachorum, confluentibus pariter ex viis omnibus, inſtar amnium in mare immittẽtium ſe agminibus populorum. Celebrataque ſunt veluti encænia quædam innovatæ atq; ſanctificatæ,& illuſtratæ Baſilicæ,quæ ab Iconoclaſtis fuerat deformata, atque penitùs denigrata. *Baron. A.C.* 842. n.25. & n.27. ſubjungit: *Haud ſatis viſum Eccleſiæ Orientali,pro tot tantisque à Deo beneficiis conſecutis*, in reſtitutione ſacrarum *Imaginum*, unicâ tantùm celebritate, *immenſitatem*, quam deberet gratiarum actio*nis explere* : quamobrem ſacro Antiſtite, unà *cum* Collegis Epiſcopis, Methodio decernente, *ſtatutum* fuit,ut annua die,eadem prima Domi*nica* Quadrageſimæ, perpetua memoria tanti à *Deo accepti* beneficii coleretur, recoleretur que *in ea cum ingenti* gratiarum actione reſtitutus *in Oriente* ſacer cultus Imaginum. Quæ tanta

cele-

celebritas pietatis hactenùs apud eos feliciter perſeverat. In qua inter alias divinas laudes, ſacra victoriæ Cantica duo in Eccleſia publicè occinuntur. Eaque Baronius ibidem è Græcorum ſacro libro, Triodio nuncupato, quo utuntur pro divinis officiis celebrandis, transſcripſit.

4. Licet autem tum fœmina habenas moderaretur Imperii; ſumma tamen pax ſine bello, atque ſine armis parta, Deo favente, victoria fuit, dum fera gens Bulgarorum, & indomita, per mulierem, fidem conſecuta Chriſtianam, colla ſubdidit pietati. Quomodo autem iſta ſe habuerint, à Iohanne Curopalate, ſeculi illius ſcriptore nobili, ſic accipe. Bogaris (inquit) Bulgarorum Princeps, cùm audiviſſet mulierem cum tenero adhuc puero, Romanis imperare; audaciâ elatus, nuncios ad Reginam miſit, per quos minabatur, ſe fœdera ſoluturum, & Romanorum fines invaſurum. At Regina nihil humile vel effœminatum cogitans: Et me, inquit, invenies paratam ad reſiſtendum in acie, Deique nutu ſuperiorem; ſi autem (quod abſit) victor ipſe fueris, hoc quoque pacto mea erit victoria: viceris enim non virum, ſed mulierem. Quibus verbis confuſus & deterritus quievit, & priſtina fœdera renovavit. Miſerunt autem ultrò citróque Legatos & Regina & Princeps. Regina Legatos accepit à quodam Theodoro, Cuphara cognomento, viro idoneo, & adminiſtrãdæ Reip. utili, qui tunc in Bulgaria captivus detinebatur: Princeps verò à ſorore ſua, quæ in quadam excurſione capta, in Regia commorabatur. Hæc enim jampridem captiva abducta, & Chriſtianorum Religione initiata, literasq; edocta,

cta, quo tempore captiva erat, ac nuper liberata, non deſiſtebat fratri Chriſtianorum myſteria commendare, & in ejus cor, fidei ſemina iniicere, qui tamen antè a Cuphara divina myſteria fuerat edoctus. Initâ autem permutatione, & redditâ muliere fratri, reſtituto item Reginæ Cuphara, quamvis antè Princeps inſtructus eſſet, & divinis imbutus myſteriis; adhuc tamen retinebat infidelitatem, proprio cultui addictus. Verùm cùm ingens fames Bulgarorum Regionem occupaſſet, omnique deſtituerentur auxilio: Princeps ipſe Chriſtianorum Deum, ut ſibi opem ferret, invocavit; idque facere omnem ſibi ſubjectam nationem juſſit, impetratoque remedio, & fame liberati, ad veram religionem ſe conferunt, & Princeps novâ lavacri regeneratione donatur; de nomine Imperatoris Romanorum Michael appellatus, ab Epiſcopo, qui ad eum miſſus fuerat, eique divinum lavacrum impertitus eſt.

5. His autem tum idem Curopalates, tum reliqui rerum Græcarũ ſcriptores, ſubiiciunt ejuſdem Theodoræ Imperatricis optimum conſilium, de Manichæis extirpandis, qui in immenſum jam creviſſent; adeò ut non niſi comparato exercitu res tentanda eſſet. Complures prædeceſſores Imperatores idem fuerant opus aggreſſi, ſed nulli datum, ut Orientis Romanum Imperium eâ liberaret peſte, longè lateque graſſante. Dei autem virtute Theodora confiſa, rem aggreſſa eſt, & perfecit.

6. At Michael Imperator, poſtquam exceſſit ex ephebis, quos habuerat tutores,

res,

res, partim à ſe amovens, partim occidens; matrem verò Theodoram Imperii Curatricem contemnens, in Monaſteriumque detrudens: inventis duobus ad omne malum illectoribus, ſceleſtiſſimo Pædagogo, & Barda fratre ejusdem Theodoræ; factus eſt novus Nero, illo antiquo non inferior aurigandi arte, nec libidine impar; perſimilis verò prodigalitate, atque ſævitiâ proximus. *Spondanus Anno Chriſti 854. num 3.*

7. Fusè de his omnibus Curopalates: qui inter alia ita ſcribit. *Hæc igitur (inquit) omnia homini odium conciliabant, omniumque in ipſum iram concitabant, & quod peſſimum eſt, Cynædorum ipſum comitantium ſocietas, & ad omne turpe facinus paratorum. Quos ille in honore habens & colens, Divinis verò illudens & inſultans, ſacras veſtes auro contextas induit & chlamydes; turpiterque & impurè cogebat res Divinas peragere, caſtiſſimaque myſteria: iſtorum principem Gryllum nomine, Patriarcham vocans, & reliquos undecim Metropolitas; ſe quoque unum è ſacerdotibus fieri voluit, qui Præſul Coloniæ appellabatur. Cumque oporteret eos canere, myſteriaque perficere, citharâ cantiunculas abſolvebant, nunc ſenſim quodammodo & levi voce reſonantes, nunc incitatâ & clarâ, perinde atque in ſacris ceremoniis ſacerdotes ſacrorum hymnorum voces edere conſueverunt; habebantque vaſa inaurata, & pretioſis*

pretioſis lapidibus ornata, quæ aceto & ſinapi implentes, iis qui ſumerent, porrigebant, ad hunc modum ſacroſancta & IMPOLLVTA MYSTERIA irridentes.

8. De Michaele etiam ſequentia habet Manaſſes: Vbi Michaelus maturam ad ætatem pervenit, iamque ſolus amplitudinem negotiorum Imperii procurare cœpit: reapſe verum illud probavit eſſe, quod eſt in fabulis. Quippe mox ut alter quidam iuvenis Phaethon, curru conſcenſo, totum Romanorum Imperium perdidit, & ipſe de avito patrioque regno, veluti curru quodam, eſt deturbatus & excuſſus; non pronus tantùm cadens, ſed etiam dorſum lædens. Quippe luxurioſæ humidæque vitæ ſe dedidit, velut alter Nero, immodeſtus in vino, animo effeminato, impudicus, temulentus, totas pecuniarum abyſſos in colluſores exhauriens, qui erant ſcurræ impuri, curruum agitatores, mimi, à primo diluculo temulentiæ dediti, delicias ciborum & ſuavium opſoniorum avidè quærentes, totos dies apud inverecundas mulierculas exigentes, potores, ludiones, libidinum flammis furentes: qualis ſcilicet olim erat ille Sardanapalus, Rex Ninevitarum. Eiuſmodi hominum conſuetudine utens, temulentiâ nimirum perditorum, infanda & turpiſſima quæque perpetrantium, vitam planè ſybariticam degentium: etiam Mænadas illas thyrſigeras comitabatur, & Orgia Bacchi celebrabat. Hinc compotationes, ſaltationes, ebrietates, crateres, inhoneſtorum ac meretriciorum Carminum cantiones, directæ tantùm ad excitandos riſus cogitationes, omnis impuritas denique.

9. De

9. De Theodora, unâ cum filiabus in Monaſterium detrudendâ; ita Zonaras. Ne Imperator diceret, ſe theſauris vacua inveniſſe conclavia Imperatoria: eâ de causâ repoſitam pecuniam vobis ſignifico. Et quæſtores ſtatim auri argentique numerum referre juſſit. Illi, ſe centenarios auri mille & nonaginta, argenti circiter ter mille, habere affirmârunt. Imperatrix verò, præter hæc, inquit, multæ omnis generis opes ſunt repoſitæ. His dictis, Regiâ exceſſit. Michael verò rerum potitus, tantas copias brevi tempore dilapidavit, in mimos, adulatores, & aurigas inſumptas: cùm quidē eas totis plauſtris, ut ajunt, effunderet. Theſauris jam exhauſtis, cùm tempus inſtaret pecuniæ iis diſtribuendæ, qui dignitatibus præditi ſunt, neque haberet unde largiretur: auream platanum, duos leones, totidemque gryphes, & organa ex auro facta, omnia, quæ & Regiam ornabant, & exteris gentibus admirationi erant, conflavit, atq; indè numiſmata cudi juſſit. Addit Cedrenus: Himerum quendam (quaſi manſuetum diceres: nam contrario ſenſu id nominis ei ob vultus feritatem factum fuit) patricii dignitate à ſe ornatum, qui adulando illum, qui Tiberio affuit, Himerium vinceret, & ad convivia ſcurrilibus geſtibus turpibusque verbis luderet, impudenterque audiente Imperatore & convivis pederet, ita ut ventris crepitu etiam cereum extingueret, auri libris centum donavit. Quodam etiam tempore, Imp. matrem ad ſe vocavit, tanquam Patriarchâ præſente, ei fauſta precaturo. Veniente illâ, & reverenter exſpectante, ſannio obſcœniſſimus proſiliens, ſonos utroque gutture nefarios emiſit.

Tunc

Tunc execrata filium Auguſta, brevi iram Divinam ſenſurum dixit.

10. Methodio Patriarchæ defuncto ſucceſſerat Ignatius, Nicephori Imp. ex filia nepos; Michaelis Imp. qui regno exciderat, Filius: is patre in Monaſterium detruſo, Eunuchus factus, parilem vitæ cōditionem elegit. Sed A.C.858. cùm undecimum ſedis annum expleſſet, factione Bardæ Patricii, penes quem ſumma erat adminiſtrationis Imperii, è throno iniquè deponitur, tyrannicéque in carcerem horrendum detruditur, atque Photius Eunuchus ex laico indignè ſufficitur, conſecraturque die Natalis Domini, & per ſecularem potentiam retinetur. Hic initium magnæ tragœdiæ, haud uno vel altero actu finitæ, quæ ad multorum annorum curricula propagata, & ſub pluribus Romanis Pontificibus ducta, cuncta gemitibus replevit atque doloribus. Quæ fuſè refert Baronius, ad A.C. 858. & ſeqq. Cauſam depoſitionis recenſet, non ſolùm Curopalates, ſed & Manaſſes, qui ita ait: Erat Michaelo Bardas avunculus, qui occupato Michaeli animo, non aliter atque vermis in dulce lignum irrepit, homo ſcilicet fraudulentus, ſurſum deorſum cuncta volvebat, & jam Michaeli cor exederat. Hic tandem ei perſuadet, ut Imperatricem Theodoram ex aula eiiceret, ac ſe Cæſarem (hoc eſt, ab Imperatore primum) crearet. Hoc modo miſerum illum deſertumque nactus, quiq; (ceu vulgo dici cōſuevit) hominum furioſorum more, ſiniſtrâ dexteram manum abſciderat: vel potius, planè jam manibus ſpoliatum, aut ſecundū Æſopicam illam fabulam, ovi dementi conſimilem factum, de lupi conſilio pulſis canibus; Im-

perium ab Imperatore ad ſe transferebat, omniaque pro arbitratu animi ſui gerebat, ut Imperator. Quin etiam in flagitium ingens provolvebatur, quale nec Scytha quispiam, nec Perſa, nec Dalmata deſignaret. Nam cũ filii conjuge (proh! fœdam laſciviam) non aliter conſueſcebat, ac ſi thori legitimi conſors eſſet. Hoc terribile facinus ubi magnus Ignatius comperit, qui eo tẽpore novam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum illud, paſſimque per compita & ædes jactabatur) Bardam Cæſarem verbis caſtigabat metum incutientibus, adjectis ſecuturæ vitæ ſuppliciorum minis; terrebat hominem, in viam revocabat, reprehendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat, ut malum illud exſcinderet. Sed enim verum erat omninò verbum illud Solomonis, qui vetat improbos taxari & reprehendi. Nam reprehenſiones ſunt hominibus impiis flagrorum inſtar, & corda perverſa veluti ſagittæ feriunt. Nimirum objurgationibus hiſce Bardas Cæſar exacerbatus, non modò nihili fecit eas exhortationes: verùm etiam conceptam adverſus monentem iracundiam & indignationem alebat; non aliter agens, atque ſi furioſos aliquo curare volente, illi non tantùm aufugiant, ſed etiam erga benefacientem excandeſcant. Quùm igitur aliquando Bardas accederet ad myſteria, nec divinum illud munus à Patriarcha conſequeretur (nõ enim unguenta fragrantia vaſi putido committũtur) inflammatus iracundiâ, leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominem juſtum inſilit, lacerat, à clavo ſummovet. Ejus in locum Photiũ ſubſtituit, proh qualem pro quali viro!

11. Fuit

11. Fuit autem Photius nobilitate præclarus, Protoſpatharii dignitate inſignitus, imperatori à ſecretis, divitiis pollens, ſcientiis ſecularibus diſertiſſimus, antiquis etiam hac ex parte comparandus. Addit autem Nicetas, cognomento David, *in Vita Ignatii.* fuiſſe eum ſacrarum literarum expertem; ſed qui ſerò licet, ubi eum invaſit libido ſpiritualis præfecturæ, eas non quâ decet animi ſummiſſione aggreſſus, nullo uſus magiſtro, magiſtrum, qui docere alios poſſet, ſtatim profeſſus eſt, homo gloriæ appetentiſſimus, ſexque diebus ex Laico transformatus in Patriarcham: nimirum (ut inquit ipſe Nicetas) prima die ex Laico Monachus, ſecundâ efficitur Anagnoſtes, tertiâ Subdiaconus, quartâ Diaconus, quinta Presbyter, ſextâ denique Patriarcha, ſedem Patriarchalem conſcendens, altâ voce populo pacem annunciavit, nihil pace dignum cogitans. Extat adhuc ejusdem Nomocanon, cum interpretatione Balſamonis; ingens item ac variæ eruditionis Opus, quod Bibliothecam inſcripſit.

12. Sed Ignatii depoſitionem, Anno Chriſti 861. Synodus Conſtantinopoli congregata, approbavit; præſente maximo Patrum numero, præſentibus etiam Nicolai Pontificis Romani legatis: quos tamen horrendis terroribus impulſos, in contrarium vertiſſe omnia, quæ ſibi fuerant imperata, conqueritur ille idem Nicolaus. Baron. Anno Chriſti 861. Et inde Anno 863. Pontifex Romæ Concilium in cauſa Legatorum prævaricatorum celebravit. Baronius, d. Anno. Ac fuit ſanè controverſia hæcce Photiana, occaſio & initium poſt aliquot annos apertè factæ

 ſepa-

ſeparationis Latinæ Græcæque Eccleſiæ. Photius enim contra Eccleſiam Latinam, encyclicam ſive circularem Epiſtolam ad Patriarchales ſedes Orientis ſcripſit, ejusque ἑτεροδιδασκαλίας quasdam cõgeſſit; inprimis quòd Spiritum Sanctum à filio etiam procedere, noviter doceat, ſacerdotesque conjugio privet. *Baron. Anno 863. n. 2. m. 2. 1. & ſeq.* Sed quæſtionem de Spiritu S. proceſſione, Iohannes Monachus, Hieroſolymis primùm movit: eaque de cauſa, ſub Imp. Carolo M. Concilium Aquisgrani habitum fuit. *Cruſius Annal. part. 2. lib. 1. c. 3.*

13. Barda tamen ille, Conſtantinopoli erigi curavit bonarum literarum Scholas. Ex eoque tempore ſcientiæ in Oriente refloreſcere cœperunt; quæ jam pridem Imperatorum incuriâ, ubique prorsùs exaruére. Et tunc vixiſſe nonnulli putant, Michaelem Pſellum, & Simonem Metaphraſten. *Spondanus, Anno Chriſti 859. n. 7.*

14. Qua de re ita Ioannes Curopalates: Solus Bardas omnia moderabatur, & omnia ſuſtinebat, & crebrò ab Imper. honores conſequebatur, pervenitque ad Cæſaris quoque honorem & gloriam: Michaele nihil de rebus publicis curante, quàm theatra & certamina equorum, & (quod deterrimum eſt) non cupiebat ſolùm eſſe ſpectator, ſed etiam ipſe aurigare, omnibus ludibrio & riſui eſſe, & ille in his verſabatur. Bardas autem omnia ad Remp. ſpectantia obibat, & de Imperio cogitabat, quomodò id opportuno tempore ſibi adſciſceret. Externæ quoque ſapientiæ

pientiæ rationem habuit, quæ jam pridem efflu-xerat, & ad nihil prorſus reciderat, Imperatorum & Principum ruſticitate, ac ruditate, definitis unicuique doctrinæ Scholis, aliis quidem ubi-cunque contigerat, ſupernæ verò philoſophiæ, in ipſa Regia, in Magnaura; atque ita ex eo tem-pore, doctrinæ refloreſcere cœperunt. Hoc opus pulcherrimum & celeberrimū haud potuit alias maculas, quibus infectus erat Bardas, abſterge-re. Philoſophiæ igitur Dux & magiſter erat Leo ille magnus Philoſophus, ex fratre nepos Ioan. Patriarch. qui etiam Theſſalonicæ thronum cō-ſecutus eſt, & paulò antè ejectis Iconomachis, ipſe quoque ejectus fuerat. Hæc Curopalates, ſubiiciens, magnam penuriam fuiſſe doctorum hominum, ut opus fuerit eos hinc inde in angu-lis latentes, & paupertate egentes, ſummá quæ-rere diligentiá. Metaphraſtes ſcripſit vitas San-ctorum per ſingulos menſes, quas Latinitate donatas habemus in Tomis Aloyſii Lippoma-ni, & ex parte apud Surium de Vitis Sanctorum. *poſt Baron. Bellarminus, de ſcriptoribus Eccle-ſiaſt. fol. 284.* Voſſius verò *de Hiſtoricis Græcis, lib. 2. cap. 25 & ſeq.* eum ſub Conſtantino Duca vixiſſe putat, ut & Michaelem Pſellum, philoſo-phum inſignem. Quod & placet Cruſio, *part. 3. lib. 7 cap. 6.* ac etiam mihi certiſſimum videtur..

15. Tandem Saracenis proxima Regiæ Urbi loca populantibus, præſenti tandem periculo excitus occurrit hoſti. Sed deli-catus Imperator, ſine magno certamine victus, caſtris exuitur; ludo videlicet

quàm bello aptior. Exin Bardam, proditionis compertum, per Baſilium Macedonum Ducem interficit, Baſiliumque Imperii ſocium aſciſcit. Qui deinde in convivio Imperium Baſilicino, Regii Dromonis remigi, à Michaele delatum ægrè patiens, Auguſto ſuper menſam obtruncato, ſibi Imperium vindicat. *Spondan. Anno Chriſti 867. n. 6. 8. & 11.*

16. Qua de re ita Zonaras: Michael, qui omnē ætatem equitando & compotando conſumeret, frequenterque inebriatus, mente alienaretur, quam ne ſobrius quidem ſanam admodum habebat: Baſilium in ſui cædem irritavit. Nam cùm poſt equeſtre ad D. Mamantis certamen, in quo ipſe cum proceribus ſuis aurigârat, victor ad cœnam accubuiſſet, eique Baſilius & Eudocia intereſſent; Baſilinus quidam dudum Imperatoriæ triremis remex, ſed ob corporis elegantiam in Imperatoris familiaritatem aſcitus: eique tum conanti aſtans; illius aurigandi ſolertiam & dexteritatem divinis laudibus extollebat. Quibus laudibus ille, multo jam exhauſto mero, & mente turbatâ, delectatus, calceos purpureos ei tradit, ac induere jubet, & Imperatorē ſalutat. Illo verecundante, & Baſilium intuente: Imperator iraſcitur, Baſilius autem ei innuit, ut obtemperet, & calceos induat. Qui cùm paruiſſet, Imperator Baſilio iratus ait: Imperii inſignia iſti aptiora ſunt quàm tibi. An verò mihi non licet, quemadmodum te Imperatorem feci, ita & alium facere? Ex eo Baſilius & de Imperio,

rio, & de vita ſollicitus, vim facere quàm pati maluit, conſilioque ſuo cum aliis communicato, cùm denuò Michael vino in cœna obrutus torperet, manuque ductus in cubiculum Regiæ, quæ eſt ad D. Mamantis, ſomno profundiſſimo oppreſſus jaceret: egreſſus primùm clauſtra cubiculi Imperatorii confregit, ne fores à cubiculariis claudi poſſent. Deinde cum conjuratis advenit. Iis autem, qui ante cubiculum excubabant, pauci adeò, percuſſores aditu prohibere conantibus, orto tumultu Imperator experrectus, quodam cum ſtricto gladio ingreſſo, manus ſuſtulit, quibus ille ambabus reſectis ad cæteros rediit. At Michael, cùm ex vino titubans, ebrietate impediente fugere non poſſet, miſerabiliter ejulans jacebat: quem alius quidam ex Baſilianis, adhuc vivere conſpicatus, inſiliit, enſemq; ita in ejus pectus adegit, ut ventre etiam trajecto inteſtina elaberentur.

Michael Imp. unà cum matre imperat; & ejus curâ Imagines reſtituit. 1.

S. Methodius, à muliere (quaſi cum ea rem habuiſſet) falsò accuſatus; ut tamen calumniatrici parceretur, procurat. 2.

Quomodo S. Methodius carniſſimulo liberatus. 2.

Sacræ Imagines reſtituuntur, & eo nomine Feſtum annuum inſtituitur. 3.

Bulgarorum converſio. 4.

Deus, & preces, magis quàm arma, cuſtodiunt Regna. 4.

Imperia à muliere & puero gubernata, debellare, vile admodum eſt. 4.

Theodora Imp. mater, Dei virtute confiſa, Manichæos hæreticos, bellicâ vi extirpat feliciter. 5.

Principes juvenes, ſemper inveniunt illectores ad malum. 6.

Michael Imp. palàm Myſteriis Divinis illudit. 7.

Idem, omnibus vitiis conſpurcatus. 8.

Raro Principes, tutelam egredientes, non ſeducuntur. Ideoque curandum, ut cum viris gravibus, non cum juvenibus ſuſpectæ probitatis converſentur. 8.

Ingentes theſauri, prodigaliter abſumpti. 9.

Præmiis turpiſſima vitia compenſat Imp. 9.

Maternus contemptus, & maledictio, pœnarum Divinarum præſagia ſunt. 9.

Photius, turbato Ignatio, Patriarchatum occupat. 10.

Si indigni, & per politicas artes, ad Eccleſiaſticas dignitates perveniunt; non poteſt eorum adminiſtratio felix ſperari. 10.

Bardus, Imper. favore nimio pollens, multa mala perpetrat. 10.

Nimia potentia alicujus Aulici, ipſum Principem, qui talem ita extulit, perdit. 10.

Vbi Principes pro lubitu removere ab officiis Eccleſiaſticos poſſunt; ii liberè vitia caſtigare nõ audent. 10.

Photij mores, & litteratura. 11.

Raro Politici, etiam docti, ad controverſias fidei, resque Eccleſiaſticas adminiſtrandas apti. 11.

Theologiæ ſtudium, non perfunctoriè diſci poteſt: & qui hoc præſumunt, ſæpiùs ad innovanda dogmata magis, quàm ad pacem conſervandam apti, ſunt. 11.

Synodus Conſtantinopolitana, in cauſa Photii & Ignatii. 12.

Origo Latinæ, & Græcæ Eccleſiæ ſeceſſionis. 12.

Bardas litteras fovet, & reſtaurat. 13.

Qui ad magna illicitè etiam aſpirant, laudabilibus operibus nonnullis, potentiam ſuam firmare, favòremque communem acquirere nituntur: ſed prudentes diſcernere bonum à malo; & cautelá hâc ut decipiantur, non pati debent. 14.

Simon Metaphraſtes, & Michael Pſellus, quãdo vixerint. 14.

Imbellis Imp. vincitur, à Saracenis; & ab eodem Bardas interfici præcipitur: & Baſilius Macedo, ei ſurrogatur. 15.

Baſilius imperii ſocius, ut alius ſibi præferatur metuens; periculo prævenit, & Imp. miſerrimè occidi procurat. 15. 16.

Nemo, qui alium magna ornat dignitate, & potentia, eam illi incautè, vel temerè adimere debet. 16.

Baſi-

VIII. *Baſilius Macedo.*

A.C.867.

HIc primò omnium, Photium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui à Pontifice Romano ſæpè damnatus erat, quique Ignatium immerentem à ſede dejecerat, ab Epiſcopatu deturbat; & Ignatium revocat, & reſtituit priſtinæ ſedi. Indè ambo, Baſilius & Ignatius, ad Nicolaũ Pontificem ſcribunt: ac quid de lapſis, iiſque, quos Photius ordinaverat, faciẽdum ſit, quærunt. *Spondan. Anno Chriſti 867. n. 9. & 12.*

2. Baſilius autem mox Anno ſequenti, filium ſuum Conſtantinum Collegam aſſumpſit. Leonem item ac Alexandrum Cæſares [illegible]eà creat: Stephanum verò natu minimum, ac filias, Divinis Officiis & Monaſteriis addicit. *Curopalat.*

3. De origine Baſilii ita Manaſſes: Ortus eſt ex tenui pago, vicino principi clariſſimæq; Macedonum Vrbi, quam priùs ab Oreſte cognominatam, deinceps Imperator Romanorum Adrianus, à ſe inſtauratam, de ſuo nomine nuncupavit. Parentes ejus nec opulenti erant, nec divitiis abundantes, ſed inopes, laboreq; manuum ſuarum victum quærentes: quibus extinctis, & Bulgarorum Principe Crumo ditionem Romanam cum copiis percurrente, ſuoſque milites opimis

ſpoliis collocupletante, Baſilius etiam captus eſt à Bulgaris; tanquam avicula quædam prædita venuſtis alis ab aucupe diro. Cùm autem à ſævis Bulgarorum laqueis evaſiſſet, intra fines Romanorum reverſus, ceu pauper operas aliis ſuas pro mercede locabat; in quo vitæ genere varias ærumnas pertulit, & labores magnos exantlavit. Tandem animadverſo, ſe ſuos hoſce labores in ſterile ſolum ſpargere, propinquis ſuis relictis, è patria diſcedit, rectà By antium contendit, Vrbem ingreditur. Heic verò mihi conſilium artificioſiſſimum vide, quo pacto radices rerum multò antè jecerit, & quàm veneranda res ſit Imperium. Fortè cubabat alicubi conſopitus Baſilius, non refecto corpore, laceris pannis obſitus, capite convoluto & tecto. Cubabat autem in pavimento quodam latericio, vicino S. Diomedis ædi. Secundum hæc, ſomnium ædituo felix offertur, eumq; ſimiliter quieſcentem excitat, & Imperatorem intrò jubet deducere. Tum de lectulo ſuo deſilit ædi[illegible] & ad Fani veſtibulum rectà deſcendit: Ba[illegible]n tenuiter iſtic dormientem invenit, humi ſtratum, pedibus illotis, veſtibus ſordidis & pannoſis obſitũ. Itaque pro quodam errore viſum hoc oblatum ſibi ducit, & inde diſcedit. Rurſus obdormiſcenti, prius illud viſum ſemet offert; idque vice tertiâ. Vix tandem ædituus rem intelligere cœpit, Baſilium ſuas in ædes deducit, & conveniente curâ reficit. Erat autem Baſilius pulcher, generoſo vultu, manibus Giganteis, pectore lato, robuſtis lacertis, præditus. Ex eo tempore, paulatim robur ſuum declarans, in ore Magnatibus univerſis erat. Etiam Michaelo innotuit, ac primò

mò quidem Curatoris equorum dignitate cohoneſtatur; deinde fit accubitor, quæ dignitas apud Romanos ingens eſt: tandem creatur Imperator, ex quo jam tempore ſemper eodem in contubernio cum Michaelo degebat. Cúmque damnâſſet eum, ceu vinoſum ac temulentum, gladio viſcera trajecit, & ante tempus Imperium rapuit. Singula hæc referunt quoque Zonaras, Cedrenus, Cuſpinianus &c. additque Cedrenus, f. 464. Michaelem Imperatorem uxorem ei copuláſſe, formę pulchritudine ac pudicitia omnibus æqualibus præſtantem, filiam prudentia & nobilitate inclytiſſimi Ingeris, ſtirpis Martinaciæ. Sicque eventu non caruit prædictio, Theophilo Imperatori olim facta, ab anu fatidica ex Agarenis, *eqralupra* regnaturum nempe diutiùs poſt Theophili filium, genus Martinaciorum.

4. Cuſpinianus verò Baſilii Hiſtoriam ita incipit. Qui multas evolverunt hiſtorias, non mirantur, ſi quis novus homo, aut obſcuri generis, qui nec parentes nec patriam ciere poteſt, ſummam rerum nonnunquam attingit: fatis ſic orbem volventibus, quæ ſumma imis, & ima ſupremis ſæpè commiſcent. Sic hic Baſilius, homo captivus, inter venales Conſtantinopolim olim adductus, Romanum Imperium aſſecutus eſt.

5. Refert quoque ex Niceta Davide, Baronius, A. C. 867. n. 93. Poſterâ die a nece Michaelis, Baſiliū à Patriarchali ſede Photiū dejeciſſe, illumque in Monaſterium quoddam, Humbra nuncupatum, deportari præcepiſſe. Poſtridie exercitus Regii Drungarium, unà cum navi Imperatoria, ad Patriarcham Ignatium miſiſſe, ut

ipſum ab Inſula ad Vrbem, cum debito honore conducendum curaret. Et inter alia etiam iſta Nicætas habet: Tunc verò Imperator Baſilius Patriarcham Ignatium cùm ad ſe advocâſſet, & multis laudibus eum exornâſſet (dies enim Dominicus erat, & vigeſima tertia Novembris) ut quo tempore primùm ejectus fuit, & poſtquam Dei auxilio & bonitate novem totos annos perfectum certamen pro virtute certavit, eodem tẽpore reſtitueretur Eccleſiæ, voluit. Et ita lucerna lucidior accenſa, quàm antea, ſuper candelabrũ collocatur, & paſtor agnovit oves ſuas, & à ſuis ovibus apertiâs agnoſcitur. Cùm igitur univerſa civitas exultaret pro ejus aſcenſu, atque illum deduceret & ſequeretur cum exultatione: ipſe quidem per ſanctum puteum (ita locus nominatus) ad ſuperiorem partem aſcendit. Dum verò ingrederetur, per dexteram portam magnæ Eccleſiæ; illi obviam fit univerſus Patriciorum ordo, illum venerans, & cum honore ſuſcipiens. Et in fine, ut moris eſt, ſacrum conficiebatur. Dignum autem eſt, ne quod in introitu contigit, omittamus. Alii enim aſtabant, alii venerabantur: Sacerdos verò cùm ſacrum faceret in adytis, clamavit: *Gratias agamus Domino.* Et populus continuò reſpondit: *Dignum & juſtũ eſt* Subiicit autem Zonaras: Baſilius die feſto magnam Eccleſiam ingreſſus, ut incruentæ victimæ particeps eſſet, à Photio Patriarcha eſt prohibitus, eum homicidam appellante; ob quã cauſam iratus, indicto Concilio, Photium Eccleſiâ ejecit, quaſi S. Ignatius contra leges à Barda Cæſare, ſede Pontificiâ dejectus eſſet. An verò hæcce veritate nitantur, aut Zonaras, ſchiſmatico fa-

eo favens, inauditam cauſam ejectionis Photii confinxerit, ut Baronius autumat, alii judicabunt.

6. Baſilius etiam nimias largitiones Michaelis revocavit. Qua de re ita Cedrenus & Glycas: Vt primùm occepit Imperium, Senatu ac Magiſtratibus advocatis, ærarium Imperatoris aperuit; inque eo de tanta pecuniæ copia nihil reliquum invenit, præter tria centenaria. Quærens autem expenſarum tabulas, & eas penes quendam ſenem eunuchum reperiens, ubi deprehendit, quorſum ea pecunia eſſet data, optimatibus rem deliberandam propoſuit. Qui cùm unâ ſententiâ decreviſſent, debere eos, qui pecuniam malis artibus accepiſſent, eam ærario reſtituere: ipſe, mitigatâ ſententiâ dimidium reddi juſſit. Hoc modo 300. auri centenaria ærario recupetata ſunt. Inter recipiendum, plurimum pecuniæ in multitudinem diviſit, non de publico, ſed de ſuo.

7. Quàm præclarè etiam Baſilius Imperium adminiſtrârit, quamque obſervans fuerit juſtitiæ, modò dicti Authores recenſent; & nominatim Cedrenus ita ſcribit: Cæterùm Baſilius, principio ſui Imperii, Magiſtratus commiſit iis, qui à capiundis muneribus perhiberētur quàm maximè alieni, & quos teſtatū eſſet, manus omnis capturæ puras habere. Deinde operam dedit, ut juſtitia vigeret, & æquo jure inter ſe viverēt ſubditi, neque à divitibus inopes opprimerentur: propoſitis paſſim decretis, quibus injuſtitia examinabatur. Iudices quoque conſtituit, amplisque ſtipendiis & honoribus auxit, juſſos per diē ſedere pro tribunali, & litigantium cauſas dijudicare.

dicare. Ad [illegible]n rem loca ipſis deſignavit commoda, Magnauram, Circum, & Chalcen (æream portam) quam temporis culpâ laborantem, ruinamque minantem, ad hoc inſtauravit, atque adornavit. Alimenta etiam pauperioribus, quibus judicio erat diſceptandum, ordinavit, ne inopiâ coacti vadimonia desererent. Ipſe etiam his rebus operam dedit, quoties à bello & audiendis legatis vacaret: & deſcendens ad Genicũ, ubi Reip. nomine vectigalia & tributa accipiuntur, proſpexit, ne ab ullo quicquam injuſtè exigeretur; & injuriam paſſis opitulabatur. Ferunt eum, cùm aliquando ad Diatribam (loci nomen eſt, in quo judicia exercebantur) deſcendiſſet, neminemq; inveniſſet conquerentem, ſuſpicatum eſſe, arceri à certis hominibus eos, qui ipſum compellare cuperent: & ſatellites per urbem dimiſiſſe quæſitum, ſi qui eſſent Imperatoris auxilio indigentes. Quibus reverſis, ac neminem ſe reperiſſe dicentibus, eum præ gaudio lachrymas emiſiſſe, egiſſeque Deo gratias. Animadvertens porrò, occaſionem maleficii pravis hominibus eo dari, quòd numeri, quibus v. g. ſemiſſis, ſextans, uncia, & ſimilia deſignantur, per notas recepta antiquitùs conſuetudine ſcriberentur: loco notarum literis uti juſſit, quas etiam ruſtici legere poſſent: & de ſuo ſumptus in chartas, literas, atque ſcribas ipſe ſuppeditavit.

8. De bellis contra Barbaros, de ædificiis item Baſilii, tam profanis quàm ſacris, Curopalates agit, ut & Cedrenus, f. 484. qui ferè in omnibus Curopalaten transſcripſit. Idemque Cedrenus, quomodo Baſilius religionem Chriſtianã promoverit, ita inquit: Multos etiam Iudæorum, mune-

munerum pollicitationibus atque exhibitionibus, & donis, ad Baptiſmum allexit. Bulgarorum gentem, quæ recens Chriſtianam pietatem amplexa erat, miſſis piis Monachis, & ſacerdotibus virtute inſignibus, in fide cōfirmavit. Roſſos pactis compoſitis ad ſalutaris Baptiſmi cōmunitatem pertraxit, iisque Pontificum principem miſit. Operæpretium eſt, hoc loco miraculum referre, quod eò miſſus Pontifex edidit. Princeps eius gentis, ac proceres, & univerſus populus, falsâ religione adhuc detenti, cùm deliberarent, eáne retinenda, an verò Chriſtianæ accedendum eſſet? ad ſe miſſum Pontificem in concilium advocant: eumque Princeps interrogat, quidnam rei eſſet, quod profiteretur, & ipſos docturus eſſet? Profert Epiſcopus Divinum Sacri Evangelii librum, & quædam miracula exponit à *Deo*, dum is in humana natura terras obiret, edita. Ibi Roſſus negare, ſe aut ſuos, ipſi fidem ullo modo habituros, niſi aliquid horum, præſertim ſervatorum in flagranti camino triũ puerorum ſimile, vidiſſent. Ad hæc Pontifex, fidens veraci eius ſermoni, qui ſuis dixerat, fore, ut quicquid propter ipſum poſtulâſſent, impetrarent: & qui ipſi fidem haberet, ipſius quoque opera, iisque maiora editurum: tametſi, inquit, Deum tentare fas non eſt; tamen, ſi ex animo ſtatuiſtis, ad Deum vos conferre, poſtulate quod vultis, & is omnino id præſtabit propter fidem veſtram, quanquam nos minimi ſumus & indigni. Ii confeſtim poſtulârunt, ut codex Evangelium in rogum quem ſuccenderant, mitteretur: permittentes ſe, eo incolumi manente, Deo, quē ille prædicaret, nomen daturos. Accepta hæc con-

conditio:& Pontifice manus oculosq; ad Deum attollente,Ieſumque obſecrante, ut is Sancti ſui Nominis gloriam, ante oculos huius gentis aſſereret, coniicitur in caminum liber Evangelicus: cúmque caminus per multas horas arſiſſet, tandemque materiâ conſumptâ extinctus eſſet, liber incolumis illæſusque omninò reperitur. Cuius miraculi magnitudine perculſi Barbari, omni dubitatione abiectâ, ad Baptiſmum confugerunt.

9. Quomodo Baſilius Imperio labaſcenti ſuccurrerit,tradit Manaſſes, dum ita ſcribit:Cæterùm Baſilius Imp.animadverſo,fortunam Romanam provolutam in genua labaſcere, iamq; illo in periculo verſari, ut in os miſerè collaberetur,vel, rectiùs ut loquar,animo quaſi defectã, ſpiritus extremos ducere: regiâ ſibi utendum ſapientiâ ſtatuit,& eius ſaluti conſulendum, quæ tantùm non eſſet mortua, iamq; ſepulchro condenda. Quapropter ex eo tempore nil niſi perpetui labores,ſollicitudines,moleſtiæ, thoraces circa pectus, arma ferrea, bella cruenta, galeæ, haſtæ, oculi ad ſatietatem ſomno minimè recreati. Atque hoc modo rem Romanam reſtituit, & fortunam Imperii iam ſeneſcentem, ac rugás contrahentem, rurſus inſtar puellæ vegetam & venuſtam effecit. Agnovére tum Barbari feram, quæ priùs ſopita, ſtrenuè nunc adverſus iniuriarum auctores evigilârat. Iccircò territi, latebras ſubiére, potentiâ Romanâ rurſus invaleſcente.

10. Anno Chriſti 869. celebratum fuit octavum,à nonnullis dictum Oecumenicum

cum

cum Concilium, & Conſtantinopolitanum quartum: potiſſimùm propter depoſitionem Ignatii Patriarchæ. *Baron. Anno Chriſti 869. Franciſc. Longus à Coriolano, in Breviario Chronologico, fol. 265. & ſeqq. Carranza, in ſumma Concilior. fol. 315.* Ex eo, Concilia in Oriente generalia, ampliùs celebrata non ſunt. Occaſione enim controverſiæ Photianæ, capitali inprimis odio Græci Latinos proſequi cœperunt, & tanquam anathemate percuſſos devitare. *Longus, fol. 265.* Nam & poſt Concilium hoc, factio Photii duravit, & qui ex parte illius erant, nullatenus cõmunicare cum Ignatio volentes, quòd numero plurimi eſſent, turbas undique concitabant, Ignatio adverſus eosdem obnitente, ſimulque (ut accidere ſolet) Senatum & populum in diverſa ſcindente. *Baron. Anno Chriſti 877. num. fin.*

11. Et ipſe Photius, adulatione, ac falsâ Baſilii Genealogiâ ſuppoſitâ (quâ genus ejus ad Tiridatem, magnum illum Armeniæ Regem deduxit) ut Conſtantinopolin revocaretur, & poſt Ignatii mortem, priſtinum locum recuperaret, effecit. *Vide omninò Spondan. Anno Chriſti 878. num. 7. 9.*

12. Qua

12. Qua de re, ita Nicetas tradit: Tiridatum illum magnum Armeniorum Regem, qui tempore magni illius Gregorii martyris fuit, conſtituit hiſtoriæ primum auctorem & originem. Ex illo videlicet Tiridate genealogiam nominibus,quibus voluit,cōſarcinans, altam ex aliis fictam deducit hiſtoriam. Quando verò ad patrem Baſilii pervenit,hunc ſcripſit nativitate talem, qualis Baſilius fuit, & ejus nomen Beclas finxit fuiſſe, quem feliciſſimum & annoſiſſimū hic Photius omnium eorum, qui hucusque regnaverunt,futurum auguratur. Sexcentis etiam mendaciis,quibus delectari novit auditores, hiſtoriam illam cùm repleſſet, vetuſtiſſimis quidē membranis, characteribus etiam Alexandrinis pro virili imitatis, talia ſcribit; & antiquiſſimis papyris ab antiquiſſimo libro detractis, omnia hæc obvolvit, ac deinde in magnâ palatii Bibliothecâ, illa deponit. Hæc de impoſtura Photii. Habet hæc etiam Conſtantinus Manaſſes, Græcus Hiſtoricus, elucidatque ipſe compoſitam à Photio ex primis literis vocem Beclas, ſic,

B	*Baſilius Imperator.*	B.
E	*Eudocia Auguſta.*	E
C	*Conſtantinus filius.*	K
L	*Leo filius.*	Λ
A	*Alexander filius.*	A
S	*Stephanus filius.*	Σ

Sed certè Cedrenus, f. 458. ſeriò ſcribit, Baſilii patrem, ab Arſacidis deſcendere, eique nobilem quandam matronam, quæ à Magno Conſtantino natales ſuos trahere credebatur, filiam formoſiſſimam nuptum tradidiſſe.

13, Pho-

13. Photius etiam aliam Synodum congregavit, quam & octavam Oecumenicam voluit dici. In eaque, conſenſu omnium, exhibita eſt definitio fidei, comprobata in ſeptem Synodis Oecumenicis. Conteſtationibus additis, ne quid ab aliquo adderetur, vel minueretur omninò: recitatumque eſt Symbolum Nicænum, ſive Conſtantinopolitanum dictum. Ita quidem ſugillantes Latinos, quòd ei appoſuiſſent verba illa, FILIOQUE. Quam tamen Synodum Johannes 8. P. R. ut & Photium, mox damnavit. *Spondan. Anno Chriſti 879. num. 5. &c. & Anno ſeq. ut & An. 883. n. 3. &c.*

14. Scripſit Photius Epiſtolam ad Archiepiſcopum Aquilejyæ, de his, qui blaſphemo (ut ille inquit) ore Spiritum Sanctum etiam à filio procedere affirmant, eamque repręſentat Baron. *ſub Ann 883. n. 5.* ubi ejusdem argumenta operosè refutat.

15. Intereà Baſilius Imperator, dum Conſtantini filii obitu, inconſolabili dolore afficeretur, ut ei blandiretur Theodorus Euchaitarum Epiſcopus, cognomine Santabarenus, homo perditiſſimus; quem tamen ut virum ſanctum & miraculorum effectorem, Imperator colebat:

præ-

præſtigiis ſuis & necromantiâ effecit, ut idem Conſtantinus defunctus, equo inſidens, Baſilio patri occurrere videretur: quem cùm amplexus & deoſculatus eſſet Imperator, eum non ampliùs vidit. Cùm autem Leo, alius Baſilii filius, à patre Imperator nominatus, eundem Santabarenum, ob ejus malitiam & deceptiones odio haberet: idem Santabarenus eidem Leoni adhuc adoleſcenti, ſimulatâ benevolétiâ fraudulenter perſuaſit, ut cùm ad venationem cum patre exiret, pugionem occultum ferret, quo vel feras, vel fortè patri inſidiantes confoderet. Obtemperavit adoleſcens, dolo non animadverſo; Satabarenus autem Baſilio denunciavit, Leonem filium ei inſidias ſtruere, & ad eum interimendum pugionem in venatu ferre. Quem cùm Baſilius inveniſſet, ardens iracundiâ, nullamq; filii admittens defenſionem, ei oculos eruiſſet, inſtigante Santabareno; niſi aſſiduis Senatus precibus ſententiam mutâſſet. *Zonaras, & Spondanus, An. C. 879. in fin.*

16. De Leonis nativitate ſcriptores Annaliũ inter ſe diſſentire, memorat Glycas f. 416. ubi ita ſcribit: Seylitzes tradit, Michaelum Imperatorem ſobole naturali caruiſſe. Qui enim ebrietati per-

ti perpetuò dediti ſunt, quemadmodum perhibent homines harum rerum periti, nequaquam ſemen ad arcana Veneris idoneum habent. Hoc ſi verũ eſt, qui conſentaneum putabimus, quod ajunt aliqui, Leonem Michaeli fuiſſe filium? Zonaras quidem memoriæ prodidit, Leonem reapſe Michaeli filium fuiſſe, hominum autem opinione, Baſilii. Quippe Leonis mater, cui nomen erat Eudocia, Ingeris filia, quum priùs arcano concubitu cum Imperatore Michaelo conſueviſſet, prægnans Baſilio nuptum data eſt.

17. Sed Leo tandem hac occaſione eſt liberatus. Erat in Regia Pſittacus (avis, quæ humanam vocem imitari facilè diſcit) quæ ſivè edocta, ſivè caſu, ſæpè pronunciabat, *Heu! heu! Domine Leo.* Cùm autem accerſiti aliquando Principes Senatus, cum Imperatore convivarentur, eademque avis, illa verba ſæpiùs proferret: mœſti ipſi à cibis abſtinuerunt, cauſamque percontanti Imperatori reſponderũt: *Quem cibum, ô Domine, comedemus, quibus ab iſta rationis experte ave, tale quid dicitur convitium? Nam ea ſuum Dominum requirit: nos autem genio indulgentes, Dominum, qui nihil peccavit, obliti ſumus.* Mollitus itaque his verbis Imperator, eundem Leonem, è carcere eductum, Imperii honori reſtituit. Ipſeque non multò pòſt diarrhœæ morbo

morbo tabeſcens, eundem Leonem heredem ſuum & ſucceſſorem inſtituit. *Baron. An. C. 886.*

18. De morte Baſilii ita Zonaras: Cùm venatum exiiſſet, in cervum incidit inuſitatâ magnitudine, elata in altum cornua geſtantem: quem perſequendo aſſecutus, cùm ſtricto gladio percuſſurus eſſet, bellua ſe defendit, & ramo uno cornuum, Zonæ Imperatoris infixo, illum ſublimem fert cornibus ſuſpenſum, ac forſitan ita periiſſet, niſi à quodam, enſe diſſectâ zonâ, fuiſſet ereptus. Cui mercedem ſalutis ſuæ præclaram reddidit ille, capitis truncationem: ſpecioſâ causâ quæſitâ, quòd enſem contra Imperatorem ſtrinxiſſet, neque reputavit, pro Imperatore potiùs ſtrinxiſſe, ac remuneratione, magnisque præmiis eſſe dignum. Is ergò ſui erga Imperatorem ſtudii hunc fructum cepit. Imperator verò cornu percuſſus, converſisque inteſtinis, ſupervixit ille quidem, ſed non diu, mortemque obiit.

19. Baſilius autem unà cum hereditate, filio ſuo Leoni, egregia monita ſcriptis reliquit (extantia in tom. 5. Biblioth. P. P.) digna Chriſtiano Imp. benè philoſophante. *Baron. An. Chriſti 886. n. 11. & ſeqq.* Ex quibus duo hic apponere lubet: Sanam habe mentem, in his quæ ad rectæ Fidei doctrinam pertinent; & ſummo honore proſequere Matrem tuam Eccleſiam, quę in Spiritu Sancto te lactavit, & capiti tuo, ad Dei per Chriſtum laudem, Imperii coronam mecum impoſuit. Si enim, quos natura tibi dedit parentes, debes venerari, multò magis eos, qui te in Spiritu

Spiritu Sancto genuerunt, omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: iſti verò æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergò Eccleſiam Dei, ut tu viciſſim ab ea, in honore habeare: & ſacerdotes ejus revereret,tanquam ſpirituales patres,& deprecatores pro nobis ad Deum. Honor enim, qui ſacerdotibus habetur, in Deum refertur. Et ſicut propter te miniſtros tuos in honore habere juſtum; ita & propter Deum,ſacerdotes ejus magnificare,& in pretio habere,ſanctum eſt. Quemadmodum enim honor,qui eis habetur,ad Deum pertinet;ita eorum contumelia & cōtemptus, longè etiam graviùs ejus iram provocat. (2) Evolvere ne unquam ceſſes hiſtorias veterum ; ibi enim reperies ſine labore, quæ alii magno cum labore congeſſerunt. At inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognoſces ; & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea converſiones, mundi hujus inſtabilitatem, & Imperii ad cadendum promptitatem, diſces. Breviter, malefactorum pœnas,& bonorum præmia leges : quorum illa effugies,ne ultionis,quę indè ſequitur, ſeveritatem patiaris; hæc autem amplecteris, ut præmia,quæ ex iis manant,conſequi merearis.

20. Baſilius hicce, ad Ludovicum Imp. cryſtallum, miræ magnitudinis, miſit; auro, gemmiſque micantem : cum parte non modica. S. Crucis. Eoque imperitante, Venetorum beneficio, Græci primùm campanis uti cœperunt. *Cruſius,part.2.lib.2 c.ult.*

Baſilius, dejecto Photio,Ignatium revocat : ac oritur quæſtio de lapſis,& à Photio ordinatis. c.

Baſilius

Baſilius liberis ſuis proſpicit. 2.

Baſilius ex tenui fortuna, ad Imperium aſcendit: ipſi, dum adhuc nemo id ſuſpicaret, prædictum. 3.

Eventum ſortitur prædictio, Theophilo Imp. facta ab Agarena. 3.

Rerum humanarum, mundanæque magnitudinis vanitatem arguit, dum viles, obſcurique generis homines, ad ſummas quandoque aſcendunt dignitates. 4.

Ignatii reductio honorifica: & quæ cauſa putetur Photii dejectionis? 5.

Nimiæ largitiones anteceſſoris, à ſucceſſore revocandæ. 6.

Baſilius Magiſtratus commiſit iis, in quos nulla ſuſpicio corruptionis cadere poterat. Iuſtitiam ſine perſonæ reſpectu adminiſtrari curat. Ipſeque, ne Iudices & Quæſtores præter officium quid faciant, inquirit: & numeros per notas ſcribi, prohibet. 7.

Iudæi, donis ad Baptiſmum illecti. 8.

Ruſſi ad fidem converſi: & quidem miraculosè; dum nempe codex Evangelicus in igne illæſus manſit. 8.

Quomodo Baſilius Imperium jam labaſcens reſtituerit? 9.

Concilium Oecumenicum octavum, & Conſtantinopoli anum quartum; in cauſa Photij. 10.

Photius recuperat priſtinum locum. 11. 12.

Photij impoſtura, in conſarcinanda Baſilij genealogia. 12.

Falſas Magnatum genealogias contingere, antiquum eſt adulationis genus. 12.

Photius Concilium congregat, & Latinorum ſymbolum, proceſſionem Sp. Sancti à Filio quoque aſſerens, ſugillat. 13. 14.

Baſilio filius mortuus, præſtigiatoris cujusdam arte, repræſentatur. 15.

Santabarenus Imperatori filium Leonem exoſum reddit: falſò Patri perſuadens, quaſi ei filius inſidias ſtruere conatur. 15.

Pater ſibi inſidias ſtruentem filium, punire debet: ſed non omnium delationibus temere credere. 15.

Leo (poſt Imperator) cujus filius fuerit. 16.

Leo captivus, Pſittaci cujusdam beneficio, e carcere liberatur. 17.

Baſi-

Baſilius, a cervo in venatione percuſſus, moritur. 18
Punitur, qui in Imp. gladium ſtringit: etiamſi ejusdem liberationis ergo fecerit. 18.
Baſilii monita, ad filium Leonem: de ſacerdotibus venerandis, & Hiſtoriarum ſtudio non negligendo. 19.
Campana in Græciam illata. 20.

IX. *Leo Philoſophus.*

A. C. 886.

EA die, quâ pater mortuus, Leo Baſilii filius Imperium moderandum accepit: conſecutusque eſt præ cæteris illud inſigne cognomen, ut meruerit ſapiens ſive Philoſophus nominari: & ejus ſunt illæ Novellæ, quæ in recentioribus Editionibus Corporis Juris Juſtinianei ſuffigũtur.

2. Baronius *Anno Chriſti 911. n. 2. & 3.* Opera Leonis adhuc in Bibliotheca Vaticana latentia recenſet: Extantque ejus orationes Latinè redditæ, & Ingolſtadii excuſæ; ac refert Iacob. Gretſerus, *t. . r. 2 de Cruce*. Orationem quandam ejusdem Leonis, de Cruce. Ejusdem Tactica Græco-Latina; quibus res bellicas pertractat; nuper à Iohanne Meurſio, viro undecunque clariſſimo, & de literis optimè merito, edita ſunt. Vbi inter alia c. 13. habet: ut pridie ejus diei, quo prælium & certamen ſit ineundum, curare debeat dux exercitus, per ſacerdotem univerſum exercitum expiari aquâ luſtrali, vel benedictâ (quod Græci dicere ſolent ἁγιάζειν, id eſt, aquâ ſanctâ aſpergere: ſicque ἁγίασμα, apud Græcos

Eccleſiaſtico more vocari ſolet aqua benedicta) Præterea habetur ibidem, ut quotidiè manè & veſperi, univerſus exercitus dicere debeat Triſhagium hymnum. Sicque illuſtravit hicce Imperator ſeculum ſuum, alioquin valdè obſcurum, ut Bellarminus ſcribit, *de ſcriptorib. Eccleſiaſt. fol. 290.*

3. Imperator hicce, mox occaſione captata, quòd Photius cum Santabareno conſilium iniiſſet, de eligendo in Imperatorem ipſius Photii cognato; eum è Throno depoſuit, & in Monaſterium Armeniorum relegavit. Qua de re ita Glycas: Leo, cùm Santabarenum ulciſci vellet, priùs de Photio loco movendo conſilium iniit: quòd illum Santabareni patrocinium ſtudiosè ſuſcepturum putaret. Nam rumor diditus erat, Photium cuidam ſuorum Imperium tantùm nō deſpondentem, hac ipſa de cauſa cum Santabareno conſilia communicâſſe; contraque Leonem aliquid fraudis fuiſſe machinatum. Igitur eum Leo primùm in exilium agit, deinde contumeliis adfectum aliis, tandem oculis ſpoliat. Prolixiùs hæc narrat Cedrenus: Primò omniū, inquit, de ſubmovendo Photio Patriarchâ cogitatum: quòd hoc Pontificatum ſuum obtinente, ſentiret Santabareno ſe malè facere non poſſe; quem à Photio acriter defenſum & cōtra vim propugnatum iri noverat. Etenim id quoque jactabatur, Photium in eo fuiſſe, ut ſuorum cognatorum quendam ad Imperiū eveheret: cumque id ſe perficere, niſi ſublato Leone, nequire judicaret, Santabareno idem ſentienti in parandis iſtis inſidiis ſocium ſe præbuiſſe. Ergò Imperator Andream magiſtrum, exercituum ducem,

cum

cum Iohanne Hagiopolita, magiſtro & dromilogotheta, mittit in magnam Eccleſiam, jubetque eos de ſuggeſtu ad aures multitudinis ex ſcripto recitare crimina Photii, eumque in Harmonianorum monaſterium relegare. E veſtigio in ejus locum Leo fratrem ſuum Stephanū ſyncellum ingerit: quem, quia tum Epiſcopus Heracleæ in vivis non erat, Theophanes præſes deſignavit.

4. De Leone etiam Manaſſes & Glycas, ſequentem Hiſtoriam habent: Cùm Leo quodam tempore proceſſum inſtitueret, jamque perveniſſet ad Mucii Martyris ædem: vir quidam immanis, iis ſimilis, qui malis à geniis agitantur, tam geſtibus quàm vultu inconſtans, in Imperatorem proſiliens, clavâ in caput ejus impactâ, lethale vulnus inflixit. Comprehenſus autem, coactusque tormentis, ad indicationem eorum, quos facinoris conſcios haberet: nihil dicere poterat, morbo graviter hominē vexante. Heic cùm vir quidam ſanctus, quique divino ſpiritu futura proſpiceret, ac variis donis ornatus eſſet, nomine Marcus, Imperatorem gravi dolore correptum cerneret; exiſtimantem aliquid ampliùs mali conſecuturum: verbis medicinam ei faciens, tanquàm mitigante dolorem pharmaco, vaticinium hujusmodi edidit. Noli quæſo, Imperator, appetiiſſe tibi vitæ finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte ſubeat. Nam tibi tam vitæ, quàm Imperii, decem adhuc anni, cœleſti à manu conceſſi ſunt. Hæc ille fatus, obticuit. Neque multò pòſt Imperator, & animi dolore liberatus eſt, & ex vulnere convaluit. Ac

Marci quidem vaticinium minimè fuiſſe vanũ, eventus comprobavit.

5. Is item, cùm tertiâ uxore defunctâ, quintam, nomine Zoen, ſuperinduceret; quamvis id faceret liberorum quærendorum causâ, cùm nullos ex tribus prioribus ſuſtuliſſet: tamen, quòd frequens ejusmodi nuptiarum repetitio contra canones videretur, imò & contra ipſius Leonis promulgatam olim Conſtitutionem 90. has quartas ejusdem nuptias, Nicolaus Patriarcha Conſtantinopolitanus, cognomine Myſticus, non ſolùm benedicere recuſavit; ſed & Presbyterum, qui benedixit, depoſuit: atque ipſum Imperatorem, ab ingreſſu Eccleſiæ prohibuit. Cùmque inſuper nollet, quamvis diu rogatus, Imperatorem in Eccleſiam recipere, in Monaſterium ab ipſo conditum, eſt relegatus. Sed Pontifex Romanus, cum Imperatore hac in parte diſpenſavit. *Baron. An. Chr. 901.*

6. De Leonis uxoribus videri poteſt Glycas, f. 419. Baronius, An. Ch. 901. qui ibidem n. 7. ſubjungit; Leonis cõjugem THEOPHANIAM miraculis claruiſſe, & inter Sanctas referri. Refertque Cedrenus f. 488. quòd Leo Stylianum Zautzam, magiſtrum ac logothetam dromi creaverit, cujus cum filiâ jam tum conſuetudinem habebat, vivente etiamnum legitimâ uxore Au-

guſtâ

guſta Theophanone: quæ etſi videbat inaudiebatque,quid rei gereretur, nunquã tamen æmulatione, ob violatã lecti fidem,exarſit. Et de ſecũdâ Leonis cõjuge,Zoe vocatâ, f. ſeq. itidẽ Cedrenus: Imperator Zoes amore impulſus, Zautzã ejus patrem, novâ dignitate excogitatâ, Imperatoris Patrẽ appellat. Nam Zoe iſta facilè omniũ ea ætate mulierum formâ præſtantiſſima, nupſerat patricio Theodoro Guniazitzæ: ſed cùm maritus per dolum veneno necatus eſſet, Imperatoris, vivente adhuc ejus uxore, concubina fuit.

7. Extat *Tom. 3. Biblioth. ſanctæ.* Leonis Epiſtola ad Omarũ Regem Saracenorum, de Chriſtianæ fidei veritate & myſteriis, ac Saracenorum variis hæreſibus & blaſphemiis. In qua inter alia, de ſanctiſſima Trinitate doctrinam ingerens, Spiritum Sanctum à Patre ſimul, Filioque procedere, apertè absque ulla hæſitatione profitetur. Unde intelligas, eam orthodoxam doctrinam ab hujus temporis viris doctis receptam fuiſſe.

8. Fuit Leo in rebus bellicis haud negligens, & hoſtes, quâ potuit diligentiâ, nunc circumvenit, nunc debellavit, nunc cum iis pacem fecit. Inprimis autem in cuſtodienda urbe ſolers. Nã cùm Conſtantinopolis, inter ferociſſimas gentes, pluribus eſſet periculis obnoxia, utpote quæ tum Hungaros, Ruſſos, Bulgaros, Normannos, Armenos, & Perſas, cum aliis ſævis nationibus, habe-

haberet vicinos; qui eam paſſim pro temporis opportunitate moleſtabant: inſuper quotidiè ei domeſticæ pararentur inſidiæ; ſingulis noctibus in triviis ac plateis urbis agitabantur cuſtodiæ. Et quicunque poſt crepuſculum deprehendebatur à cuſtodibus, cæſus verberibus trudebatur in carcerem, donec illuceſceret. Leo ergò Imp. vigilum volens experiri fidem, noctu ſolus è palatio, habitu mutato ſeſe proripuit. A primis deprehenſus cuſtodibus, quò proficiſceretur rogatus, lupanar ſe petiturum reſpondit: à quibus ſe duodecim aureis redemit, cùm carcerem & verbera minarentur. In ſecunda item cuſtodiá deprehenſus, viginti ſe liberat aureis. In tertiam cùm incidiſſet, pugnis flagrisque cæſus, carceri traditus, nullo ſe potuit redimere ære. Abeuntibus reliquis, cùm jam illuceſcere penè inciperet, cuſtodiarum magiſtrum interrogat: an Leonem Imp. noſceret? At cùm ille negaret, utpote quem rarò vidiſſet (rariſſimè enim in publicum prodibat Imperator) cuſtos carceris, hominis facilitatem admiratus: Cur, inquit indignabundus, de tua ſalute non cogitas, manè publicam ſubiturus ignominiam, qui Cæſaris es transgreſſus mandatum, noctu in plateis, ut latro ac meretricarius impurus deprehenſus, & cuſtodiæ mancipatus. Leo vix cuſtodi carceris perſuadet, ſeſe Imperatorem eſſe, ut ſeſe in palatium comitetur, antequam dies tota illuceſceret: verebatur enim capitis periculum. Perſuaſus tandem, palatium cum eo accedit; & duabus auri libris donatus, juſſus eſt cæteris dicere, carcere effracto illum captum diffugiſſe. Mane facto, Imperator cuſtodes urbis evocat: Num quis latro, aut adulter,

ter, aut fur, nocte præteritâ, ſui mandati trâsgreſſor ſit deprehenſus? interrogat. Qui precio erant corrupti, nihil ſe aut vidiſſe, aut audîſſe aſſerunt. Qui verò Leonem cæſum, cuſtodiæ mancipaverant, ſeſe quempiam reperiſſe fatentur, & flagris onuſtum carceri tradidiſſe, ſed effractâ cuſtodiâ aufugiſſe. Et ideò in terram proſtrati precantur, cùm non ſuâ culpâ is carcerem effugerit. Leo amotis aliis ſuis familiaribus, dorſum ex flagris adhuc lividum cuſtodibus oſtendit: ablatis donis quæ dederat, ac bonis omnibus, prioribus cuſtodibus, poſteriores magnis muneribus locupletavit; aliis urbe pulſis, hos in fide retinuit, longéque diligentiores effecit: ac urbem ſuam hoc aſtu tutiſſimam reddidit, cuſtodibus ſemper præſentiam Imperatoris expaveſcentibus. Eandem curam injecit & prætorianis militibus. Solebant enim præſidia duodecim militum, poſt acceptum prandium, ante ejus palatium excubare, cùm Imperator quieſceret. Leo quondam, aperto clàm palatii oſtio, vidit omnes in ſomnū reſolutos. Vnus contractis in faciem brachiis ſtertabundus, ſomnum ſimulabat. Imperator ſingulis dormitantibus auri libram apponens, clàm diſceſſit clauſo palatio, cupiens illis admirationi fore aurum inopinatò repertum. Abeūte Imperatore, duodecimus qui non dormiebat, ſingulorum ſibi aurum arrogavit, & ſe quieti dedit. Pòſt ab Imperatore vocatis omnibus iis militibus, interrogati ſunt: Quid dulce ſomniâſſent, an expergefacti hilariores ex ſomne redditi eſſent? Territi, quòd dormiviſſent, nihil quicquã tamen ſe vidiſſe, aut reperiſſe jurejurando affirmant. Imperator ex calliditate obticere ea, quæ

eis appoſuiſſet, ſuſpicatus, minas adjecit, ut verum dicerent. Duodecimus itaque, qui ſingulis aurum ſuſtulit, præfatus honòrem: Imperator, inquit, quid mei viderint in ſomnis collegæ, planè neſcio; ego dulciſſimum ſomnum habui, & utinam ſæpiùs tale mihi ſomnium obveniat. Viſus enim ſum quaſi non dormiens vigilare, dormientibus verè, ſed non commodè, Collegis meis: cùm quidam ſimilis tui, ô Imperator, ſingulis auri librā apponit clàm, & tacitus clauſo diſcedit oſtio. Illis verò tam pulchram non videntibus viſionem, ſurrexi, & undecim libras meæ duodecimæ conjunxi: arbitratus honeſtū, ut duodecim hæ libræ, ob honorem duodecim Apoſtolorum, ſimul eſſent, quos omnes libenter veneror: tum dulciſſimè quievi. Et in ſomnis duodecim mihi aſtare Apoſtolos vidi: qui meā laudârunt ſolertiam. Hæc viſio me multùm exhilaravit, ô Imperator, & utinam crebrò redeat mihi talis ſomnus. Expergefactus, duodecim libras auri, in marſupio reperi, & viſionem veram fuiſſe, reipsâ didici. Leo in riſum ſolutus: Vigilandi (inquit) & auſpicandi officium exegiſti ſimul, dignus qui talem viſionem habueris. Collegæ tui, ſtultitiæ pœnas ſecum ferant, & dormiant hinc usque ad confuſionem. *Liuthprandus, Ticinenſis Eccleſiæ Levita hiſtoriar. lib. 1. cap. 3. & 4. Iohannes Cuſpinianus, fol. 212. & ſeq.*

9. Sed utcunque ſapiens fuit Leo, intra ſervos tamen ingenium habuit, & à miniſtris ſuis deceptus variè eſt, inprimis à SAMONA; qua de re ita Cedrenus: Baſilius, Imperatoris ἐπέικτας (erant Compulſores, qui à Iudice executoribus adjun-

adjungebantur, *ex Meursii interpretat.*) conſobrinus Zautzæ, ſoceri Leonis, cùm cædem machinaretur Imperatori, arcanum ſuum Samonæ expoſuit cubiculario, origine Agareno: priùs tamen ab eo taciturnitatem ſtipulatus. Samonas ſtatim equo ad Imperatorem profectus, leorſim monet, habere ſe aliquid, quod ipſi indicare velit, & quod ſine ſuo periculo dicere, ſed non niſi ipſius exitio reticere poſſit, ſimulque totam inſidiarum rationem exponit: utque Imperatori, fidem narrationi deroganti, omnem eximeret dubitationem, duos Imperatorem, quos intimos haberet, jubet ad ſe mitti, qui ſub id tempus, quo Baſilius ipſum eſſet conventurus, in occulto deliteſcentes, colloquium, quod erat ſecum habiturus, ſtilo exciperent atque annotarent. Probat hunc ſermonem Imperator, mittitque Chriſtophorum protoveſtiarium, & unum de ſuis excubitoribus Calocyrum. Hi in Samonæ domicilium cùm veniſſent, abditi exitum operiuntur. Baſilius in fraudem actus, ad Samonā venit, & colloquii datâ opportunitate, omnia ſua arcana effutit; quæ ii, quos Imperator miſerat, literis mandantes, demum iis in prandio hærentibus, occultè ſeſe ſubducunt, & ſcripta oſtenrunt. His lectis, Imperator illicò Baſilium in Macedoniam amandat, veluti Zoæ amitæ ſuæ e vivis egreſſæ, ibi juſta exhibiturum: & operâ Styperotæ Drungarium biglæ detinet: ſodalitatis etiam præfectum Nicolaum, urbe, occultato cōſilio, emittit, atque his peractis, Baſilium è Macedonia revocatum inquiſitioni ſubdit, convicium per mediam urbem in triumpho ducit, Athenasque relegat. Inde univerſo Senatu convo-

cato, quæ erant à Samona ipſi delata indicia, exponit; eumque Senatores laudant, ſummoque dignum honore, pronunciant. Et Samonam Leo ſtatim protoſpatharii munere decorat, ſibique familiarem adſciſcit. Cùmque Imperator per Duces contra Saracenos bellum gereret, per Euſtathium nempè, ſtirpis Argyrorum, & Andronicum genere Ducam; hi multas de Agarenis reportârunt victorias. Cæterùm Samonas, is quẽ inſidias Imperatori detexiſſe docuimus; cùm eſſet apud hunc in ſummo honore, ſimulans ſe ad monaſterium ſuum exire, profugit cum pecuniâ & equis ac diſpoſitorum per ſingulas ſtationes publicorum equorum nervos incîdit. Leo igitur mittit, qui eum inſequantur, Baſilium ſodalitii præfectum, cognomine Camaterum (id eſt, laborioſum) & Georgium Crenitam. Samonam jam Halyn fluvium transeuntem Nicephorus Caminâs Drungarius deprehendit, ac multis precantem, multa etiam dona ut dimitteretur, promittentem detinet. Samonâs cum miſſionẽ non impetraret, prætendit ſe voti causâ ad Siracham crucem proficiſci: ſed eum Conſtantinus Andronici Ducæ F. ſuperveniens, ſecũ Conſtantinopolim abducit. Leo Samonãm, in Bardæ Cæſaris domo, in cuſtodia adſervari jubet. Conſtantino, ex quo didicerat, extra controverſiam eſſe, quòd Samonás in Militenam transfugere intendiſſet, mandat, uti hoc in Senatu diſſimulet, & eum Siracham voti causâ proficiſci voluiſſe dicat: nam veniam Samonani conſequi volebat. Poſtridiè Senatu advocato, Conſtantinum in medium adducit, juratumque per [illegible] & Imperatoris vitam interrogat, in Syriam

riam Samonâs fugerit, nec ne Conſtantinus juriſjurandi (nam citra id juſſus erat veritatem celare) motus religione, coram omnibus profitetur, Samonam in Melitenam, quæ ejus erat patria, fugam inſtituiſſe. Imperator hunc iratus dimittit, Samonam in Cæſaris domo aſſervari mandat: unde poſteà dimiſſus, priſtinæ eſt reſtitutus dignitati. Pòſt Imperator Samonam cubicularium ſuũ intimum creat, quòd eo ad omne flagitium miniſtro uteretur commodiſſimè.

10. Porrò Imperator Himerium dromi logothetam, cum claſſe adverſus Agarenos mittit, eique Andronicum Ducam adjungit. Hîc Samonas, qui quòd à Conſtantino ex fuga retractus fuerat, implacabile in Ducas odium gerebat, quendam Andronici familiarium ſubornat: eique perſuadet, ut occultè Andronicum per literas moneat, ne navim conſcendat. Nam Imperatorem, à Samona eò pertractum, Himerio ipſius excæcandi mandatum dediſſe: & Andronicus literis iis acceptis, voluit cum Himerio in bellũ ire. Himerius itaque ſolus coactus eſt, cum hoſtibus confligere; eosque dèvicit, & interfecit. Quo cognito, Andronicus deſperatis ſuis rebus, & convaſatis, cum neceſſariis ac ſervis ſuis, caſtellum quoddam occupavit, ſupra Iconicum ſitum; Cabalam nomine, & ad defectionem ſpectavit. At Samonas arrepta occaſione, non deſiit Imperatorem verbis concitare atque irritare; ſe pridum ſenſiſſe, Andronicum defectionem parturire, & eſſe ejus conatui antevertendum: Imperatorem cunctando optimam ejus rei occaſionem dimiſiſſe, atque ita hoſtem è manibus laſiſſe; ſed vel ſic aliquid conandum, ne quod

ab eo accipiatur damnum. Hoc quaſi ſtimulo incitatus Leo, Iberitzam Gregoram, Scholarum domeſticum, & Andronici affinem, cum valido exercitu contra Andronicum emittit. Andronicus ubi hoc reſcivit, & Nicolaum Patriarcham, quo maximè erat fretus, Eccleſiâ ejectum eſſe; Cabalà relictâ, ad Agarenos cum omnibus ſuis profugit: eumque Amermumnes honorificè admodum accepit. Imperator porrò reputans, quãtum iſto amiſſo, ducem amiſiſſet, & qualem eſſet habiturus hoſtem, animi angebatur: & quomodo eum reduceret ad ſuos, cogitabat. Scribũtur tandem literæ Impèratoriæ, quibus Andronico & offenſarum omnium oblivio, & reditus domum, & priſtina dignitas, atque fortunæ, & innumera dona ac beneficia offeruntur. Eæ cereo incluſæ, Saraceno cuidam, è prætorianis captivis, ad ſummum favorem producto, in Syriã Andronico perferendæ traduntur. Diſcedentem Saracenum Samonas ſeorſim compellans: Scis, ait, quid portes? ceram innuens. Neganti: Cera, inquit, quam geſtas, Syriæ eſt exitium: & tu, ſi qua tibi gentis, & eandem tecum religionem colentium eſt cura, eam Vzeri in manus trade; promittentem ita facturum, donis pretioſis magnificè eſt demeritus. Ergò Saracenus, confecto itinere, Vzeri ceream tradit: isque cerâ remotâ, literas inventas legit, & perceptâ ſententiâ, rem Amermumnæ ſignificat. Extemplò Andronicus cum ſuis in carcerem cõjicitur, ubi diu magnas toleraverunt miſerias: quarum quidam impatientes, fidem Chriſtianam abjuraverunt. Andronicus in carcere periit. Filius autem hujus Conſtantinus, vivo adhuc & conſcio patre, re-

rum quibusdam aliis captivis (complures enim in carcere unà incluſi erant, quòd religionem veram prodere nollent) compoſitâ; ruptis vinculis,per funem ex carcere delapſi, & equos nacti profugerunt. Militesque, qui eos comprehenſum miſſi inſequebantur, nunc obvertendo ſe & dimicando; nunc aurum, in quo colligendo ii occuparentur, projiciendo amoliti:ſicque ſti ad fines Romanorum evaſerunt.

11. Imperator Conſtantinum,& qui cum ipſo rant,ſtatim ad ſe vocat,donisque variis afficit: & à primo congreſſu, cùm aureo triclinio eſſet xiturus Conſtantinus (ibi enim eum convivio xceperat Leo) revocat eum Imperator; atque culis in imagines Chriſti & Deiparæ, quæ ſuernè erant collocatæ, defixis ſic affatur: Conſtantine,vide,ne imponat tibi nomen tuum, ca-e,néve ob id Romanis te imperaturum opines.Etenim filio meo Conſtantino,id Imperium vinitùs eſt deſtinatum;quod ego comperi prędictionibus Divinorum hominum,caſtitate ſuâ turorum præſcientiam nacturum. Locum itaue tuum tene,neque te ſuperiora ſomniaveris: ioqui ſcito,tuum, ſi tyrannidem affectaveris, put trunco relicto per hanc portam illatum . Hoc quidem eventu eſt confirmatum. Moro enim Leone, Conſtantinus cùm invaſiſſet iperium,in Genici ſecreto obtruncatus eſt,catque tabo & cruore ſtillans, per dictam porn eſt in regiam allatum.

12. Cæterùm pactorum causâ, à Tarſo & Meena,ad Leonem miſſi venerunt Conſtanti lim, Abelbaces & Samonæ pater, quos -ifico Imperator convivio excepit in Magnau-

râ, ſplendidè inſtructâ. Exornavit & magnum Templum magnificè, legatisque introductis omnia etiam vaſa, ad Divinam pertinentia leiturgiam demonſtravit. Id quidem ſtatu Chriſtiano indignum fuit, peregrinis hominibus, iisque à vera religione alienis, ea oſtendere, quæ ne à piis quidem & integræ vitæ hominibus temerè viſuntur. Et Samonæ pater, cùm videret, quantùm potentiæ atque honoris apud Imperatorem filius obtineret, cum filio manere voluit, patriâ Melitanâ deſertâ. Verùm Samonas id paſſus non eſt, hortatus patrem, ut domum rediret, & in ſua religione perſeveraret: ac ſe quoque expectaret, primâ quoque occaſione domum rediturum.

13. Feſto Pentecoſtæ die, Imperator filium ſuũ Conſtantinum, operâ Euthymii Patriarchæ coronavit. At verò Samonâs, ut Auguſtam demerreetur, ſuũ miniſtrum Conſtantinum, natione Paphlagonem, eunuchum, ei pro famulo tradit. Is Conſtantinus in tantã venit Auguſtæ & Leonis gratiam, ut ipſe etiam Samonas invidiâ correptus, apud Imperatorem eum detulerit, quaſi cum Auguſtá is rem haberet. Cui criminationi credens Leo, Conſtantinum, Monachi in morẽ tonderi jubet, & ab ipſo Samona in Taraſii monaſterium deduci. Paulò pòſt autem mutatâ ſententiâ, recipere eum cupiens, ejusdem Samonæ operâ, eum in monaſterium Spirarum tranſtulit. Egreſſusque ad Damatryum, & in Samonæ pranſus monaſterio, cùm videret Conſtantinũ, [illegible]cò mandavit, ut monachi habitu exutus, civili veſtitu amiciretur: & apud eum conviva[n]s,

pocu-

poculum ei ſuum dari juſſit, ſecumq; hominem
n palatium reduxit.

14. Samonas videns Imperatoris in Conſtan-
inum amorem creſcere; compoſitâ re cum Me-
iſto Cœtonita & Michaelo Tzirithone, libel-
um conviciis in Leonem innumeris refertum;
pera ſcribæ ſui Conſtantini Rhodii conficit:
umque conſignatum in Mitatorio abiicit. Im-
erator publicè in magnum Templum progreſ-
us, cùm in Mitatorium veniſſet, quo loco preca-
atur, libellum invenit, ac legit. Ea res eos qui
lerant, in magnam conjecit ſolicitudinem, at-
ue ipſi etiam Leoni curam attulit autorē quæ-
endi. Sub id tempus Lunæ defectus maximus
it; & Leo Synnadenſem Metropolitam, Pan-
leonem nomine, Aſtronomicâ imbutum ſciē-
â accivit, ut ex eo, deliquii ejus quis futurus eſ-
t effectus, cognoſceret. Eum ad regem intran-
m, Samonas percontatus eſt, cuinam adverſa
rdenterentur? reſponditque, Tibi. Sed tamen
13. Iunii diem ſuperaveris, nihil deindè mali
i evenit. At ab Imperatore, de eadem re inter-
gatus, proximæ ab Imp. perſonæ denunciari
alum dixit. Itaque de fratre ſuo Alexandro ac-
pit Leo: ſed quis fuerit prædictionis exitus,
ox dicemus. Etenim Leo, cùm eum Michaelus
iritho, ſeorſim congreſſus, monuiſſet, libelli
famis autorem eſſe Samonam: ſtatim domum
m deportari Samonam, & monachi in mo-
n radi juſſit; deinde in Euthymii Patriarchæ
naſterium deduci, indeque convitiis proſciſ-
n, in Martinaciorum transferri. Ea omnia
a ante diem à Pantaleone deſignatum.

15. Et tandem de morte Leonis ita Cedrenus:
Impe-

Imperator autẽ cœliaco morbo correptus, eeque aliquandiu confectus, & in ſummam redactus invaletudinem; vix potuit orationem Jejunii tempore pro more habere. Itaque advocato tum Senatu, ſic infit: Caro mea, amici, morbo conſumpta diffluxit, viresque defecerunt, ac fortaſſis vobiſcum ampliùs non vivam, neque ad feſtum Reſurrectioni Chriſti diem, vitã perducam. Hanc itaque unam ac poſtremam à vobis gratiã poſtulo mihi dari: recordamini, quàm me vobis benignum præbuerim, atq; ideò uxorem, filiumque vobis commendatum habetote. Senatus cum fletu atque ejulatu oſtendit, ſe jacturâ hujus Domini atque Imperatoris, incredibilem percipere dolorem: Auguſtæ autem & filio Imperatori ita ſe fideles fore, ut vel millies pro eo ſint, ita rebus poſcentibus, mortem oppetituri; itaque Imperatore extremùm conſalutato diſceſſerunt.

16. Sub hocce Imperatore, contigêre, quæ Symeon Metaphraſtes ſcribit, *in S[illegible] Menſis Novembris [illegible]:* repetita à Cruſio noſtro *part.2.lib.3.c.2.* & quoque à Baronio, *[illegible] 9 [illegible]. apr.* Fuit in Lesbi inſulæ civitate Methumna puella quædam Theoctiſta nomine Hujus cùm parentes diem ſuum obiiſſent; à propinquis ipſa Cœnobio ſacratarum virginum eſt commendata. Illa cùm jam ferè XVIII. annorum eſſet, diebus ſacri Paſchatis, in vicinum urbi exivit vicũ ut inviſeret ſororem ſuam; ibi cum marito habitantem. Nocte autem, Arabes, qui ex inſula Creta appulerant, irruentes in illum vicum, incolas cum Theoctiſta ceperunt omnes: ac poſtridie manè in inſulam Parum avexerunt. Barbaris,

baris, cùm in Paro eſſent, mancipiis, & reliquâ prædâ dividendâ, occupatis: Theoctiſta occaſionem ab ipſis aufugiendi nacta eſt. Itaque citatiſſimo curſu, in ſylvam lata, ibi ſeſe abdidit: non ſine cruentatione pedum, & dolore maximo; per ſalebroſa, dumoſa, & aſpera contendendo loca. Poſtero die, animadverſo Saracenorum diſceſſu: ipſa mirificè gaviſa eſt, omnisque doloris oblita, tanquam libertatem adepta. Reperit in deſerta illa (propter Barbaricas incurſiones) inſula, Templum; in quod ſe contulit, ibiq; XXXV. annos vixit. Erat id Templum, B. Virgini Mariæ conſecratum, ex marmore cãdidiſſimo pulcherrimè factum; etſi non ampliùs integrum. Cibus autem miſellæ fuêre lupini, aquâ macerati, & ſylveſtres herbæ: imò verbum Dei, hominem non ſolo pane, ſed hujus verbi vigore, vivere affirmans. In tanto etiam tempore, omnis illa veſtis, cum qua fuerat capta, detrita perierat Nuda igitur deinceps erat; Divinâ tamen manu, adverſus æſtus & frigora protecta. Exactis autem illis 35. annis, quos in illa ſolitudine vixerat: Venator quidam ex Eubœa trajecit, pluribus ſociis comitatus, in Parum inſulam. His ipſis in venatione relictis; ut erat pius, declinavit ad illud, de quo diximus, fanum: ibique precibus factis, videt in ſolo parvam lacunam, & aliquot inibi humectatos lupinos. Hoc enim genus in ea inſula naſcitur copioſiùs: ſicut aliæ inſulæ, alio plantarum aut fructus genere abundant. Exiſtimavit, non fortuitò ibi eſſe illos lupinos; ſed alicubi in vicinia Sanctum aliquem hominem eſſe. Properat ad ſocios: prædaque multâ captâ, itur ad navim: ipſe ad Templum orandi causâ reverti-

vertitur. Ibi videt ad dextram Altaris partem, quiddam ceu tramam à vento agitatam, aut telam aranei. Cùmque progrederetur, viſum, quid rei eſſet; audivit vocem, dicentem: ſubſiſte, homo; nec accede propiùs. Fœmina ſum. Ideò verecundor à te conſpici. Perturbatus eſt ille hâc voce vehementer, ut re inexpectatâ. Volebat fugere; horrentibus capitis ejus pilis. Manſit tamen, & interrogavit quis eſſet? Quomodo in hanc ſolitudinem veniſſet? Exue pallium (inquit illa) & abiice, ut me contegam. Tum ad interrogata tibi reſpondebo. Fecit ſic Venator. Illa, dum is extra portam ſeceſſerat, veſtē induit: ac ſe crucis ſigno notavit. Homine in templo regreſſo, prodiit illa: ſpecie quidem muliebri, ſed auguſtiore quodam conſpectu. Capillus albus, facies nigra, cum modico tantùm albo: Cutis propè abſque carne ſuper oſſa. Vmbram te videre pro homine, dixiſſes. Cohorruit Venator, tremuit, procidit: fauſtam precationem ab ea petiit. Illa, ne planè videretur eſſe ſpectrum, aut ſpiritus: manibus ad Orientem extenſis, tenui quodam murmure, precatiúnculam percurrebat. Deindè, Deus tui miſereatur, inquit, mi homo. Tum ſuam ei fortunam, ut ſuprà expoſita eſt, totam explicuit. Quæ narratio, jucundior ei omni muſicâ, omni luſciniarum cantu, fuit: quâ abſolutâ, ipſa cœlum intuita, Deo gratias egit. Ille, reverentia quâdam erga eam ductus, oculos in terra fixos tenebat, aſpicere ipſam nō audens. Tum Theoctiſta, venatorem appellans: Habes jam, inquit, ſtatum rerum mearum. Vnū eſt, quod viciſſim à te peto. Quando huc redibis (quod omninò, Domino juvante, fiet) præſta

mihi

mihi obſecro, hoc beneficium. Affer tecum in vaſculo mundo, PARTICVLAM DOMINICI CORPORIS: cujus mihi, ex quo tempore in hoc deſerto loco ſum, facultas nulla contigit. His dictis, dimiſit virum, cum benedictione: orans, ne cuiquam de ipſa quicquam diceret. Ille, magno cum gaudio diſceſſit: tanquam non hominis, ſed Angeli colloquio dignus habitus. Alio deinde tempore rediit: ſociiſque ad venationem dimiſſis, Sanctam illam requiſivit. Quæ progreſſa in pallio, quod ille ei reliquerat: cùm ab eo in terram procidente, honoraretur: Deo tribuendum eum honorem dixit, ipſumq; erexit. Deindè cœnam Domini, in pyxide allatam, præ gaudio lacrymans, ſumpſit. Nunc dimitte me, inquit, Domine ſervam tuam, quando voles. Vidi ſalutare tuum: remiſſionem peccatorum meorum accepi. Reverſus poſt aliquot dies Venator, mortuã, ſuam dilectam prædã reperit: ac lachrymans ſepelivit, manu tamen dextrâ, retinendi gratiâ deſciſsâ. Sed tempeſtatibus navẽ remorantibus, in Eubœam redire non potuit: antequam manum ad reliquum Beatæ corpuſculum humaviſſet. Tunc laudes Deo dixit: ad maius, quàm antehac unquam, pietatis ſtudiũ excitatus.

Leo ſapiens, fit Imperator: isque auctor eſt Novellarum, quæ ſub ejuſdem nominis præſcriptione extant. 1.

Leonis Imp. Opera, & Tactica: ex quibus de luſtratione exercitus & precibus, a militibus dicendis, quædam referuntur. 2.

Photius, Leoni inſidias ſtruens, à ſede removetur. 3.

Leonem, dæmoniacus lethaliter vulnerat: ſed à Monacho, eidẽ vita, & Imperiũ, adhuc per decem annos prædicitur. 4.

Leo quartum matrimonium init: & eo nomine à Patriarcha, Eccleſiæ aditu prohibetur. 5.

Leo-

Leonis uxores: & nominatim de Theophania, marito concubinam permittente. 6.
Leo in articulo de Sp. Sancti proceſſione orthodoxus. 7.
Leo Vigilum fidem explorat, callido ſtratagemate. 8.
Alienæ Religionis Aulicis, non fidendum. 9.
Teſtes ſubornati, & latitantes; ſecretum colloquium excipientes. 9.
Samonas, Imperatori Baſilii inſidias detegendo, ad ſummas dignitates perveniens; ipſe eſt infideliſſimus. 9.
Aulici, aliorum delatores, ſæpè ejusdem criminis ſunt rei. 9.
Samona Agareni, varia fortuna, & fraudes. 9. &c.
Principes ſæpè fovent, quos infidos, & peſſimos eſſe norunt; ut iis miniſtris ad omne flagitium utantur. 10.
Samonas, ſub ſpecie amicitiæ, & admonitionis, Andronicum prodit. 10.
Admonitiones, & renuntiationes Aulicæ, ſæpè ſunt proditiones. 10.
Leo, Conſtantino Ducæ, interitum prædicit. 11.
Ambitio, nec admonitiones, neque prædictiones, aut præſagia curat. 11.
Saracenus, rarò fit bonus Chriſtianus. 12.
Legatis Infidelium, non omnia oſtendenda. 12.
Conſtantinus Eunuchus, ad magnas dignitates aſcendit; quibus deiicitur; ſed tamen majores iterùm recuperat. 13.
Samonas, ipſam ſuam creaturam, (eum ſc. quem promovit) iterum deſtruit. 13.
Samonam Paſquillus, in Imperatorem conſcriptus, evertit. 14.
Ex defectu Lunæ, Samonæ adverſitates magnas Aſtrologus prædicit. 14.
Leonis mors, & commendatio filii ſui. 15.
Aulici Pelagi varia fortuna, & naufragia: artes item Magnatum Aulicorum, Principumque ingenia graphicè, per aliquot exempla, à n. 9. usque ad 15. depinguntur.
Theoctiſta, virgo, per multos annos, in deſerta Inſula commorans, invenitur à venatore. 16.

X. *Alexander.*

A. C. 911.

LEone Anno Chriſti 911. vitâ functo, frater ejus Alexander, habenas Imperii ſuſcepit: ſimul regnante Conſtantino, Leonis filio, puero adhuc. *Curopalates.* Sed mox Anno ſubſequenti is, lotus & pranſus, vinoque ebrius, poſt meridiem pilâ ludere volens, exorto dolore in inteſtinis, præ cibis, quibus ſe ingurgitaverat, reverſus in palatium, multo è naribus ac pudendis effuſo ſanguine, poſtridiè mortuus eſt. Ipſumque ita confectum irâ Dei, ob contemptum Divinitatis, tradit Aretas Cæſarienſis Archiepiſcopus, *apud Lipom. tom. 3.* dum ait, ipſum cooperto capite in loca ſancta ingredi aſſueſcentem; cùm & quodam die, amictum ſacræ menſæ dimovere auſus eſſet, mox inſaniâ correptum, nunquam poſteà compotem mẽtis extitiſſe: deniq; cùm & ſtatuis in Hippodromo poſitis, ſolitum Baccho ſacrificium fieri juſſiſſet, eo nondum peracto ſacrilegio, ipſum divinitùs percuſſum, in cubiculum ſuum aſportatum eſſe, eodemque, quo Herodes, caſu periiſſe. *Spondan. Anno Chriſti 912. n. 2.*

2. Re-

2. Refert Manaſſes, Leonem ſapientem, in extremis reſpirationibus pronuntiâſſe, Alexandrũ ultra 13. menſes non victurum. Aitque Zonaras: Leonem jam moribundum, cùm fratrem ad ſe venire vidiſſet, dixiſſe: Ecce infauſtum tempus, poſt tredecim menſes.

Alexandri luxus, & impietas, eundem perdit. 1.
Leo Imp. fratri, mortis tempus p[illegible] 2.

XI. *Conſtantinus Prophyrogenneta.*

Anno Chriſti, 912.

Prophyrogennetæ, vocabantur Imperatores, ad quos natalium jure, ſucceſſio in regno pertineret: quaſi nati in palatio, ubi Auguſtæ pariebant. Sicque appellationem hanc, indè cœpiſſe, Conſtantinus Manaſſes in Annalibus ſuis refert, quòd πορφύρα diceretur domus ea, in qua parerent Imperatrices. *Videatur Voſſius, de hiſtoricis Græcis. lib. 2. cap. 16. fol 198.*

2. Defuncto Alexandro, ſolus (ſed ſub tutoribus) imperare cœpit Conſtantinus, puer ſeptennis; πορφυρογέννητος vulgò dictus: filius Leonis ſapientis. *Spondan. Anno Chriſti 912. n. 3* Ejusque regnum, infelicitatis, quæ puerile & tutorium regnum ſubſequi ſolet, illuſtre exemplum eſſe poteſt.

3. Sicque ſcribit Zonaras f. 114. Imperatoris tutores (tam Patriarcha quàm cæteri,) ſuo arbitratu res gerentes, multa contrà quàm oportuit, egerunt, neque conſenſerunt inter ſeſe: aliis id, quod

od alii ſtatuerant, abrogantibus, ut Imperiũ
unus, ſed multorum eſſet.

4. Vnde & Conſtantinus Manaſſes: Solus Im-
ium Conſtantinus obtinuit, ætatis adhuc te-
æ puer, qui gubernationi parùm aptus eſſet,
nos ſcilicet id temporis ſeptem modò natus:
e rés multis malis occaſionem præbuit, mi-
céque Imperatorem afflixit, tametſi felicem
um tãdem habuerit. Quemadmodum enim
or recens plantata, quæ frigidam hyemem
ferre nondum poteſt, nec ventorum impe-
nec imbres vehementes, nec æſtus, nec gran-
m tolerare; ſi ab ortis alicunde ventis, aut
dine vexata, nihilominus evadat illæſa,
tò fit exploratior, quum arbor à ventis &
excitata, plurimum à natura roboris habere
ibeatur: ſic etiam Conſtantinus hic, Leonis
s, in prima pueritia conſecutus Imperium,
eaquam vix multis elapſis annis, de conti-
calamitatibus, ærumnis, afflictionibus, eva-
t, prudentiam longè ſolidiorem, ceu fructũ
dam nactus eſt, inſtar nautæ gravibus pro-
s jactati, & vix tranquillum in portum de-

At flagrante Conſtantinopoli bello
i, inſurgentibusque Tyrannis adver-
doleſcentem Conſtantinum Impera-
m, ad eos evitandos, ROMANUS
apenus) Patricius, Claſſis Præfectus
mptus eſt ab eodem Imperii Collega.
verò Auguſta, Conſtantini mater, in
aſterium detruſa, ac Romani filia
Helena,

Helena, in matrimonium data eſt Conſtantino. *Luitprand. lib. 3. c. 6. 7. & 8. Spond. a. Anno Chriſti 919. n. 1.*

6. Qua de re ita Glycas, f. 421. Poſt Alexandri Patrui mortem, quòd juvenis admodum eſſet, Imperioque metueret; per auream bullam Romanum cuſtodem ſuum fecit Conſtantinus: patrisq; loco ſibi conſtituit, & βασιλεοπάτορα nominavit. Eâ dignitate necdum antea quisquam ornatus fuerat. Neque multò pòſt idem Romanus renunciatur Cæſar, & diademate cingitur.

7. Pluribus hæc deſcribit Manaſſes, & ita ait: Leo Phocas, dignitate Magiſter, (h. e. intimus Imp. Conſiliarius) vir proceritate corporis ac robore inſignis, cui Romani exercitus omnes erant crediti; quum receptum ab Imperatore videret Romanum Lacapenum ſeniorem, rei navalis Drungarium: jam olim tyrannidem parturiens, impetuque propterea repreſſo, quod necdum ſe offerret occaſio, tum demum opportunitatem nactus (uti quidem arbitrabatur) commodum fœtum illum ſuum in lucem edidit, & viperam enixus eſt. Etenim præ ſe ferens, omnia nomine Imperatoris ab ſe ſuſcipi, & ejus ad utilitatē referri, qui à Romano artificioſè ac aſtutè circumſcriptus eſſet: copias undique coegit, & inſtruxit, è Lycaonia, Thracia, Colchide, Iberia, Pamphylia, Myſia, Syria, Cilicia, numero ſanè maximo; quo continebantur milites egregiè ſtrenui, armati præclarè, ignem in præliis ſpirantes. Hinc ad Chryſopolim caſtra metatur, ſitam è regione Conſtantinopolis (quam non abs re quis Vranopolin, hoc eſt, urbem cœleſtem

em appellaverit) & campos viris bellicoſis re-
let. Aderant milites ſcutati, aderant ſagittarii,
quites, loricati, univerſis ferrum geſtantibus.
el ipſis gigantibus ejusmodi caſtra formidini
iſſent. Leonem autem cupidum regni, contra
peratorem omnia fuiſſe molitum, obſcurum
e demum haut potuit. Id quidem temporis,
omanum occaſionis loco nactus, adverſus eũ
bellum gerere ſimulabat; & copiis ampliſſi-
s inſtructus, etiam nefariè vulpinam aſſue-
t, leoninâ pelle non prorſus ad omnia ſemet
ēdente. Romanus autem Senior, claſſis præ-
us, ideoque non exiguâ poteſtate præditus;
e dverſo, Imperii ſtatum, hinc & illinc flu-
are, ſeu navem, quam hybernæ tempeſtates
ſſimæ ſuccutiunt, adeoque res Romanas
bi miſere, uti quæ in pueri teneræ admo-
ætatis manu ſitæ forent: in amicitiam eo-
Imperatoris miniſtrorum & cubiculariorũ
et inſinuat, qui præcipuâ complecti benevo-
ia Imperatorem viderentur. Cum his com-
nicatis occultis conſiliis, reque deliberatâ, &
dulenter inſtructâ; tyrannidem apertâ vi
ri ſe ſimulabat, & ad invaſionem ejus claſ-
univerſam adducere. Quo factum eſt, ut ru-
diius in aulam deferretur, & univerſi gra-
no terrore percellerentur. Donec tandem
m humanarum viciſſitudo, quę omnia ſolet
utare, Romanum ad aulam Imperatoris
ixit, velut ad tranquillum quendam portũ.
Imperator à præcipuis Conſiliariis ſuis,
otiùs inſidiatoribus perſuaſus, Romanum
uam amicum ſuum, ad familiaritatem ad-
t, eumque tam vitæ quàm Imperii ſui cu-

ſtodem ac defenſorem renunciat: crocodilus ſcilicet trochilum, pinna cancrum. Itaq; Leo Phocas, intellecto, Imperatorem à Romano regi ceu mancipium quoddam: præ ſe ferebat, quaſi eam rem moleſtè ferret, animoque benevolo copias ejus defendendi causâ ſecum adduceret; cum reapſe Imperium ſibi quæreret. Sed enim is, qui callidos in verſutia ſua capit, & conſilia invertit, ſecretaque cognoſcit, molitiones Leonis in contraria vertit: ideoq; Leo, fruſtrà rem aggreſſus, hianti lupo ſimilis factus eſt. Nam Romani conſiliis obtemperans Imperator, literas rubricâ ſubſcriptas, ad exercitum mittit, quibus apertam Phocæ tyrannidem accuſabat, & egregium Romano teſtimonium perhibebat. Tum verò magna inter milites oriri perturbatio, & Leo Phocas mox ut graculus ille plumis alienis ornatus fieri. Quippè univerſi literas Imperatoris reveriti, miſero Phocâ deſerto aufugiebant. Venit ergò vivus in hoſtium poteſtatem, & oculis ſpoliatur.

8. Ex eo tempore cuncta per Romanum administrari: qui receptâ in ſe juvenis cuſtodiâ, tanquàm ſi mater ejus eſſet, ſubitò ſe novercam hoſtilem probabat: & (quod proverbio dici conſuevit) lupos terrebat & abigebat, ut ovem ipſe dilaniaret ac devoraret. Imperator enim ratus cupere ſibi Romanū quàm honeſtiſſimè, adeoq; virum illum Imperii ſui patronum & conſervatorem eſſe: primò Magiſtrum creat, & magnum ſocietatis præſidem. Deinde huic dignitati majorem aliam adjiciens, deque humili conditione Romanum ad verticem rerum evehens, patrem & cuſtodem Imperatoris nuncupat. Denique

que arctiori amoris vinculo, ſibi hominem adjungens, ſponſalia cum ejus filia contrahit; jamque nuptias celebraturus, ſocerum Imperatoriâ coronâ redimit. Hæc Imperatoris erant in Romanum beneficia, quibus eum ſe putabat ad amorem ſui excitaturum. At occulto præditus animo Romanus, multa ſuo corde tegens, & ab omni parte ſibimet Imperium ſtabiliens; ut qui jam Imperator eſſet, ac Imperatoris ſocer: natum in Purpura generum, tandem avito patrioq; Imperio dejicit, & ſolo Imperatoris illi nomine relicto, gubernationem univerſam in ſe transfert. Itaque Romanus Imp. omnibus erat in ore, Cōſtantinus nomine: cui ſcilicet adverſaretur fortuna, quemque non aliter obſcuraret, atque nubes ſtellam occulere ſolet. Quin etiam Romanus hac ambroſia fruens, ad ſatietatem usque, nequaquam hic animi ſui libidini modum ſtatuere volebat: ſed alieno pane toto quaſi præcepto, ſuos paſcebat; eſurire cogens illum, ad quem is reapſe pertinebat. Filios enim ſuos, & cum eis Chriſtophorum, ex primogenito nepotem, Imperatores renunciavit: quodque dolorem gignere majorem poſſet, ipſumque cor & oſſa penetrare, tam in præconiis publicis, quam literis & confeſſibus, omnes ante Conſtantinum collocabat. Quo fiebat, ut hydra multorum capitum eſſet in regia, quaſique ſeges Imperatorū haud aliter enaſceretur, atque olim ſatos illos terrigenas proveniſſe fabulæ perhibent, hominibus ex draconis dentibus, qui ſparſi fuerant in terram, ortis. Conſimilia ferè habet Zonaras, *Annal. tom. 3. fol. 114. ad fin.*

9. Sed tamen & præclara multa auſpiciis il-

lius Romani, à Ducibus geſta fuerunt; qua de re ita Zonaras: Poſthæc claſſis Roſſica non mille, ſed decies & quinquies mille navium, urbem aggreſſa eſſe dicitur. Contra eam Romana claſſis juxta Pharum in procinctu ſtetit, ac ſubito invecta, Barbaros profligavit, multis eorum navibus igni Græco crematis. Reliquæ verſus Orientem profectæ, in Bardam Phocam Patricium, qui exercitui præerat, inciderunt, qui multos ad conquirenda neceſſaria navibus egreſſos, ſuſtulit Idem & Curcuas Legionum Domeſticus fecit, multis & occiſis & captis. Sic terrâ marique malè accepti, ſe in navibus continebant, donec commeatu deſtituti, ad ſua redire decreverunt. Sed cùm ſolviſſent, denuò Romanæ triremes eos aggreſſæ, duobus navalibus prælijs devicerunt. Paucæ igitur Barbaricæ naves interitu vitato ad ſuos redierunt, nunciæ malorum & acceptæ cladis. Roſſii igitur pluribus malis acceptis, quàm, ut ſperarant, datis, à laceſſendis Romanis abſtinuerunt. Sed & Agareni à Legionum Domeſtico Curcua, & fratre ejus Theophilo, Iohannis, qui pòſt Imperio potitus eſt, avo, ſæpe victi ſunt & oppreſſi, atque urbes complures, quas occuparant, eis ademptæ. De bello autem Roſſico, ita Cruſius *part. 2. lib. 3. c. ult.* Anno Chriſti 927. in Oriente, Inger Ruſſorū Rex (ſciens, Græcorum exercitus eſſe ductos contra Saracenos, & per Inſulas diſperſos, *Sigebert.*) ingenti cum claſſe (XV. millium navium, ut dicebatur), Conſtantinopolin aggreſſus; profligatus à Romana (Græcâ, Novæ Romæ) claſſe eſt; navibus præſertim igni Græco combuſtis: qui ὑγρὸν πῦρ humidus ignis, ſub aqua ardens) appellatur, nec niſi

aceto

aceto extingui poteſt. De illa gente Luitprandus *lib.5.cap.6.* Gens quædam eſt, inquit, ſub Aquilonis parte conſtituta: quam à qualitate corporis Græci vocant Roſſos (τȣς ῥῶς, id eſt, Rhott) nos vero a poſitione loci, Nordmannos appellamus. Linguâ quippe Teutonum, *Nord* aquilo, *Man* autem, mas ſeu vir, dicitur. Vnde & Nordmannos, Aquilonares homines dicere poſſumus. Hæc ille, qui iis temporibus vixit.

10. At Romanus Imperator (ex Collega, in quem à Conſtantino Porphyrogenneto aſſumptus fuerat, jam propè in Dominũ mutatus) Stephano proprio filio, Imperatore ab ipſo pariter declarato, captus, & attonſus in Monachum, relegatus eſt in Inſulam. Sed & poſt triginta quinque dies elapſos, nempè vigeſimâ primâ Januarii, idem Stephanus, & Conſtantinus ipſius frater, inter ſe mutuò de Imperii primatu certantes, in Inſulas deportati ſunt. Sicque ut priùs, uni Conſtantino Porphyrogenneto Imperium eſt relictum. *Cedren. Curopalat. Luitprandus, lib.3. cap.9. & lib.5. cap.9. & 10.*

11. De interitu Romani, ejusque filiorum, ita Zonaras, f. 116. Quemadmodum Romanus, ſine ullo juſto titulo Imperium ſibi vendicarit; ſuosque liberos Imperatorio honore & nomine ornarit, & principe loco cum ſuis occupato, nativum Imperii ſucceſſorem Conſtantinum, nullo

penè numero habitum, infra cęteros omnes collocârit: jam eſt expoſitum. Nunc cætera exequenda ſunt, ut oſtendatur, etiamſi providentia tardiùs invadat injurios, conceſſo pœnitentiæ ſpatio: tamen niſi à malitia diſceſſerint, lento gradu eos aſſequi, & pœnas exigere. Romanus igitur, annum jam ſextum & vigeſimum imperitabat. Conſtantinus autem, quâ ratione Imperium recuperaret, animum in omnes verſabat partes, utque voti compos fieret, per alios, filios contra patrem concitat, vel unum potiùs Stephanũ. Nam Conſtantinus majore animi conſtantiâ præditus, inſtigatoribus non obtemperabat. Alter verò ſociis aſcitis, aggreſſus eſt patrem, eumq; comprehenſum, & in inſulam Protem relegatum, tonderi juſſit: ipſe cum affine & fratre, Imperatoria munia obiit. Sed fieri non poterat, ut tres cõſentirent, cùmq; nonnullis in rebus diſſiderent & invicem adverſarentur, ſuſpicionibus ortis Stephanus affinem Conſtantinum pellere ſtuduit, & Conſtantinus viciſſim Stephanum: qui ad rem patrandam multò celerior, Helenâ uxore incitante, aſcitis quibusdam militaribus præfectis, ambos fratres ſecũ prandentes comprehendit, atque alterum ſtatim in Inſulam Panormum ſeu Antigoniam, alterum Terebinthum mittit, & utrumque tonderi Clericum jubet. Vnde cùm transferendi eſſent, in patris venire cõſpectum deſiderârunt, quos cùm ille vidiſſet, filios inquit, genui, & evexi, ipſi verò me ad nihilum redegerunt. Stephanus igitur indè in Præconneſum, ex ea Rhodum, Rhodo Mitylenen eſt translatus; Conſtantino Samothraciâ aſſignata, quam egredi non liceret. Qui cùm

cùm ſæpè ſugam molitus eſſet, eaque de causâ cuſtodum principem veneno ſuſtuliſſet: à cæteris eſt interfectus. Stephanus vero Lesbi deceſſit, quum 19. annos ibi vixiſſet. Pater eorum in Inſula Prota vitam exegit. Sic eorum quisque ſcelerum pœnas dedit.

12. Scribit quoq; Luitprandus, *lib. 5. c. 10. & 11.* quomodò Stephanus, & Conſtantinus, fratres, comprehenſi & capite tonſi, ad vicinam Inſulã, ad quam patrem ſuum priùs ipſi ablegârant, à Conſtantino Prophyrogenneta philoſophatum miſſi, quomodo eos acceperit pater; & ita ait: Quorum pater Baſileus Romanus, adventum ut audivit, gratiarum actiones DEO exhibuit, eisque extra monaſterii fores, lætâ facie obvians; Feſtivum, inquit, tempus, quod humilitatem noſtram, Imperium veſtrũ viſitare coegit. Charitas, puto, quæ me de palatio expulit, filiationem veſtram non ibi diu permanere permiſit. O factum benè, quòd me pridem præmiſiſtis. Confratres enim mei & commilitones mei, ſupernæ tantum Philoſophiæ incumbentes, qualiter Imperatores ſuſciperent, ignorarent; ſi non me jamdudum Imperialibus inſtitutis tritum, haberent. Parata jam frigidior, occiduis aqua decocta pruinis, dulces adſunt fabæ, lachana; porrique recentes. Non hîc marinæ deliciȩ morbos, ſed crebra potiùs jejunia creant. Turbam vero hanc tantam, tam ſumptuoſa modicitas noſtra non recipit: veſtrum ſolummodò Imperium ſuſcipit, quod, ne paternam deſerat ſenectutem, advenit. Romano hæc, & hujusmodi perſtringente; Stephanus & Conſtantinus, filii, pudibundo cõtuentes lumine terram, quàm invitè

vitè monaſterium peterent, non eſt percontari neceſſe, ſed credere. Expanſis itaque poſt hæc manibus ad altare Romanus, ante crepidinem fuſus, hujusmodi cum lachrymis preces Deo effudit:

Chriſte pater, cum quo pater eſt & Spiritus
unum,
Iure patris Verbum; per quod pater omnia
mundo
Oſtendit ſecreta poli, ſeu myſtica pandens:
Reſpice figmentum propria bonitate creatū:
Ne patiare precor me Dæmonis arte perire,
Sanguine quem ſacro voluiſti reddere vitæ.
Da Deus, ut mundi pompas calcare ſuperbas
Iam valeam, ſitq; procul corruptor iniquus,
Cui labor eſt animas ſemper fœdare beatas.
Imperium libuit, cùm ſceptra tuli, haud pla-
cet: ergò
Gratia ſit tibi, dignatus quòd pellere iniquos,
Imperii teneant ſolium ne forte paternum.

His ita geſtis, Stephanus atq; Conſtantinus cuſtodiâ jugi obſervantur: patre ea quæ acciderant æquanimiter perferente. Ajunt enim hunc, & ſub atteſtatione confirmant; dum à fratribus lentis ob purgationem culparetur, reſpondiſſe: quòd luculentiùs regnaret, qui ſervorum DEI humilitatibus ſerviret, quàm qui potentibus mundi peccatoribus imperaret.

13. Similia fere habet Cedrenus, dum ſol.... ſcribit: Romanum, Conſtantino in ſecundum locum detruſo, ſe priorem Imperatorem dici juſſiſſe: ſub prætextu, quòd hæc unica ſit ratio inſidiarum avertendarum. Et ita ob res fluxas & Imperium caducum, Romanum perjurii ſe obli-

obligâſſe, & a Deo abalienâſſe. Et fol.520 refert: Imperatorem Romanum, pœnitentia violatorũ juramentorum ac perfidiæ correptum, ut Deum placaret, cùm alia multa bene fecit, quæ recenſere ſit laborioſum: tum æs etiam alienum civium nomine diſſolvit, divitum ac pauperum: in quam rem dicitur impediſſe centenarios undeviginti, ac tabulas nominum combuſſit in purpureo, qui eſt ad Chalcen, umbilico. Pretia quoque Domorum pro conductoribus pependit, à maximo ad minimum. Quæ vero inſtituit, ut pro animæ ſalute fierẽt, in Myrelæi Monaſterio, quod ipſo autore eſt conditũ; ea usq; ad Cedreni tempora peragi ſolita fuère. Et paulo poſt: Romanus Imp. cum aliis monachos in honore habuit, tum Sergium præcipue Monachum, conſobrinum Photii Patriarchæ, florentem virtutibus, & omnibus ornatum bonis rebus. Is Sergius ſæpenumero hortabatur Imperatorem, ut filios ſub diſciplina contineret, ne idem ipſi quod Eis eveniret. Eadem indictione, Romanus Imperator palatio eductus eſt, & in Protam inſulam relegato capillus raſus, Monachique impoſita conditio.

14. Porrò, Anno Chriſti 960. Conſtantinus Imperator Porphyrogennetus, veneno ſublatus eſt, quod illi propinavit Romanus filius, tædio diuturnioris illius Imperii. Hæc pluribus Curopalates; qui ejus reprehendit vinolentiam, & in rebus publicis adminiſtrandis oſcitantiam, nec non ſævitiam in puniendo, & in deligen-

dis Magiſtratibus neglectum maximum. Econtrà verò laudat ejusdem liberalium artium ſcientiam, & excellentem Philoſophiæ cognitionem, curamque artium mechanicarum; quas ad magnum incrementum perduxit: nec non pietatem erga Deum, & liberalitatē; quippè qui nunquam ſine donis Eccleſias acceſſiſſet. *Spondanus, Anno Chriſti 960. num. 3.*

15. Ad huncce Imperatorē, à Berengario, tāquam Orator, Luitprandus miſſus fuit, ut ipſe *lib. 6* [illegible] ſcribit. Et ſtatim ab initio *per aliquot capita* Majeſtatem ejusdem Imp. repræſentat, præſertim in legatis recipiendis, ubi inter alia *cap. 2.* ita ait: Aerea, ſed deaurata quædam arbor, ante Imperatoris oculos ſtabat; cujus ramos, itidem æreæ diverſis generis, deauratæq; volucres replebant, quæ ſecundum ſpecies ſuas diverſarum avium voces emittebant. Inprimis verò ſolium, hujusmodi erat arte compoſitum, ut in momento humile, excelſius modò, quàm mox videretur ſublime. Sed ſedile quod erat immenſæ magnitudinis; incertum, utrum ærei an lignei, verum auro tecti leones quaſi cuſtodiebant. In hoc igitur duorum Eunuchorum humeris incumbens, ante Imperatoris præſentiam ſum deductus. Cumque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves ſecundum ſpecies ſuas perſtreperent, nullo ſum terrore, nulla admiratione commotus: quoniam quidem ex his omnibus, qui eos bene noverant, fueram percontatus. Tertiò itaque Imperatorem pronus adorans, caput ſuſtuli, & quē prius

prius moderatâ menſurâ à terra elevatum ſedere vidi, mox aliis indutum veſtibus, penes domus laquear ſedere perſpexi. Quod qualiter fieret, cogitare non potui, niſi fortè eo ſit ſubvectus ergalio, quo torcularium arbores ſubvehũtur. Per ſe autem tunc nihil locutus; quoniam & ſi vellet, intercapedo maxima indecorum faceret: de vita Berengarii & ſoſpitate, per Logothetam eſt percontatus.

16. Refert item Luitprandus, qualis ejus mēſa, feſtis præcipuè diebus, qualesque ad menſam ludi celebrati. Eſt, inquit, domus juxta Hippodromum, Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ decaennea cubita vocatur. Quod nomen non ab re, ſed ab apparentibus cauſis ſortita eſt. Quoniam nempè, novendecim menſæ, in ea quæ ſecundum carnem eſt Domini no[illegible]V Chriſti nativitate, apponuntur In quibus Imperator pariter & convivæ, non ſedendo, ut cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur: quibus in diebus, non argenteis, ſed tantum aureis vaſis miniſtratur. Poſt cibum autem, aureis vaſis tribus, ſunt poma delata; quæ ob immenſum pondus, non hominum manibus, ſed purpurâ tectis vehiculis ſunt allata. Apponuntur autem duo, hoc modo: In menſa, per foramina laquearis tres ſunt funes pellibus deauratis tecti, cum annulis aureis depoſiti, qui anſis, quæ in ſcutulis prominent, poſiti, adjuvātibus inferius quatuor aut eo ampliùs hominibus, per vertibile, quod ſupra laquear eſt, ergalium in menſam ſubvehuntur, eodemque modo deponũtur. Ludos denique, quos ibi perſpexerim, quia nimis longum eſt ſcribere, præ-

dis Magiſtratibus neglectum maximum. Econtrà verò laudat ejusdem liberalium artium ſcientiam, & excellentem Philoſophiæ cognitionem, curamque artium mechanicarum; quas ad magnum incrementum perduxit: nec non pietatem erga Deum, & liberalitatē; quippè qui nunquam ſine donis Eccleſias acceſſiſſet. *Spondanus, Anno Chriſti 960. num. 3.*

15. Ad huncce Imperatorē, à Berengario, tāquā Orator, Luitprandus miſſus fuit, ut ipſe *lib. 6 hiſt.* ſcribit. Et ſtatim ab initio *per aliquot capita* Majeſtatem ejusdem Imp. repræſentat, præſertim in legatis recipiendis, ubi inter alia *cap. 2.* ita ait: Aerea, ſed deaurata quædam arbor, ante Imperatoris oculos ſtabat; cujus ramos, itidem æreæ diverſis generis, deauratæq; volucres replebant, quæ ſecundum ſpecies ſuas diverſarum avium voces emittebant. Inprimis verò ſolium, hujusmodi erat arte compoſitum, ut in momento humile, excelſius modò, quàm mox videretur ſublime. Sed ſedile quod erat immenſæ magnitudinis; incertum, utrum ærei an lignei, verùm auro tecti leones quaſi cuſtodiebant. In hoc igitur duorum Eunuchorum humeris incumbens, ante Imperatoris præſentiam ſum deductus. Cùmque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves ſecundum ſpecies ſuas perſtreperent, nullo ſum terrore, nulla admiratione commotus: quoniam quidem ex his omnibus, qui eos benè noverant, fueram percontatus. Tertiò itaque Imperatorem pronus adorans, caput ſuſtuli, & quē

priùs

parvus moderatâ menſurâ à terra elevatum ſedere vidi, mox aliis indutum veſtibus, pene domus laquear ſedere perſpexi. Quod qualiter fieret, cogitare non potui, niſi fortè eo ſit ſubvectus ergallo, quo torcularium arbores ſubvehũtur. Per ſe autem tunc nihil locutus; quoniam & ſi vellet, intercapedo maxima indecorum faceret: de vita Berengarii & ſoſpitate, per Logothetam eſt percontatus.

16. Refert item Luitprandus, qualis ejus mẽſa, feſtis præcipuè diebus, qualesque ad menſam ludi celebrati. Eſt, inquit, domus juxta Hippodromum Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ decaennea cubita vocatur. Quod nomen non ab re, ſed ab apparentibus cauſis ſortita eſt. Quoniam nempè, novendecim menſæ, in ea quæ ſecundum carnem eſt Domini no[illegible]V Chriſti nativitate, apponuntur. In quibus Imperator pariter & convivæ, non ſedendo, ut cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur: quibus in diebus, non argenteis, ſed tantum aureis vaſis miniſtratur. Poſt cibum autem, aureis vaſis tribus, ſunt poma delata; quæ ob immenſum pondus non hominum manibus, ſed purpurâ tectis vehiculis ſunt allata. Apponuntur autem duo, hoc modo: In menſa, per feneſtram laquearis tres ſunt funes pellibus deauratis tecti, cum annulis aureis depoſiti, qui anſis quæ in ſcutulis prominent, poſiti, adjuvãtibus inferius quatuor aut eo ampliùs hominibus, per vertibile, quod ſupra laquear eſt, ergalium in menſam ſubvehuntur, eodemque modo deponũtur. Ludos denique, quos ibi perſpexerim, quia nimis longum eſt ſcribere, prætermit-

termitto: unum ſolummodò ob admirationem hîc inſerere non pigebit. Venit quidam, viginti quatuor, & eo amplius pedum longitudinis lignum, ſine manuum adminiculis in fronte gerens; quod cubitum à ſummitate inferius, bicubitum transverſum in fronte habuerat. Adducti ſunt autem duo pueri nudi, ſed campeſtrati, id eſt, ſuccinctoria habentes: qui per lignum aſcendentes, ita illud ſervaverunt immobile, ac ſi radicitùs terræ eſſet affixum. Denique poſt unius aſcenſum, alter qui remanſerat, eodemque ſolus luſerat, ampliori me admiratione attonitũ reddidit. Quoquo modo enim, quoadusque luſerant, lignum, per quod aſcenderant, gubernabãt. Vnus verò; qui in ligni ſummitate remanſit, qui ita ſe æqualiter ponderavit, ut & luſerit, ac ſanus deſcenderit, ita me ſtupidum reddidit, ut ipſum etiam Imperatorem mea a[illegible] non lateret. Vnde & accerſito interprete, quid mihi præ cæteris mirabilius videretur, ſciſcitatus eſt. puerne, qui ſe adeò moderatè rexerat, ut immobile eſſet lignum: an is, qui ipſum in fronte tam argumẽtosè tenuerat, ut puerorum neque pondus, neq; ludus, illud vel modicum flecteret. Quumque me ignorare, quid mihi θαυμαστότερον, id eſt, mirabilius videretur, edicerem, magno inflatus cachinno, ſe ſimiliter neſcire reſpondit.

17. Sed nec hoc ſilentio prætereundum eſſe arbitror (ita pergit Luitprandus) quid novi mirique aliud ibidem perſpexerim. In ea, quæ eſt ante βαϊοφόρον, quod nos palmarum ramos dicimus, hebdomade; tam in militibus quàm in diverſis conſtitutis officiis, numiſmatum aureorum erogationem, prout cujusque meretur officium,

rium Imperator facit. Cui erogationi, quia me intereſſe voluit, me venire præcepit. Fuit autem hujuſmodi: Erat appoſita decem cubitorum longitudinis, ac quatuor latitudinis menſa, quæ numiſmata loculis congregata, prout cuiq; dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem non confuſe, ſed ordinatim, ſecundum vocantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus eſt rector domus, cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmatarum ſcaramangis quatuor. Poſt quem ὁ domeſticos Aſcalonas, & ὁ de Logariſtis Ploas, ſunt vocati: quorum alter militibus, navigantibus præerat alter. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat; numiſmata & ſcaramanga (veſtis genus eſt) ſuſcipientes, præ multitudine nō jam in humeris portaverunt, ſed adjuvantibus aliis poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſſi ſunt magiſtri numero vigintiquatuor, quibus ſingulis ſunt numiſmatum aureorum libræ, unicuique ſecundum eundem numerum viginti quatuor cum ſcaramangis duobus. Patriciorum deinde ordo, hos [illegible] eſt ſecutus, & duodecim numiſmatum libris, cum ſcaramangâ unâ, donatus. Qui ſicut nec Patriciorum, ita nec librarum niſi quod unicuiq; dabatur, numerum neſcio. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum, & [illegible] clientum.

6. Tandem varia de hocce Imperatore judicia ſunt, apud diverſos Autores; ita enim Glycas: Conſtantinus ſe in adminiſtratione parum

 dignè

dignè geſſit. Nam mollem ſe declarabat, temulentiæ deditus erat; delinquentes citra commiſerationem tractabat duriter: plebeis quibus [illegible] Magiſtratus credebat; quum quidem uxor Helena, Baſiliusque cubicularius, apud ipſum efficerent, ut publica munera venalia fierent. Baſilium autem, Romano Lacapeno ex concubina natum, Conſtantinus Patricii & Cubicularii dignitate ornaverat. Erat tamen Conſtantinus hic nō prorſus expers præclarorum facinorum. Diſciplinas enim, velut Arithmeticam, Muſicam, Aſtronomiam, Geometriam, & univerſam ſimpliciter Philoſophiam, quæ multis annis ſuperiorum Imperatorum inſcitiâ negligentiâque perierat, ſtudio ſuo reſtituit. Bona item & mala de Conſtantino Porphyrogenneta, Cedrenus fol. 523. recenſet, ac ita ſcribit: Initio egregiam oſtenderat indolem Cōſtantinus: exiſtimatumque fuerat, eum, ſi ſolus rerum potiretur, præclarè Imperii res curaturum: ſed fefellit expectationem, neque eâ dignum ſe geſſit. Quippe vino deditus, laborioſus, rebus relictis, ignaviæ ſtudebat: delicta autem aliorum durius ſine ulla miſeratione puniebat. In Magiſtratibus quoque creandis, nō optimum quenque deligebat, quod dignum fuiſſet magnificâ poteſtate; ſed promiſcuè & ſine ullo examine, exercitus ducendi, aut urbis gubernandæ munus proximo cuiq; committebat. Quo factum eſt, ut multi plebii, aut culpatæ vitæ homines, ſummos in Repub. gererent honores. Ad quam rem multum conferebant Helena Auguſta, & Baſilius cubiculariorum intimus; qui id agebant, ut venales eſſent magiſtratus. Neque tamen prorſus omnis facinoris

nomine expers fuit Conſtantinus: unum enim re-ſciam, dignum profecto admiratione, & quod multa ejus peccata obſcurare poſſit. Scientias enim, Arithmeticam, Muſicam, Aſtronomiam, Geometriam, & omnium principem Philoſophiam, quæ jam longo tempore ob incuriam & inſcitiam Imperatorum perierat, ſuâ induſtriâ inſtauravit, conquiſitis, qui in quovis genere excellerent, ac conſtitutis Doctoribus, Studioſisque receptis & conductis. Quo factum eſt, ut exigui temporis decurſu, barbarie profligatâ, urbs literis floruerit. Sedentarias etiam atque opificum artes curæ habuit, magnumque iis incrementum attulit. Pius erga DEVM fuit, ac liberalis, ut qui unquam in Proceſſibus ad fana, legionis Eccleſiaſticis factis, ſine fructu & munere in conſpectum DEI venerit, ſed donaria quovis tempore obtulerit magnifica, & Chriſti amantem Imperatorem decentia. Zonaras fol. 116. ſequentia habet: Fuit Conſtantinus religioſus erga DEVM, & ſtudiis literarum deditus, quod ex ſcriptis & Epiſtolis ejus apparet, quæ licet ad artem oratoriam perpolita nō ſint, tamen Rhetoricis ornamentis & figuris quibusdam ſcatēt. Operam quoque rythmis, & omnis generis verſibus dedit, quod in iis ſcriptis cernitur, quibus obitum conjugis ſuæ deploravit. Ipſius etiam Philoſophiæ rationem habuit, quæ pene in oblivionem venerat, aliarumque diſciplinarum; quas Doctoribus ordinatis jam deficientes refocillavit. Atque has virtutes habuit. In regno autem adminiſtrando fuit ſegnior, iracundus & ſevus in delinquentes; in pœnis ſumendis inexorabilis; vini avidior. In conferendis Magiſtrati-

ſtratibus non dignos Præturis aliisque muneribus præficiebat, ſed minùs bonos ac potiùs improbos, & quos vel Imperatrix vel cubicularius Baſilius commendabant, qui Magiſtratus venales habebant. Ita fiebat, ut Imperium non in omnibus benè adminiſtraretur.

19. Præclariſſimus etiam Gerardus Johannes Voſſius *de Hiſt. r. Græc. libr. 2. cap.* Decimum ſeculum, ait, aliàs valde obſcurum, lucis nonnihil accepiſſe à Conſtantino Porphyrogenneta, Principe ſtudiorum amantiſſimó, eorumque liberali promotore. Et addit: Imperator hic, cùm videret Hiſtoricorum maximū numerum, & Conſiliariorum in iis legendis negligentiam, quò malo iſti occurreret, juſſit flores ex Hiſtoricis omnibus excerpi, atque in Politicorum uſum digeri in corpus unum: quod in partes 53. quaſi Locos quoſdam, digeſtum fuit. Dubium verò non eſt, quin hæc non minima fuerit cauſa, cur tot nobiles Græciæ Hiſtorici perierint. Nam ut loci illi ſolùm conſuli ac legi cœpere Hiſtorici, ex quibus illa deſcripta erant, deſcribi deſierunt. Ex iſtis autem 53. Pandectarum ſeu florilegii Politici partibus, una duntaxat hodiè ſupereſt: nempe illa, quæ Excerpta Legationum continet. Sed benigniùs de hocce labore judicat Caſaubonus, *in Proœm. Voluminis Legationes continentis*. Quoniam per tot annorum curricula, & res immenſæ quotidiè exoriebantur, & ſcripta conficiebantur, hiſtoriæ conſcriptio ſemper latiùs ſeſe propagans, infinita jam erat, & quæ humani ingenii modum excederet. Enimverò aliter evenire non poterat, quin hominum ſtudia & voluntates, poſterioribus

tempo-

temporibus ad deteriora ſe inclinarent, honeſta ſusque deque haberent; & ad cognoſcēdas priorum ſeculorum res, evaderent negligentiores: investigatione veri ſemel neglectâ vel deſperata. Ita ut hiſtoriæ cognitio, tenebris obvoluta, redderetur incerta, tum propter utilium librorum inopiam, tum quia ad illa tot & tam immenſa volumina vulgò homines, ceu metu perculſi, expaveſcebant. Iccircò Conſtantinus Porphyrogenneta Imperator, omnium qui unquam fuerunt rectæ fidei tenaciſſimus, & Chriſtianiſſimus, ingenio præditus ad rerum pulchrarum perceptionem acutiſſimo, eâ denique præſtans intelligentiâ, ut facile quidvis ad effectum produceret; illud primo fore optimum eſt ratus, & vulgò omnibus utile ac conducibile; ut libros omnis generis, ſcientiarum doctrinâ variâ refertos, undique ex orbis totius ſingulis partibus magna diligentia inquireret, atq; in unum colligeret: deinde vaſtam illam ſcriptorum immēſitatem, quæ lectores enecabat (quum præſertim moleſta pleriſque omnibus, & tædii plena eſſe videretur) in partes minutas putavit diſtribuendam, & luculentam utilitatem, quæ poterat inde percipi, oculis hominum exponere. Adeo ut hoc delectu habito, majore attentione & aſſiduitate, eorum ſcriptorum lectioni, quę in eorum ſunt, incumbere ſtudioſi queāt, & diuturniore eorum tractatione, facundiam orationis animo imprimere, & in ea informari. Hoc ſuſceptum Imperator, magno ſanè & felici conamine, [illegible] in tractatus diverſos, numero quinquaginta, cenſuit dividendum: In quibus, & ſub quorum titulis, quicquid habet hiſto-

hiſtoria majus, & nobilius, incluſum continetur: neque ineſt quicquam hiſtoriæ inſertum, quod partitionem hanc in hoſce tractatus effugerit. Neque verò propter diverſitatem ſententiarum, & argumentorum, ſeries ac diſpoſitio operis totius ullo modo corrumpitur; verùm ſervat hæc Synopſis; vel, ut veriùs dicam, hæc rerum cognatarum in unum adunatio, in ſingulorum corporum partibus concinnandis, unicuique tractatui convenientem rationem. Sed opera Conſtantini hujus collegit junctimque edidit Iohannes Meurſius, inter quæ inprimis eminet de adminiſtrando Imperio liber, ad Romanum Porphyrogennetam, filium ſuum: ex quo inprimis Status Imperii Conſtantinopolitani illius ſeculi, quos item habuerit vicinos, hoſtes vel amicos, abundè apparet. Sciebat enim (ut excellentiſs. Caſaubonus *in Dedicatione Polybiana* ſcribit) vetus regnandi Princeps, ad negotia gerenda, in quibus Reip. ſalus continetur, illud apprimè deſiderari, ut ingenia hominum probè nota ſint, quibuscum agitur: ſive illi ſint ſubditi, ſive amici aut ſocii, ſive hoſtes; ſive in propinquo habitent, ſive ſummotos longiùs fines colant: multum omninò intereſt, aut potius in eo totum, propè dixerim, eſt poſitum, ut naturam illorum, mores, inſtituta, religionis formam, animorum inclinationes, aut averſationes, ne ignores. Iccircò Imperator ille, populorum omnium, quibus aliquid cum Imperio ſuo commercii intercedebat, origines, rationes vivendi, belli paciſque inſtituta, partim uſu, partim libris legendis, quum accuratiſſimè didiciſſet; de eo argumento Commentarium ſanè quàm doctum

ctum & utilem confecit, & filio ſuo, hoc paterni affectus monumentum excellentiſſimum reliquit.

20. De morte tandem Conſtantini, ita Glycas fol. 426. Cùm Romanus, Conſtantini Imperatoris filius, ætatem perfectiorem attigiſſet, nec patris Imperium, & adminiſtrationem rerum, æquo ferre animo poſſet: conſilium iniit de patre per venenum è medio tollendo; quanquam hic conatus ſucceſſu caruit. Nam venenũ, quod exitium Imperatori allaturum fuerat, fortuito caſu quodam inverſum & effuſum, propter exiguitatem reliquiarum, Imperatorem extinguere non potuit. Mortuus eſt autem Imperator, Patriarchæ graviter iratus, ſecumq; cogitans, quo alio pacto removeret. Paucis antè diebus, quàm mundi finem faceret, appetente veſperâ, ſatis longo temporis intervallo, ſaxa de ſublimi lapide, & ingenti cum ſtrepitu in ædes delata, quibus in ædibus ipſe degebat, horrendos & diros ſonitus excitabant. Ac tametſi magnam ipſe operam impenderet, obſervarique rem juberet: non tamen cognoſcere potuit, unde ſaxa illa, & à quo conjicerentur. Nimirum hæc ab ira Divina profecta fuiſſe, conſentaneum eſt. Similia habet Curopalates: Romanus Conſtantini Imper. filius, quum jam ad maturiorem perveniſſet ætatem, neque ſuſtinere poſſet à parente ſuo res adminiſtrari, conſilium cepit, de eo è medio tollendo; conſcia autem ſua uxore caupone. Cùm enim Conſtantinus poculum ad ſeſe expurgandum ſumpturus eſſet, illi clàm venenum miſcuerunt. & hi eæ menſæ præfecto permiſerunt, ut illud Imperatori porrigeret. Quod ille ſumpturus po-

ſitum

ſitum ante venerandas imagines, ſive caſu quodam, ſive etiam ſponte lapſus, majorem partem effudit; reliquum autem à Conſtantino epotum, quòd nimis exiguum eſſet, otioſum & inutile fuit, amiſsâ propriâ vi. Verùm etiam ſic Conſtantinus vix potuit ſupereſſe, graſſante in illius latere veneno, & malè ipſum afficiente. Anno autem ſui Imperii, poſt Romanum, quinto decimo, exit Conſtantinus Imp. in Olympum montem; ſpecie quidem ut Patrum, qui illic degebãt, precibus armaretur, reverà autem, ut cum Theodoro Cyzici Præſule conjungeretur, qui tum ibi commorabatur, cumque eo de abdicando Polyeucto Patriarcha Conſtantinopolitano conſultaret. Illuc igitur profectus, ſive corporis morbo, ſive rurſus à filio veneno infectus, dolens receſſit, & ad extremum Septembris menſis in lecto decumbens, ad regiam urbem pervenit, nonâq; Novembris menſis, vitâ functus eſt; infectis rebus, de quibus conſuluerat, relictis.

Porphyrogennetæ, qui fuerint dicti. 1.
Conſtantinus, puer ferè, ad Imperium pervenit. 2.
Infelix eſt Regnum, quod minorennem regem habet. 2. 3. 4.
De continuis ærumnis evadens, prudentior fit. 4.
Romanus Lacapenus, in Imperii conſortium recipitur à Conſtantino. 5. 6. 7. 8.
Romanus, Leonis Phocæ tyrannidi reſiſtens, ipſe Imperium invadit. 7.
Sæpè qui tyrannidi alterius reſiſtit, eandem ipſe affectat. 7.
Romanus, ex collega, & ſocero Imperatoris, fit Dominus; ſuiſque Imperium ſtabilire ſatagit. 8.
Nimia dignitas, animum occæcat, & ad illicita impellit. 8.
Roſſica claſſis potentiſſima vincitur à Græcis. 9.

Romana-

[illegible] *us [illegible] invaſ[illegible], à propriis [illegible] de Imperio [illegible] es, illud omnes [illegible]. 11.*

[illegible] Imperii invaſorum, raro proſp[illegible] ſed [illegible] ſucceſſioni [illegible]. 11.

[illegible] pœnitentiam invita. 11.

Qui[illegible] vel familiam [illegible] adverſa [illegible] evertere [illegible] [illegible] famina [illegible] cognatos [illegible] argit. 11.

[illegible] *in Mon[illegible] ium patientiſſime [illegible] atam vivendi [illegible], Imperia [illegible] [illegible] d[illegible]. 12.*

[illegible] *[illegible] in Monaſt[illegible] ium [illegible] eundem [illegible] in eundemque locum detruſis, [illegible]. 12.*

[illegible]*, a Deo [illegible] merito punita. 12.*

[illegible] *pœnas, [illegible] & in[illegible] [illegible]. 13.*

[illegible] *correptione negligenti, radicitus ma-[illegible]. 13.*

[illegible] *diuturnioris Imperii tædio, veneno [illegible]. 20.*

[illegible] *n Majeſtas, & divitiæ: & quomodo [illegible] ebant. 15.*

[illegible] *us Menſarum: & Geſticulatorum mira [illegible]. 16.*

[illegible] *largitiones Impp. Græcorum. 17.*

[illegible] *Conſtantino. 18.*

[illegible] Magiſtratus ſunt venales, aut ſine delectu, proxi-[illegible] quæ (aut ab Adulatoribus commenda-[illegible] mittuntur; ibi plebei, & culpatæ vitæ ho-[illegible] magno cum Reip. malo, ad honores perve-[illegible]. 18.

[illegible] eſto profligatur, ſi principibus litterarum [illegible] curæ ſint. 18.

[illegible] Princeps, in quo non aliquid culpetur; vel lau-[illegible] poſſit. 18.

[illegible] *ſcripta, & excerpta ex Hiſtoricis. 19.*

[illegible] *antini. 20.*

[illegible] *ria mortis præſagia. 20.*

Roma-

XII. *Romanus Prophyrogenneta.*
Anno Chriſti 960.

COnſtantino defuncto, Romanus ejus filius, Imperii habenas ſuſcepit: qui ſtatim Baſilium, filium ſuum, per Patriarcham voluit in Imperatorem coronari.

2. Romanus hicce, matrem habuit Helenam, filiam Romani Lacapeni, qui diu unà cum Conſtantino Porphyrogenneta imperitavit: vulgò Iunior dictus, non ob pueritiam, cum jam virilem ageret ætatem, Imperium poſt patris obitum adeptus: ſed quòd Romano materno avo ſucceſſerat: qui Senior erat. Licet haud inepte ei quis juniore appellitet, quòd pueriliter nimis, & vitam egerit, & Imperium adminiſtraverit, cùm vir fuerit omniũ ignaviſſimus: vino, otio, luxui, ac omnibus voluptatibus deditiſſimus: licet ingenio non eſſet malo, ſed, ſi intenderet, ſolerti. Otio id corrupit, cùm alieno arbitrio regeretur, ac ſubinde crudeliſſimus fieret. Voluptuarios tantùm homines ac infames ſecum habebat, quorum conſuetudine magis inſaniebat, exitioſorum ac pravorum conſilio uſus. Curam autem Imperii, & regni adminiſtrationem, cuidam Bringæ Ioſepho præpoſito, & cubiculariorum præfecto, commiſit. Filium primogenitum Baſilium, Imperii coronâ inſignivit; ac mox alium natum, patris nomine Conſtantinum, ut avi ſui nomen referret, appellavit. Impius in matrem Helenam ac ſorores, quas regiâ ejecit, ac cœnobio relegavit, exutis Imperialibus ornamentis. Quæ ob dolorem regio veſtitu ſpoliatæ, impudicitiæ

dicitiæ ſeſe dederūt, & meretricium quæſtum amplexe ſunt. Vnde mater in ſummo luctu, paulò poſt vitam finivit, diris imprecationibus filium execrata. Hæc Cuſpinianus, fol. 244. De eodem Imperatore ita Cedrenus: Staturâ fuit Romanus magnâ, quanquam patre minori, ingenio placido ac manſueto, & mediocriter animatus: & quamvis erat juvenis, ſatis illi tamen fuiſſet ingenii ac perſpicaciæ ad Remp. gubernandam, ſi ei id per famulos licuiſſet: qui eum juvenilibus cupiditatibus ac ſtudiis deditum voluerunt, ut ipſi Rempub. tractantes, ingentes corraderent opes; atque hac ratione eum ignavum & inertem redegerunt. De conjugio verò ipſius Romani Iunioris, ita Cruſius, *par. 2. l. b. 4.* Anno 944. Conſtantinopoli, Romanus Seniori Imp ſuo, ex Helena filiâ, quæ Leonis filio Conſtantino nupta erat, nepoti, Romano puero & Iuniori dicto; filiam ab Italiæ Rege Hugone collocari petiit. Hugo ſe legitimam filiam habere negavit: ſed ex concubinis natam aliquam honeſtam dare poſſe reſpondit. Quoniam itaq; Græci, non matris, ſed patris nobilitatem ſpectant, ſpreverit talem Romanus. Ergo miſit ei Rex Hugo Bertham, ſibi ex meretrice Bezola natam. Illam Romanus puer duxit: quæ à Græcis, mutato nomine Eudoxia appellata eſt. *Luitpr. lib. 5. cap. 2.*

3. Sed Anno Chriſti 963. mortuus eſt Romanus Imperator, anno ætatis 24. ſive exhauſto corpore, turpiſſimis & voluptuariis rebus, ſive veneno peremptus.

4. Per idem tempus, vir quidam extitit Philoræus

Ioræus nomine, ſtipator Romani Moſelis Magiſtri, à Romano Seniore prognati. Is veſte ſtragulâ in equum velociſſimum injectâ, rectus in ea ſtabat, equo interim totis viribus currente, atque ita circum equeſtrem ſurſum deorſumque obibat. Tunc & peſtis illa de integro ſævire cœpit ac boves extinguere, quæ Crabra nuncupatur. Eam perhibent initium habuiſſe ſub Romani Senioris imperio. Quum enim proximè Boni ciſternam Romanus palatium conderet, in quo ſe ab ardore ſolis æſtivo refrigeraret, dum fundamenta jacerentur, effoſſum ferunt bovis marmorei caput: quod ii, qui repererant, confractum attritumque, calcariam in fornacem conjecerunt. Ex eo tempore in hunc usque diem peſtis armenta boum, per univerſos Imperii Romani fines, infeſtare nunquam deſiit. *Cedren. & Glycas.*

Romanus Imperio potitus, filium Baſilium coronari facit. 1.
Ingenium Principis, otium, & amici improbi pervertunt. 2.
Mors Romani. 3.
Geſticulatoris mira dexteritas: & peſtis Boum. 4.

XIII. *Nicephorus Phocas.*

A. C. 963.

ROmano licet filii ſucceſſiſſent, Baſilius & Conſtantinus pueri: attamen affectantibus aliis Imperium, NICEPHORUS PHOCAS, clarus victoriis, ab exercitu Imperator acclamatus, & Conſtantinopolim veniens, à Patriarcha eſt coronatus.

2. Qui

2 Qua autem arte Phocas ad Imperium pervenerit, Zonaras pluribus enarrat, ut & Glycas, qui ita ſcribit. Succeſſerunt in Imperio Baſilius & Conſtantinus Romani FF. & cū matre Theophania quinque propemodum menſibus, eo pueri ſunt. Phocas autē, Imperatricis juſſu, Conſtantinopolim hoc tempore ingreſſus eſt: quanquam Ioſephus, qui principem apud Imperatores locum obtinebat, ne id fieret, enixè vetabat. In urbem ubi veniſſet; ad Ioſephum ſe clanculum confert, eique veſtem ex pilis contextam, qua interius indutus erat, oſtendit: ſimulque fidem ei certam facit, jamdudum ſe fæces & quisquilias hujus vitæ relicturū fuiſſe, propter amorem ſolitariæ vitæ, ni ſtudium erga Imperatores ipſum ab hoc inſtituto revocato, aliud ſuaſiſſet. Bringas (hoc Ioſephi cognomen erat) ubi Nicephorum hoc modo indutum vidiſſet, ad pedes ejus provolutus, nunquam ſe cuiquam ipſum [illegible] fidem habiturum dixit. Hac ratione [illegible] inde Phocas digreſſus eſt, moxque Ioſephum facti ſui pœnitere cœpit, quòd prædam in [illegible] retia, tam negligenter amiſiſſet. Clam ſcripſit ad Ioannem Zimiſchem, Orientis Domeſtici id temporis, hominem animoſum, ac rebus gerendis idoneum, poſtque Phocam inter Duces exercitus illuſtriſſimum, & ad alios item [illegible] literis, futurum indicat, ut ſi diſceſſione a Nicephoro facta, eum loco ſuo deiicerēt, atque ſolitariæ raſum addicerent, Zimiſches munus Domeſtici Orientis acciperet, quemque vellet ipſe, Domeſticum Occidentis conſtitueret. Verum hi omnes erga Nicephorū benevolè affecti, literas ei Ioſephi commonſtrant, utq; ſe

ad defenſionem animo forti comparet, hortantur. Hoc modo per Orientis exercitus Phocas Imperator renunciatur, jampridem amore tam Imperii, quàm Theophanonis Imperatricis potiundæ, flagrans. Deindè cum copiis Chryſopolim ſe confert, Chryſopoli verſus Hebdomum traiicit, & univerſo cũ populo, per auream portam ad Eccleſiam pergit, ibiq; à Polyeucto diademate cingitur. Imperio ſex annis præfuit. Initio Theophanonem, ejectam è regiâ ſolum vertere juſſit, eadem pœnâ Ioſepho mulctato. ſimulque patrem ſuum Cæſarem creavit. Deinde larvâ ſcenâque depoſitâ, Theophanonem legitimo ſibi matrimonio copulat, & carnibus rurſum veſcitur, à quibus abſtinuerat, ex quo Bardas, ipſius ex conjuge priore filius, quodam in campo equeſtribus intentus exercitiis, & cum ſuo conſobrino Pleuſa ludens, haſtâ ictus à nolente, perierat.

3. Peractis nuptiis (ita idem Glycas) in novo ad palatium Templo, cùm in ſanctuarium eſſet intrandũ, manu Phocam tenens Polyeuctus, ut ad ſacros cancellos acceſſerat, ipſe in adytum introiit, repulſoque Imperatore dixit, non intromiſſum iri, priùs quàm pœnas progredientum ad ſecundas nuptias luiſſet. Præterea diditus erat paſſim rumor, qui non exiguas in Eccleſia turbas dedit: unum videlicet ex Theophanone liberis, fuiſſe à Nicephoro de ſacro baptiſmo ſuſceptum. Atque hæc ipſa non dubitabat amplificare Patriarcha. Verùm Cæſar Polyeuctum tergiverſantem, & res ſacras cum Imperatore communes habere recuſantem, de re tota certiorem reddidit. Stylianus quoque magni palatii Papa

prær-

princeps, (πρωτοπαπᾶς) à quo emanâſſe rumor iſte ferebatur ad omnes, jurejurando præſtito confirmabat, nihil ejusmodi Phocam feciſſe. Polyeuctus ergò, quanquam pejerare Stylianũ certò ac manifeſtò ſciret, compaternitatis Imperatori culpam condonavit: & qui antè urgebat, ut ob ſecundas nuptias ei pœna infligeretur, etiam hoc delictum impunitum reliquit.

4. Ac quidem Nicephorus, Cyprum Inſulam è manibus Sarracenorum vindicavit, & alibi ampliùs quàm centum Urbes, armis ipſis ſuſtulit. *Curopalat.* Sed quòd militibus nimium indulgens, eosdem populum vexantes, non coërceret: ac etiam, quia contra Othonem, Romanum Imperatorem, ſui malè pugnâſſent; Conſtantinopolitani adverſus eum inſurrexerunt. Eundem ergò, adjuvante ipſius conjuge, Johannes Zemiſces occidi curavit. *Spondan. Anno Chriſti 964. num. 7. & Anno Chriſti 969. num. 1.*

5. Nicephorus curavit quoque legem ſanciendam, ut milites, qui in bello occubuiſſent, digni cenſerentur præmiis, perinde ac Martyres: ſolo bello, non aliâ re, cæſis ſalutem animarum contineri reputans. Inſtititque, ut Patriarcha & Epiſcopi dogmati conſentirent. Verùm quidam admodum reſiſtentes, eum ab incepto coërcuêre propoſito; in medium Magni Baſilii Canone adducto, jubente, ad triennium Communionis expertes eſſe, qui hoſtem in bello occidiſſent. Et

eſt ille Canon decimus tertius, ex Epiſtola S. Baſilii ad Amphilochium, ubi Theodorus Balſamo hiſtoriam iſtam totam de Nicephori rogatione ad Synodum factâ recenſet, cui ſubiicit & iſta: Cùm autem multi ſacerdotes, & unus quidem ex eis Epiſcopus ſe juſſu Imperatorio Synodaliter ſtitiſſent, & cũ hoſtibus ſe manus conſeruiſſe falſi eſſent; Divina & ſancta Synodus, conſequenter huic Canoni, & quadrageſimo quinto ejuſdem Sancti, & aliis divinis Conſtitutionibus, volebant ipſos non ampliùs ſacra celebrare. Complures autem, & qui erant paulò majoris [illegible] rares, eos etiam præmiis dignos eſſe [illegible] bant. *Legas & Baronium, Anno Christi 964. n. 5.*

6 Porrò magna ſunt iſta, quibus Nicephorus Imperii ſui primordia immortalitati feliciter conſecravit. Sed cùm deſertor factus eſt pietatis, deſertus & ipſe à Deo, longè imparibus progreſſibus ad finem inglorius pervenit Imperii. Quænam iſta fuerint; Græcorum ſunt proſecuti ſcriptores, quorum antiquior Curopalates cauſas recenſens, cur adeò de Rep. benè meritus, tot civitatibus & provinciis è Sarracenorum jugo deductis, & in libertatem vendicatis, omnibus tamen eſſet inviſus, ſic ait. Primùm, quando initio delatum ad ipſum eſt Imperium, infinitis injuriis laceſſentibus populum ipſius militibus, nullam rationem habebat; quòd diceret, nihil mirum, ſi in tantâ populi frequentiâ, aliqui indignantur. Et rurſus urbem ingreſſus, multis tum nobilibus, tum privatis correptis, nullam ſontibus infligebat pœnam, ſed abſurda & turpia deſpiciebat; triumphans laſciviis, quibus intempe-

intemperantes homines addicti, malè cives affi-
ciebant præſertim quorum haud mediocri ope-
ra fuerat uſus, ad res recuperandas. Deinde quo-
que crebrò ad exigenda tributa, malè ſubjectum
ſibi populum vexabat, non ſolùm nova impe-
randis tributis, & ex omnibus rebus exactiones;
verùm etiam haud tolerandis prædis: præter ea
quæ diximus, ademptâ etiam eorum munerum,
quæ convocato Senatui præberi conſueverant,
parte, quod ſe ad bella pecuniâ indigere aſſere-
ret. Hujus prætextus causâ, etiam injecit manus
ſacris, ac Imperatori penitus inconceſſa. Quæ-
nam autem iſta fuerint, idem auctor ſic ſubdit:
Inſuper, quæ conſueta præberi dona ſacris do-
mibus & templis, quæ moveri nefas erat, uſur-
pavit, malè aſſerens, ab Epiſcopis pauperum pe-
cuniam conſumi, [illegible]tes inopes eſſe. Et quod
omnium graviſſimum eſt, legem quoque tulit,
[illegible] quidem inſtabiles Epiſcopi, & adulatores
[illegible]re ſtatuentes, non eſſe aut decernendũ
[illegible]dum Epiſcopum, ſine illius conſenſu
[illegible]. Mortuoque Epiſcopo, regium hominem
[illegible], juſſit in funere præfinitos ſumptus fa-
cere, & ea quæ ſuperfuére, accepit. Et alia quæ-
[illegible]uit, omnem neceſſitatis formam exſu-
perantia. Hæc de his Curopalates; eademque ex
ipſo iiſdem fere verbis Cedrenus, Zonaras, Gly-
cas, & reliqui recentiores omnes, ſacrilegium
[illegible]antes.

Multa etiam de Nicephori avaritiâ alii
habent, & inter illos Zonaras: Phocâ, inquit, re-
[illegible] terræmotus horrendus, qui etſi Cõ-
ſtantinopoli planè innoxius; aliis tamen ubi-
que plurimum nocuit. Et menſe Majo ſpirarunt

 venti,

venti, qui fruges peremerunt. Vnde fame laboratum, quam Nicephorus in ſuum lucrum convertit, in granaria congeſto frumento, & eſurientibus magno vendito, non reputans, ſe (ut in Proverbiis Salomon ait) publicis execrationibus obnoxium eſſe, ſed benignitatem potiùs ſuã erga ſubditos jactans, quòd binos medimnos aureo venderet. Quamvis exemplum Baſilii Macedonis haberet, qui olim in tali penuriâ ſe non ita, ſed magnificè admodùm geſſerat. Nam cùm aliquando de more in templum D. Apoſtolorũ iret, & cives quosdam gravitatis aliquid præ ſe ferentes, mœſtos conſpexiſſet: Cauſam triſtitiæ quæſivit. Illi reſponderunt, Domine, quî non triſtes eſſe poſſumus, cùm mortem nobis inſtãtem videamus, & bini frumenti medimni aureo nummo ſint emendi? Quibus ille auditis ingemuit, datâque pecuniâ triſtitiam illorum excuſſit, civiles Magiſtratus execratus, quòd ab iis de penuriâ non factus eſſet certior. Ac ſtatim Imperatoriis granariis apertis, duodenos medimnos, aureo vendi juſſit. Ac ille quidem, ut Imperatorem decet, egit: hic pro caupone ſe geſſit, qui populo penuriâ laboranti non modò nihil opis tulit, ſed & calamitatibus inſultavit: vulneribus eorum, quos fames ſauciârat, inhumaniter divellendis. Sed & frater ejus Leo, & ipſe cauponando, nihilominus & urbanum populũ & provinciales premebat. Qui cùm ſe tales ergà afflictos præberent, viciſſim dicteriis à populo inceſſabantur. Nam cùm aliquando Imperator novitios milites luſtrans, canum quendam inter cæteros vidiſſet, rogavit, Cur homo ſenex militiæ nomen dediſſet? Ibi ille ingenioſè re-

ſpondit, ſe nunc multò robuſtiorem eſſe, quàm in juventute. Tum enim ne dimidii quidem auri frumentum tollere potuiſſe, nunc verò duorum aureorum faciliùs in humeros ſublaturum. Intellexit cavillum Imperator, eoque diſſimulato, ad alium tranſiit. *Similia fere habet Cedrenus, fol. 544. ut & Curopalates, ac Glycas.*

8. Quomodo etiam Nicephorus, ex moneta aucupium ſibi procurârit, refert Zonaras, & ita ſcribit: Cùm usque ad eum, quodvis numiſma exiguum penderet, ille tetarterum excogitavit pondere imminuto, & exactiones graviores, largitiones, & omnes impenſas, mutilato numiſmate fecit. Iam cùm antiquitùs receptum eſſet, ut omnis vetus ſtater, Imperatoris imagine inſignitus, tantundem valeret, quantum recens ab Imperatore excuſi: ille ſuam monetam pluris fieri juſſit. Quo fine? ut illam ſolam mercatoribus expetentibus, è commentationis auctario, quod magnum exigebat, multum ſibi lucri accederet. Quibus rebus cùm cives vexarentur, forum curatores rerum venalium nullam rationem habebant, ſed quisque mercator pretium ſuo arbitratu ſtatuebat. Vnde qui res neceſſarias emebant, indies fiebant pauperiores.

9. Palatium etiam Nicephorus in munitionem convertit; qua de re ita Zonaras: Hæc aliaque plura (nam omnia perſequi difficile fuerit) atrox omnium odium Nicephoro concitârunt, ut optarent omnes, ejus tyrannide liberari. Illud tamen vel inprimis hominibus moleſtum fuit, quod Regiam muro circundedit. Nam cùm oraculum accepiſſet, ſe in ea interfectum iri: putabat ſe mœnibus tutum fore. Enimverò ſic ei ratiocin-

tiocinandum fuit: ſi verum eſſet oraculum, etiam fatum (ut ita loquar) divinitùs ordinatum, eſſe inevitabile, & immutabile. Sin id aliquâ ſolertiâ prohiberi poſſet, non utique eſſe verum, omnemque ſolertiam ſupervacaneam. Sed ille nullâ harum rerum conſideratâ: magnis ſumptibus Regiam eo muro, qui etiam nunc cernitur, coronæ inſtar circumdedit, quem cives arcem & caſtellum tyrannicum contra ſe extructum judicabant. Verùm munitione perfectâ, cùm ſe jam res ſuas in tuto collocâſſe putaret; tum demum, cùm intra eam ipſam cæderetur, intellexit, inventum illud nihil ſibi profuiſſe. Eadem etiam habet Curopalates.

10. De morte Nicephori ita Cedrenus: Iam Theophano Auguſta, conſuetudinem Nicephori averſans, Tzimiſcam, domo ſuâ (in qua tum privatus degebat, ob ſuſpicionem quandam, domeſtici officio dejectus ab Imperatore, & domi ſuæ ſe continere, neque usquam prodire juſſus) evocat: adeóque literas etiam adultera ab Imperatore obtinet, quibus in urbem is redire juberetur. Qui miſſus fuit, is Tzimiſcam domo ſuâ, Chalcedonem adducit. Cùmque Imperator ſubmonitus, utrum eum vellet Conſtantinopolim ingredi, eum aliquantulum expectare juſſiſſet: Theophano miſſis ſuis, Tzimiſcam noctu, ad portum manu confectum, qui eſt infra palatium, deducit; & impoſitum corbi cum ſociis in palatium attrahit. Erant cum eo Michaelus Burtza patricius, Leo Abalantius cohortis ductor, Atzypotheodorus, Tzimiſcæ amicorum fideliſſimus, ac duo alii. Ii cùm in palatium eſſent ſublevati, gladiis cincti, Imperatoris cubiculum

intrant

traut; cúmque eum non invenirent in conſueto lecto, deſertas inſidias eſſe ſuſpicantes, jam ſe ipſos erant præcipitaturi; niſi homuncio quidã obrepſiſſet ex Gynæceo, quo duce in ſolo jacentem Nicephorum Phocam inveniunt, pro veſte ſtragulã habentem pileum cocco infectum, & exuvium urſi quod ab avunculo ſuo, Michaelo Monacho Maleinio, acceperat. Recens Imperator obdormiverat, neque percuſſorum adventum ſenſerat. Tzimiſces eum calce ictum, è ſomno excitat; evigilanti, dextræque manus cubito terræ innitenti, & caput attollenti, Leo Abalancius, ſtricto enſe vulnus ingens in nudum caput (deciderat enim operculum capiti, dum ſe ſublevaret) inflixit, medio cranio diſſecto. Deinde eum à lecto auferentes, ad Tzimiſcam ducunt in ſellâ Imperatoriâ, multiſque contumeliis & conviciis afficiunt, nihil aliud dicentem: quàm, DOMINE miſerere, opitulare DEIpara. Tandem cùm res excubitoribus palatii innotuiſſet, & multitudo ad defendendum Imperatorem accurreret, Nicephorum jugulant, caputque ejus defenſoribus per feneſtram oſtendunt. Hoc pacto iis ſedatis, Tzimiſcæ liberè quæ vellet agendi occaſio data. Ferunt decem diebus, antequam interficeretur, Nicephorum in ſuo cubiculo inveniſſe libellum, cujus ſcriptura monebatur, ut ſibi caveret; nam à Tzimiſca ipſi inſidias ſtrui. Quendam etiam Clericum perhibēt, [illegible] nocte deinde perit, litteras ei exhibuiſſe, in quibus hæc continerentur: [illegible] teipſum Imperator, nam hac nocte periculũ haud [illegible] impendet. Eas literas alii tradunt Imperatorem non legiſſe, opinatum, eo petitionem

 ali-

aliquam contineri. Alii legiſſe ajunt, ſed ſui cuſtodiendi rationem non duxiſſe ullam, fato impeditum: easque literas ipſo occiſo inventas fuiſſe. Non deſunt, qui iis lectis, Imperatorem aſſerant inquiſitionem, & cuſtodiæ munus protoveſtiario mandâſſe: ſimulque fratri ſuo Leoni domi ſuæ degenti ſcripſiſſe, ut cum armata manu ad palatium celerrimè veniat. Leonem litteras acceptas non aperuiſſe, quòd tum fortè talis cum aliquo certaret, & impenſiſſimè cum iſto ludicro delectaretur, ſed eas in ſui lectuli ſpondâ depoſuiſſe. Ludo finito, ſtatim legiſſe: & perceptâ ſententiâ, coegiſſe quantam res ferret manum, ac ad palatium contendiſſe. Sed cùm ad Fundam Circi veniſſet, audiſſe quosdam inter ſe de interfecto Imperatore Nicephoro colloquentes; nec non & in palatio & angiportis Tzimiſcam Imperatorem proclamantium, voces percepiſſe: itaque re inſperatâ conſternatum, nihil magnanimum cogitâſſe, ſed illicò cum filio Nicephoro in magnum templum confugiſſe. Similia habet Glycas, fol. 432.

11. Extat Hiſtoria legationis Luitprandi, Epiſcopi Cremonenſis; qui jam antè à Berengario ad Conſtantinum Porphyrogennetam; nunc ab Ottone Imperatore ad Nicephorum miſſus fuit: causâ nuptiarum, inter ipſius Othonis filium, & Annam Romani Imperatoris quondam Conſtantinopolitani filiam, privignam verò Nicephori. Eamque Legationem, & Annalibus ſuis, ex parte inſeruit Baronius, Anno Chriſti 968. n. 6. & ſeqq. Conſtat autem ex illa relatione, cur in Ottonem, ſicut & in Rom. Pontificem, idem Nicephorus ſe valdè infenſum oſtenderit; nimirum

rum quòd Otto ſe Imperatorem nominaret, & Romanus Antiſtes Occidentalibus Regibus ſupremam dignitatem & nomen contulerit, proximè verò juniorem Ottonem iisdem Imperatoris decorârit inſignibus: magis autem in Ottonem ſeniorem commotus fuit; quòd Principes Beneventanum & Capuanum, nec non etiam Salernitanum, ab ipſo Nicephoro Imp. divulſos, in ſuam tutelam receperat. Apparet autem ex illius legationis relatione, qui mores fuerint tum Græcorum, quantum odium inter Latinos & Græcos, quale de Latinis Græci, quale item de Græcis Latini judicium ferre ſolebant.

12. Inter alia, ita Luitprandus de Nicephoro: Multa ſuper regnis & militibus me rogavit. Cui cum conſequenter & verè reſponderem: Mentiris, ait: Domini tui milites equitandi ignari, pedeſtris pugnæ ſunt inſcii, ſcutorum magnitudo, loricarum gravitudo, enſium longitudo, galearumque pondus, neutrâ parte eos pugnare ſinit, ac ſubridens, impedit, inquit, eos & gaſtrimargia, hoc eſt, ventris ingluvies, quorum DEUS venter eſt, quorum audacia crapula, fortitudo ebrietas, jejunium diſſolutio, pavor ſobrietas. Nec eſt in mari Domino tuo Claſſium numerus. Navigantium fortitudo mihi ſoli ineſt, qui eum claſſibus aggrediar, bello maritimas ejus civitates demoliar: & quæ fluminibus ſunt vicina redigam in favillam. Sed aliter judicabat Luitprandus, qui ita ſcribit: Mihi credatis velim, & credetis ſcio, omnem ipſius exercitum à quadringentis veſtris, ſi foſſa murive non impediant, occidi poſſe. Idemque Luitprandus inter

alia addit, tantam fuiſſe Conſtantinopoli famē, ut 25. aſſeclas ſuos & quatuor cuſtodes Græcos, tribus aureis, unâ cœnâ reficere nequiret. (Quod tamen noſtro tempore, cùm annona maximè vilis habetur, fieri haud pôſſet.) Et tandem ex illa quondam opulentiſſima & florentiſſimâ, nūc famelicâ, perjurâ, mendace, doloſâ, rapace, cupidâ, avarâ, cenodoxâ civitate, cum diaſoſte meo lintre egreſſus, diebus 49. aſinando, ambulando, equitando, jejunando, ſitiendo, ſuſpirando, flendo, gemendo, Naupactum veni.

13. Nicephorus Imp. legationem ad Ottonem Imp. Græcâ fraude miſit, ſub falſo prætextu nuptiarum; quarum occaſione, anno ſuperiori, ab ipſo Ottone, & à Iohanne Pontifice, Legati miſſi fuerant ad ipſum, Conſtantinopolim: revera tamen, ut eum nuptiis occupatum, imparatum offendens, bello ſuperaret. Sic igitur Græci Imp. legati fraudulenter & proditoriè rem agentes, effecerunt, ut Latini, dum nuptias Imperiales pararent, à Græcis improviſi offenſi, neci traditi ſint. Sed audi Witichindum iſta narrantem his verbis: Legatis itaque Græcorum Imperator ſatis credens, miſit partem exercitus, cum pleriſq; principalibus viris, ad condictum locum, quo eis ſecūdum ſponſionem legatorum, puella traderetur, & cum honore filio adduceretur. Græci verò ad artes paternas converſi (nam erant ab exordio ferè mundi, plurimarum gentium domini, & quos virtute nequibant, arte ſuperabāt) ſubitò ſuper improviſos, & nihil adverſi ſuſpicantes irruunt, caſtra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos Conſtantinopoli Imperatori ſuo præſentant. Qui verò effugere poterāt, reverſi

reverſi ad Imperatorem, quæ acta ſunt, nunciabant. At ille ſuper his commotus, ad hoc dedecus diluendum, cum gravi manu viros eminentes, domeſticis & externis rebus jam ſæpe claros factos, Guntharium & Sigefridum, mittit in Calabriam. Græci autem præteritâ victoria elati, & animis cæci, ceciderunt in manus eorum. Ex quibus innumera multitudine cæſa, qui ſupererant, capientes, obtruncatis naribus novam Romam remeare permiſerunt; tributum in Calabria & Apulia exegerunt, aliqueque victoria illuſtres facti, & ſpoliis hoſtium dotati, ad Imperatorem reverſi ſunt. Populus autem Conſtantinopolitanus, à ſuis audiens malè pugnatum, tumultum excitavit adverſus Imperatorem ſuum, & machinatione conjugis propriæ, cujuſdam militis manibus occiditur; loco autem domini militem deſignantes, fuit iſte Ioannes, cognomento Zemiſces. Conſtitutus autem Rex, continuò captivos abſolvit, puellam cum magno exercitu & claris muneribus ad Ottonem Imperatorē deſtinavit. Quam ipſe ſtatim filio tradidit, celebratisque magnificè nuptiis, omnem Italiam, ſuper hoc & Germaniam lætiores reddidit. Hanc Theophaniem ſive Theophaniam appellatam, à Ioanne Papa coronatam Imperatricem, Sigebertus teſtatur, ab eodemque Pontifice ſacris ritibus Ottoni conjunctam fuiſſe addit. Qua de re idem Cruſius *part.2.lib.4.cap 12. ap.* Anno 968. ſpe Theophaniæ, filio ſuo accipiendæ, Imp. Otto in Calabriam mittit partem exercitus, cum pleraq; nobilitate. Hos, adventum ſponſæ opperientes, Græci, juſſu Imp. ſui Nicephori, ſecretò opprimunt, aliis cæſis, aliis Conſtantinopolin miſſis.

Succenſuit eâ re vehementer Imperator: ac ſequenti anno, filio cũ validis copiis miſſo, Græcos aliquot ſecundis pugnis exultantes, in laqueos inſidiarum attractos, pleroſque occidit: captivos reliquos, truncatis ad ignominiam naribus, Conſtantinopolin miſit. Tunc Apulia & Calabria Græcis ereptæ, Occidentali tandem Imperio ſunt adjunctæ.

Nicephorus, quâ ratione ad Imperium pervenerit. 1. 2.

Non omnes, qui vitam ſolitariam, & privatam ſe amare ſimulant; imperandi cupiditate vacant. 2.

Secundæ nuptiæ, aut etiam cum commatre, in Græcia olim odioſæ. 3.

Nicephorus milites, bello occumbentes, in Martyrum numerum cooptari, fruſtrà contendit. 4.

Nicephori victoriæ contra Barbaros partæ, conſpurcantur Militum inſolentiis, erga cives; & eorum impunitate: Et quòd exactionibus populum vexaret, ac reditus etiam ſacros, in belli uſus inſumeret. 5.

Nicephorus ſancit; ne ſine ſuo conſenſu, Epiſcopus eligatur, vel deponatur. 5.

Famis publicæ calamitatem, in ſuum commodum perperam vertit: ſecus ac olim fecit Baſilius Macedo. 6.

Monetæ deterioratio, infinita incommoda parit. 7.

Caſtella odioſum reddunt Principem. 8.

Fatum evitari humanâ ratione nequit. 8.

Miſerrimus Nicephori interitus, ab ipſiuſmet conjuge adulterâ, procuratus. 9.

Oſcitantia, & incuria, admonitionumq; contemptus, ſæpè ſunt fatales. 9.

Luitprandi legatio in Græciam, & cur Nicephorus Pontifici, Imperatorique Latino fuerit infenſus. 10.

Græcorũ de Latinis, & Latinorum de Græcis, eorumque militiâ, judicium. 11.

Perfidia Græcorum fecit, ut Italiæ eam partem, quæ olim Græcia magna dicta, amiſerint. 12.

Legati non raro decipiendi magis, quàm pacificandi causâ, mittuntur. 12.

Johan-

X I V. *Iohannes Zemiſces.*

A. C. 969.

CONſtantinopolitani, mox in Nicephori locum, Johannem ſurrogârũt. Hicque rarò ad poſteros exemplo, Baſilium, & Conſtantinum, Romani Junioris liberos (quorum hic quintum, ille ſeptimum ætatis annum agebat) Imperii conſortes facit; Romaniq; ſororem Theodoram, (filiã Conſtantini Porphyrogenniti) matrimonio ſibi copulavit. *Cedren.*

2. Exilio autem à Nicephoro damnatos, reduxit: inter quos erant Epiſcopi, qui edicto ſubſcribere noluerunt, in quo ſancitum fuerat, ne quis ſine eo antiſtes conſtitueretur. Cùm autem magnam Eccleſiam, accepturus coronam peteret, a Polyeucto Patriarchâ prohibitus, tanquam cæde pollutus, placidè illud ferebat: faſſus auctores cædis Imperatoris Abalantem Leonem, & Azypotheodorum, Theophaniâ procurante. Juſſo itaque percuſſores regiâ pellere, atque exilio damnare, unà cum regina, ac edictum contra præſules reſcindere, pœnitentiam injunxit, ut quas privatas opes poſſideret, egenis diſpertiret: quæ omnia ſeſe facturum recepit. Et omnibus iis factis, natali Chriſti Servatoris noſtri feſto, in magnam Eccleſiam progreſſus, diademate coronatur, & Imperator publicatur. *Cuſpinianus, ut & Cedren. Zonar. et Glycas.*

3. Prolixiùs eadem narrat Curopalates, qui aſcribit: Conſtitutis rebus, ab omnique ſuſpicione

ſpicione liberatus, confert ſe cum paucis Imperator ad magnum Templum, ut Patriarchæ manibus diadema ſuſciperet. Quem venientem ad ſe ingredi non permiſit Polyeuctus Patriarcha, indignum aſſerens, qui ad ſacrum Templum accederet, cujus manus adhuc recenti, & cognato ſanguine ſtillarent. Cùm autem Iohannes æquo animo reprehenſionem tuliſſet, omniaque ſe libenter & obedienter facturum pollicitus eſſet; excuſans & purgans ſe, quòd non propriis manibus interfeciſſet Nicephorum, verùm Balantes, & Atzipo Theodorus, Reginæ Theophanæ juſſu: hanc Patriarcha juſſit è Palatio ejectam in aliquam inſulam relegari, atque in exilium mitti Nicephori interfectores; & decretum illud abſcindi, quod ad confundendas res Eccleſiæ Nicephorus propoſuerat. Statim igitur & illos Iohannes Imp. è civitate ejecit, & Theophanam in Proconneſum relegavit. Quæ poſteà inde clam effugiens, cùm ad magnum Templum confugiſſet, per Baſilium excubiarum præfectum ejecta, in regionem Armenorum relegata eſt in monaſterium recens ab Imperatore conſtructum, Damidæam nomine, cùm priùs illa, multa probra in Imp. conjeciſſet, & in Baſilium, Scytham eum vocans & barbarum, cujus etiam maxillam pugno percuſſit. Cum ipſa quoque relegata eſt mater ejus in Montineum. Allatumque decretum conſciſſum eſt, & Eccleſiæ priſtina reddita libertas. His igitur ita geſtis, cùm pollicitus eſſet Ioannes ad placandum DEVM, ob admiſſum facinus, pauperibus facultates, quas privatus poſſidebat, diſtributurum, Polyeuctus ei concedebat ingreſſum, & die feſto, quo Chriſti Domini

mini noſtri natalis celebratur, ipſum Imperii diademate coronat. Hucuſque Curopalates, de his quæ præceſſerunt coronationem Iohannis Imperatoris, quam non niſi præviâ pœnitentiâ & obedientia a Patriarcha potuit impetrare.

4. Bellum indè adverſus Ruſſos, feliciter juxtà & fortiter geſſit Johannes. Eos enim ingenti gloriâ; ut & Bulgaros, Scythas, Turcas, & alios barbaros, adverſus Græcos ſimul fœdere junctos, numero trecentorum triginta millium militum, iteratis ſummo labore atque periculo ſæpè præliis, ſuperavit: cùm & capto Rege, Bulgarorum regnum extinctum eſt, ejusque provinciæ primaria civitas, Paraſthlaba dicta, mutato nomine, ab Imperatore Joannopolis nuncupata fuit. Imperator loco Triumphi Deo gratias egit: nova inſuper Templa conſtruxit, donisque ditavit, ac partem tributorum populo remiſit; primusque omnium Imperatorum ſolidos aureos, obolosque, Salvatoris imagine ſignari, & in eorum alterâ parte hæc verba inſcribi voluit: CHRISTUS REX REGNANTIUM; quod & ſubſequentes obſervârunt Imperatores. *Curopalat. Cedren. Baron. anno Christi 97 .n 1.*

5. De triumpho autem, qui ipſi paratus eſt Conſtantinopolim redeunti, ſic inferiùs idem

Curo-

Curopalates: Vrbis Archiepiſcopus cum Synodo, & omnes qui Magiſtratum gerebant, cum pæanibus & victoriæ laudibus Ioannem Imperatorem exceperunt, coronas afferentes, parato quadrijugo curru, admodum decoro, in quem eum conſcendere volebant, & ita triumphum agere Imperatorem: Ipſe verò nihil, quod magnificum eſſet, approbans, ſeque moderatum cupiens oſtendere, allatas coronas accepit, & equo albo vectus triumphavit. In curru verò impoſitis Bulgarorum veſtibus, & ſuper ipſis, DEI Genitricis imagine, ut civitatis Patronæ, ipſum præire juſſit. Cùmque ad locum, quod Forum dicitur, perveniſſet, ſatis celebratus, DEO patri & ejus filio, Spirituique Sancto actis gratiis, ob victoriam conſecutam, inſignia Bulgarici Imperii, in conſpectu civium, Boriſem Regem Bulgarorum exuens (hæc autem erant, aurea corona, & tiara ex byſſino filo contexta, & purpurea calceamenta) inde ad magnum Templum profectus, ibique Bulgaricâ coronâ, pro munere DEO dedicatâ, promotoque Boriſi ad Magiſtrorum dignitatem, in Regiam ſe recepit. Et paulò pòſt: Imperator autem actis gratiis Salvatori Chriſto, ob parta trophæa, Templum ſuper æream aſpidem novum conſtruxit, nulli ſumptui parcens, aut ornamento. Remiſit etiam iis, qui tributa pendebant, illud quod *Capnicum* appellaretur. Imperavit autem, in numiſmate, aureo ſcilicet, atque in obolo, ſculpi Salvatoris imaginem, quod antea factum non fuerat, in cujus alterâ parte hæ literæ inſcribebantur: *Chriſtus Rex Regum*, & hoc ſequentes obſervârunt Imperatores. *Hucusque Curopalates, & ex eo alii.*

6. Cæ-

6. Cæterum inclyto aliâs Imperatori, immoderata Lingua exitio fuit. In Baſilium enim Eunuchum cubicularium intemperantiùs invectus, lento veneno ab illo extinguitur.

7. Qua de re ita Zonaras, & Glycas: Cùm urbium nonnullæ, quas Phocas anteà recuperaverat, Romanorum ſe poteſtati, excuſſo jugo, ſubtraxiſſent: Imperator ad eas domandas, cum copiis exiit, ad Damaſcum usq; profectus; omnibus partim ſuadendo, partim vi bellicâ priſtinũ ad ſtatum præclarè revocatis, Imperatoriam ad Vrbem reverſus eſt. In hoc itinere pro[illegible]nabarzum & Palandum tranſiens, quum iſtic poſſeſſiones, & prædia maximi pretii, longeque fertiliſſima rerum omnium conſpiceret: homines, quos iſtic vicinos offendebat, cujúsnam illa forent, interrogat. Deindè cognito, Baſilii cubicularii eſſe universa, partim à Nicephoro Phoca Romanis finibus adjecta, partim ab hoc vel illo Domeſtico, partim ipſiúsmet Imperatoris operis: gravi dolore correptus eſt, quòd Reip. relicta, nullius eſſe pretii videret. Itaque gemitu ex imo pectore ducto: Proh! indignam (ait) rem, comites, publicas inſumi pecunias, Romanos exercitus ærumnas exantlare, Imperatores extra fines Imperii labores tolerare; quidquid autem tot laboribus atq; moleſtiis adquiritur, in unius Eunuchi commodum cedere. Hunc Imperatoris ſermonem quidam ad Baſilium detulit, cumq; contra Zimiſchem ad iram concitavit. Quapropter hominem Baſilius, qui erat Imperatori à parvulis, corrumpit: venenumque lethale temperat.

perat, & Imperatori propinat, non tamen efficaciſſimum. Iccircò lento morbo confectus, carbunculis per humeros exortis, magnâ ſanguinis copiâ per oculos excretâ, vitam cum morte commutavit.

Zemiſces Imperium firmat, legitimorum ſucceſſorum adoptione. 1.
Tanquam Imperatoris parricida, Eccleſiæ aditu prohibetur & pœnitentiam agit. 2. 3.
Nicephori Imp. interfectores, & etiam ejuſdem uxor, cæ..conſcia, relegantur. 3.
Zemiſces, infinitam Barbarorum multitudinem debellat ejuſque victoriæ gloriam, ſoli Deo tribuit. 4. 5.
Moneta, Chriſti Salvatoris nomine & imagine, ab eodem inſ[illegible]ntur. 4.
Zemiſces mors, propria linguæ intemperantiâ, procurata. 6.
Magnatibus quoque, ſæpè nocuit, temeraria lingua. 7.
Culpandum maximè eſt, bello parta, adulatorum, aliorumque indignorum commoditatibus privatis cedere: interim Milites benemeritos egere. 7.

XV. XVI. *Baſilius & Conſtantinus, Porphyrogenniti.*

A. C. 976.

OCciſo Johanne, ſucceſsére mox Baſilius & Conſtantinus, quorum ille vigeſimum, hic decimum ſeptimum agebat ætatis annum: revocatâ pariter eorum matre Theophane in ſolium; è quo fuerat exturbata, & in Proconneſum relegata. *Curopalat. Cedren.*

2. De Bardæ Scleri autem rebellione, quæ horum Imperatorum initia excepit, ita Zonaras: Cum

Cùm Imperii inſignia Baſilius, & Conſtantinus geſtarent, omnis penes Baſilium præſidem erat autoritas: idque Baſilius Imp. nondum ſibi ipſi fidens tolerabat; cubiculario tanquam præceptori auſcultans, ſeque ad illius Reip. tractationem & adminiſtrationem cõformans: ut & ipſe, cùm tempus poſtularet, in militaribus catalogis, & civili æquitate tuendá, rationem eandem ſequeretur. Erat enim alacri & exercitato ingenio, non diſſolutus & ignaviæ mancipatus, ut frater. Cumprimùm autem hi rerum potiti eſſent; Præſes, matrem eorum ab exilio revocatã, filiis reſtituit: & quia Magiſtrum Bardam Sclerum Ducem, cui omnes Orientales copiæ præerant, ſuſpectum habebat: ea dignitate ereptâ, Meſopotamiæ Ducem deſignat. Quam ille rem iniquiſſimo ferens animo, & alioqui regni cupiditate æſtuans, ad defectionem incitatus: inito Magiſtratu illo, arcanoque cum multis communicato, propter res fortiter geſtas, apud milites gratioſiſſimus, omnes ferè dicto audientes habuit, & filio Romano, qui in Vrbe regia degebat, clam per quendam accerſito, ſtatim regnum affectavit: diademate & calceis puniceis ſumptis, Imperator ſalutatus, pecunias ſtudioſè conquiſitas, Arabes ſocios adſciſcit. His ſecum conjunctis Conſtantinopolim properat, ſpe bonâ elatus ſomnio cujuſdam Monachi virtutis ſtudioſi fulta; qui ſibi viſus erat mulierem quandam in ſublimi ſpeculâ ſedentem cernere, quæ illi flagellum Imperatorium porrigeret. Quod flagellum cùm utique iram DEI, & Romanorum inteſtinis bellis interitum ſignificaret: Sclerus pro Imperii omine, ſuâ cupiditate viſionem æſti-

æſtimans, interpretabatur. Famâ de Tyrannide Sceleri in Vrbem perlatâ, Imperatores, quicquid militum reſtabat, contrahentes, ad reſiſtendum ſe parabant: miſſo interim Nicomediæ Pontifice ad illum; qui etſi multas pacis conditiones haud aſpernandas proponeret: nihil tamen impetravit. Nam Sclerus coccineo calceo oſtenſo, non fieri poſſe dixit, ut qui eum ſemel induiſſet, temerè abjiceret.

3. Sed Baſilius cubicularius, Phocam Bardū ab exilio revocatum, & ſanctiſſimo jurejurando adactum, ne unquam regnum affectare, aut conſilium contra Imperatores inire vellet, Magiſtrum appellat, & reliquiis copiarum præficit, pecuniâque liberaliter ſuppeditatâ Sclero opponit. Quo ille cognito, tum demum ſe parem adverſarium habiturum ratus, indè digreditur; & circa Amorium pugnâ commiſsâ ſuperior evadit, profligatis adverſariis. Poſtridie Duces exercituum decrevére ſingulari certamine congredi, deque ſumma rerum decernere. Sclerus prior, ut quidam tradunt, clavum in Phocæ caput impegit: ut alii, enſem in eum vibravit, qui cùm ictū declinâſſet, extremo enſe aurem equi ejus reſecuit. At Phocas contrà, Scleri capiti clavam ira illiſit, ut obortâ vertigine in equi collum prolapſum & cruentum ſatellites eriperent, ac deſtitutum viribus equo depoſitum, ſanguine abſterſo ad fontem recrearent. Intereà ejus equus, dum illi hac curâ occupantur, elapſus ejus manibus, à quo tenebatur, ſine ſeſſore in caſtris jubâ ſanguine manante exultans, effecit, ut Scleri exercitus eo agnito (inſignis enim erat, nomine Ægyptius) Ducem cecidiſſe putans, effuſè fugeret.

geret. Qua occaſione Phocas arreptâ, ſuosque cohortatus, fugientes perſequitur, multos cæ-dit, multos capit, plures etiam à ſe invicem con-culcati, perierunt. Tum demum Sclerus deſpera-tis rebus, cum reliquiis ad Chosroen Babyloniū confugit, à quo Imperator per legatos petit, ne tyrannum admittat, Domini ſui oppugnatorē: alioqui malum exemplum ipſi fraudi futurum. Cum autem Babylonius cognoviſſet, eundem Sclero quoque, & militibus ejus afferre literas illius manu ſubſcriptas, quibus eis impunitas promitteretur, modò ceptis deſiſterent, ſeque Imperatori ſubmitterent: tam legatum quàm Sclerum cum ſuis in carcerem compegit. Et hic fuit exitus defectionis illius.

4 Interea Bulgari, cognito Zimiſcæ interitu, tumultuātur. Et Regiâ ſtirpe deficiēte, Samueli cuidam Imperium deferunt. Qui Occidentales Imperii Romani provincias, non populatus ſo-lum est, ſed & regiones, ſuæ ditionis fecit. Quâ de causa Imperator, depulſâ Scleri tyrannide, ul-ciſcendi Barbari cupiditate flagrans ſuis auſpi-ciis bellum ei inferre ſtatuit. Egreditur igitur, ſuo conſilio neque cum Magiſtro Barda, Orien-talium Legionum Domeſtico, neque cum ullo ſuorum Ducum Orientalium communicato. Bul-garorum fines jam ingreſſus, Magiſtro Leone Meliſſeno, ponè ſequi juſſo, ad locorum angu-ſtias tutandas: ipſe Sardicam, quæ & Triadiza di-citur, obſidere inſtituit. Verùm Occidentalium legionum Domeſticus Contoſtephanus, cogi-tans re benè geſtâ, Imperatorem nunquam non ſuopte ductu atque auſpiciis bella adminiſtra-turum, ſe cæterisque Ducibus parvi æſtimatis:

operam

operam dedit, ut conatus illius labefactaret, atque impetum retardaret. Accedit igitur, & Meliſſenum, tyrannidem affectantem, feſtinanter ire Byzantium ad regnum occupandum ait; non cunctandum eſſe monens, ſed citra moram reducendum exercitum. Id Imperatorem ita perturbavit, ut populo reditum denuntiaret. At Samuel cacumina montium inſidens (neque enim acie decernere audebat) ſubito diſceſſu viſo Romanos aggreditur, quos metu illud facere arbitrabatur, & inexpectatâ impreſſione, in fugam compellit; nec caſtris tantùm, ſed & tabernaculo, atque inſignibus Imperatoris potitur, qui quidem vix Philippopolim evaſit: ubi cùm Meliſſenum inveniſſet, Contoſtephanum iratus contumelioſis dictis inſectatur: quæ cùm ille iniquo animo ferens exaſperaretur, efferveſcente bile ſolio exiliens, Contoſtephanum, coma & barba comprehenſum, terræ illidit. Ex hoc Romanarum legionum principes Imperatori irati, Phocas quòd ſpe fruſtraretur, & res ſuæ, ut proverbio dicitur, Mandraboli more procederent: alii, quòd ſe contemni putabant, non communicatis conſiliis: alii aliis de cauſis: Chriſiani congreſſi, Phocam Bardam diademate ornatum Imperatorem appellant, defectione, ut ipſi putabant, probè adminiſtratâ.

5. Sclerus autem, qui Babylone cuſtodiebatur, præter ſpem cuſtodiâ educitur. Nam Perſarum Imperio, à Sarracenis everſo; vir quidam Perſa, nomine Inargus, verbis concitat populares, ſuadens, ut rupto ſervitutis jugo, arma contra Sarracenos ſe Duce ſumant. Chosrces porrò, quamvis ſæpè cum illis congreſſus, tamen

nun-

nunquam non diſceſſit inferior, deſperatâq; victoriâ, ad Romanos, qui in cuſtodiis erant, confugit: quibus carcere eductis, cum Sclero de ratione belli gerendi agit, petitâ veniâ malæ tractationis, qui principiò bello recuſato, tandem illo urgente, annuit; ſed eâ conditione, ut ſolos Romanos in aciem educat. Carceribus igitur perquiſitis, ad tria millia Romanorum ſunt inventa, & arma eis data, qui cùm Scleri ductu & auſpiciis, Perſas viciſſent: nec ipſi nec ille, ad Choſroen redeundum eſſe ſtatuerunt, veriti, ne denuò à Barbaro in carcerem compingerentur, præſertim tanto virtutis ſuæ ſpecimine edito. At Choſroes, dum in fugam intenti ſunt, magnam turbam ad eos perſequendos mittit: qui etſi numero longè ſuperiores, commiſſo prælio, pauciores evaſerunt iis, quos perſequebantur, cæteris ibi Romanorum manibus interfectis. Sclerus igitur cum ſuis Romanorum fines ingreſſus, ad Phocam ſe confert, quem regnum ſpectare tyrannidem jam affectâſſe cognôrat, & belli & Imperii ſocius futurus. Ille ſocietatem amplexus, ſi votorum compotes fierent, ſibi urbem Imperatoriam, ac plurium gentium & provinciarum Imperium vendicat, Sclero Antiochiam, Cœleſyriam, Phœniciam, Palæſtinam, Meſopotamiam, & Aegyptum, attribuit, eaque pacta jurejurando ſancit. Quo Sclerus fretus, cùm ad illum ſe contuliſſet, ac jam intra caſſes eſſet, primum habitu regio privatur: deindè in carcerem conjecto, cuſtodia adhibetur; & copiis illius ſociis, Phocas tyrannidem ſuam firmat.

6. Enimverò, Sclerus priusquam ab illo comprehenderetur, ut ſi res malè ceſſiſſet, receptum

aliquem haberet, ad ſpem ſalutis curârat, ut filius ſuus Romanus, clàm arreptâ fugâ, ad Imperatorem deficeret; à quo cum gaudio exceptus eſt, & ſtatim Magiſter deſignatus. Phocas autem Delphinam Patricium, cum parte copiarũ Chryſopolim caſtrametatum, ſubitò cum Ruſſico populo adortus (Nam cum Bladimero Duce eorum, ſorore Annâ ductâ, affinitatem junxerat, atque auxilia inde accerſierat) hoſtibus facilè ſuperatis, ipſum Delphinam captum palo affixit. Deinde Abydum cum fratre Conſtantino proficiſcitur. Cùm exercitus utrique in procinctu ſtarent, & Phocas ſuas copias antecedens, Baſilium equo circumvectum, legiones cohortari vidiſſet, totis habenis laxatis, equo concitato in illum fertur, eo proſtrato ſe toto diſcrimine fore defunctum ratus: ſed antequam ſuos multum anteceſſiſſet, alii eum equo devolutum ferunt; alii cùm in tumulum quendam declinaſſet, equoque deſcendiſſet, humi extentum ſtatim expirâſſe: alii à quodam lethali vulnere affectum eſſe. Cõſtantinus quidem Imperator cædem ejus ſibi arrogabat; falsò utique, cùm ejus cadaver nusquã vulneratũ fuerit alii (quod quidẽ probabilius eſt) putavére, toxicũ ei à Baſilio præparatum, à pincerna corrupto largitionibus Imperatoris, fuiſſe propinatum. Bardâ ſtrato, illius exercitus diſſipatus eſt, aliis cæſis, aliis captis, in quos Imperator ſuo arbitratu animadvertit.

7. Sed Baſilius, Phocâ Bardâ Tyranno armis oppreſſo, victoriâ nitens, ſolus impera-

peravit : inane tautùm nomen fratri relinquens.

8. Refert etiam Zonaras, fol. m. 120. col. 2. Quòd Baſilius fuerit mutatus ab illo, qui dudum fuerat, & factus arrogans, demiſſo ingenio; ſuſpicans in omnes, iracundiâ inexorabili : nec in alios duntaxat, ſed in ipſum cubicularium (Baſilium) talem ſe præbuit. Quem cùm odiſſet, atque ipſe rerum adminiſtrationem capeſſere vellet, tum à Reip. negotiis removit, tum domo egredi vetuit, nec multò pòſt relegavit, tum actis ejus omnibus perquiſitis, pleraque reſcidit, tum monaſterium ab eo extructum maximâ parte ſpoliavit, nec agros duntaxat aut fundos invaſit & ædes, ſed etiam donaria, tabulas, columnas pretioſas. Quas ille ob res animi ægritudine oppreſſus, membriſque reſolutis, nihil aliud niſi ſpirans cadaver, brevi miſerabiliter eſt extinctus. Baſilius verò tum demum verè Imperator factus, cùm intellexiſſet, quantam ſollicitudinẽ regni adminiſtratio poſtularet, delitias regias ſprevit, ſplendidis veſtibus abſtinuit, omnemq; ſuavitatem repudiavit: cùm priùs haud ita vixiſſet, ſed & amoribus indulſiſſet, commeſſationibus & voluptatibus deditus, regióque luxu delectatus; & omni authoritate ſibi vendicatâ, fratri nihil, niſi nomen & colorem inſignem impertiit: cuſtodiâ illi quidem attributâ, cæterùm exiguâ & non magnificâ. Quæ ille, ut homo remiſſioris ac mollioris ingenii, & voluptarius, venationibus & æqualium ſuorum conſuetudine gaudens, æquo ferebat animo, neque fratri adverſabatur.

9. Con-

9. Contra Bulgaros itidem, vario eventu, diuque Baſilius pugnavit. Sed tandẽ cum Samuele (Principe Bulgarorũ) prælio congreditur, eumque Marte aperto vincit, vix ſaluti ſuę in eo conſulentem; ut fugâ Prilapum (caſtelli hoc nomen) evaderet. Capta erant ab Imperatore, Bulgarorum ad quindecim millia (tot enim fuiſſe perhibentur) quos ubi ſpoliâſſet oculis, & ſingulis centuriis, monoculum unum attribui juſſiſſet, qui viæ dux cæteris foret: ita deinde ad Samuelem ablegavit. Samuelus iis conſpectis, tantæ calamitatis magnitudine victus, animo deficit, & vertigine correptus in terram prolabitur. Mox ii, qui aderant, aquâ & unguentis ſpiritum ejus revocantes, ut nonnihil ad ſe rediret, effecerunt. Vbi reſpirâſſet, hauſtum frigidæ poſtulavit, quâ epotâ, cardiogmo correptus eſt, & poſt biduum rebus humanis exceſſit. Ejus loco regnum filius ipſius Gabrielus, qui & Romanus dicebatur, obtinuit: viribus ille quidem ac robore patrem ſuperans, ſed viciſſim prudentiâ mentisq; vi multis modis impar. Ita factum, ut Baſilius Imperator Bulgarorum Imperium in univerſum tolleret, aliis eorum cæſis, aliis in poteſtatem redactis, aliis, qui quocunque tandem modo ſuperſtites remanſerant, vel invitè ipſis ſe dedentibus. *Glycas. & Zonaras.*

10. Poſt hæc Baſilius, referente Zonara, Conſtantinopolim reverſus, decrevit tributum pauperum, qui periiſſent, à locupletibus exigendum eſſe, quod Allelengynum vocabatur. Etſi autem multi, atque ipſe Patriarcha Sergius, deprecabantur, ut iniqua illa & inuſitata exactio tolleretur: tamen Imperator à propoſito non recedeba-

debat. Nam tempore ac tot victoriis elatus, inſolentem ſe erga omnes præbuit, ac ſubditis formidabilis quàm charus eſſe maluit; neq; cives, neque milites, pro receptâ conſuetudine, quam & legumlatores inſtar legis habere pronunciãt, ſed ſuo judicio & arbitratu tractare voluit. Proinde nullam doctorum virorum rationem habuit, ipſamque doctrinam, rem inutilem & ſupervacaneam judicans: viros neque genere nec eruditione claros, & ab epiſtolis & à cõſiliis habuit, quibus literas ſimpliciter, nullâque cum curâ dictavit. Sed & fiſcum, obſtructis viribus pecuniâ referſit. Fertur enim ducenta millia talentum auri in theſauris habuiſſe. Nam alterius pecuniæ nullus iniri numerus poteſt, adeò ut conclavibus repletis eam terræ mandârit anfractibus, inſtar labyrinthorum effoſſis: ſed & ciſtellæ plenæ erant gemmis, cùm aliis, tum candidis illis, quæ peculiari nomine margaritæ dicuntur. Neque verò iis utebatur, paucis exceptis, ad inſignia purpuræ exornanda: quâ, cùm prodibat, aut legatis reſpondebat, aut alias publicas feſtivitates celebrabat, utebatur. Reliquæ in conclavibus inutile pondus jacebant. Belli temporibus, ingenio fuit vario & multiplici. Rebus tranquillis & pacatis vehementior. Iram diſſimulabat, apud ſeſe ſuppreſſam per occaſionem proferens, delinquentibus vicem reddebat: cùmque pertinaci eſſet ingenio, decreta ſua non facilè immutabat. Quare ſi quibus iratus erat, iis non facilè placabatur.

11. Auſpiciis etiam Baſilii, Otto ſecundus Imp. Romanus, victus fuit. Qua de re ita Sigebertus: Græci infenſi, quòd Imperator Otto, pro-

vincias Græcorum invaderet, conducto ſibi Saracenorum auxilio, Imperatori in Calabria bello congrediuntur. In quo bello omnes Latinorum copiæ, usque ad internecionem penè ſunt deletæ. Imperator natando nitens evadere, à nautis ignorantibus eum capitur. Et à quodam eorum, qui negotiator Sclavorum erat, agnitus, nec proditus per illum, re delatâ ad Imperatricem, & ad Theodoritum Metenſiũ Epiſcopum, qui in civitate Roſana rei eventum præſtolabãtur, difficulter per Sclavum & Epiſcopum liberatur: nautis quippe ad pecunias pro eo redimento allatas inhiantibus, Imperator aſcenſo equo, vix evaſit. Additque Sigebertus: Omnibus pro infortunio Reipub. animo conſternatis, ſola Imperatrix, fœmineâ & Græcâ levitate inſultabat eis, quòd ab exercitu ſuæ nationis victi eſſent. Ac per hoc cœpit primatibus exoſa haberi. Ditmarus tamen Auguſtam Theophanem Græcam mulierem pluribus commendat, quodque tres filias piè valdè educatas, contemptrices carnalium nuptiarum effecerit, cœleſtium verò cupidas; earumque duas, alteram Adelaidem nomine, Sophiam verò alteram nominatam, in duobus monaſteriis monaſticam vitam profeſſas. Fuit & Baſilius potens in Italia, terrorique ipſi Pontifici Romano. Græci enim pedetentim jam ſibi cuncta usque ad Romanos fines vendicaverant, vel eorum Dominos fecerant ſibi fideles. Nam audi quid de Capuano Principe, urbi finitimo, dicat Leo Oſtienſis, *lib. 2. cap. 39.* Capuanus Princeps, Conſtantinopolitano Imperatori Baſilio clàm favebat, claves aureas ad illum miſit, ſe & urbem Capuanam, imò totum Principatum

tum ejus per hæc Imperio tradens. Iamque fore, ut fœderatorum auxilio, ipſe Græcorum Imperator Româ abſque obſtaculo potiretur.

12. Verùm Anno Chriſti 1025. Baſilius, cùm vixiſſet annos ſeptuaginta, & regnâſſet quinquaginta, repentino morbo correptus, exivit è vita; & Imperium integrum Conſtantino fratri remanſit.

13. Poſt Baſilii mortem, univerſa Imperii poteſtas, ad ſucceſſorem & fratrem ipſius Conſtantinum delata fuit; qui biennium rebus præfuit. Baſilii fratris exemplo, nequaquam Imperium ornavit, homo ſaltatriculis & ludionibus deditus. Præterea ludis equeſtribus, ut mortalium alius nemo, perpetuùm occupatus, omnem de Rep. ſollicitudinem atque curam floccipendebat. Si quos homines alicujus pretii reperiebat, eos ſtatu ſuo dejectos excæcabat: illorumq; loco magiſtratus aliis planè ſtolidis ridiculisque mandabat. Neque pauperum modò fortunas, ſed & locupletum attrivit. Nam triennio, quo tempus Imperii ejus continetur, quinquies à ſubditis exactionem poſtulavit: quarum duas frater ipſius anteà ſubjectis condonaverat. Secundum hæc, morbo ſubito correptus, quem ſucceſſorem Imperii relinqueret, ſecum ipſe deliberare cœpit. Quumque de nonnullis accepiſſet, omninò futurum, ut poſt ipſum Romanus Imperio potiretur, qui eſſet ordinis Senatorii, & Argyropuli cognomentum haberet: neceſſitate quadam urgente, virum arceſſi jubet, optionemque vel invito dat, ut aut legitimâ cum uxore divortio facto, filiam Imperatoris matrimonio

ſibi jungeret, ac Imperator hoc pacto renunciaretur: aut oculos per excæcationem amitteret. Cùm in utramque partem Romanus animi dubius & anxius hæreret, uxor ipſius verita, ne quid crudele viro accideret: ſponte ſua mundanos capillos deponit, eâque ratione marito non oculos ſolùm conſervavit: verùm etiam Imperium eſt largita. Conſtantinus autem Imperator, tres cùm filias haberet, prima quidem tonſo capillo ſe mundo abdicaverat: tertia verò Argyropuli nuptias aſpernabatur. Quapropter alteri jungitur, cui Zoe nomen erat: eóque pacto Imperator deſignatur. Conſimilia ferè habet *Zonaras, Cedrenus, Manaſſes &c.*

14. Hiſce ſub Imperatoribus vixit Nilus, origine Græcâ, Roſſani in Calabriæ civitate natus, doctrinâ atque pietate inſignis, ab infantia DEI cultor eximius, & poſt matrimoniũ vitam monaſticam ſectatus: qui omnes ejus inſtituti profeſſores facilè antecelluit; ubique tam in Oriente quàm in Occidente conſpicuus fulgore virtutum. De quo multa Baronius, Ann. Chriſti 976. & alibi etiam.

Baſilius, & Conſtantinus Porphyrogenniti, exulantem matrem revocant. 1.

Bardæ Scleri, & Bardæ Phocæ rebellio, repreſſa. 1.3.4.5.6.

Princeps adhúc junior, ſibique nondum fidens; ab alio, qui antè in dignitate eſt, ut regatur, haut indignè ferre debet. 2.

Somnii veri, dictiinterpretatio falſa, perdit Sclerum, 2.

Inter plures rebelles, uni impunitas concedenda, & is alteri eſt opponendus 3.

Tyrannus, Domini ſui oppugnator, nec ab hoſte eſt admittendus. 3.

Sunt, qui Principis ſui conatus impediunt; veriti, ne Mini-

Miniſtros,quorum opera hactenùs uſus eſt, parvi æſtimet. 4.

Princeps male tractans, & contemnens, magni nominis miniſtros: infideles eos reddit. 4.

Sclerus, ex Perſica captivitate liberatus, ad Phocam Bardam ſe confert; tyrannidis ſocius futurus: ſed ab eo decipitur. 5.

Qui Principi ſuo eſt infidelis, ei nec alii fidere debēt. 5.

Rebelles, nec ſibi invicem fidere debent. 5.

Rebelles, tandem levi occaſione, & miſere pereunt. 6.

Baſilius ſolus Imperium adminiſtrat, non invito fratre Conſtantino. 7. 8.

Baſilius in Cubicularium, cujus conſilio multa benè geſſerat, eſt ingratus. 8.

Qui nimio Principis favore potitur, rarò ad extremum usque vitæ terminum eo fruitur. 8.

Baſilius Bulgaris captis, oculos eruit, illudque Regnum penitus debellat. 9.

A divitibus exigitur tributum pauperum. 10.

Continuæ victoriæ, Principem ſuperbum reddunt, abſolutæque poteſtatis appetentem. 10.

Principes victoriis elati, neque doctos, neque nobilitatem curant, ſed omnia pro ſuo liberrimo arbitratu gerere ſatagunt. 10.

Baſilii theſauri. 10.

Baſilius iram diſſimulat, ſed per occaſionem vindictam exercet. 10.

Otto Imp. Romanus, à Græcis victus. 11.

Baſilius in Italia potens. 11.

Baſilius moritur, imperatq; Conſtantinus ſolus. 12.

Ejus vitia, & mala Reip. adminiſtratio. 13.

Romanus ad Imperium quomodo pervenerit: & quòd uxore repudiatâ; duxerit Zoen, filiam Conſtantini. 13.

S. Nilus, Monachus Græcus, in Italia tum vivebat. 14.

XVII. *Romanus Argyropulus.*

A.C. 1028.

Anno Chriſti 1028. in locum mortui

Conſtantini, ſurrogatus eſt Romanus Argyropulus, eidem ſanguine junctus. *Curopalates.* At ille ab adulterâ conjuge Zoe Auguſtâ, veneno conſumptus, paulatim, ſed necdum defunctus; operâ ejusdem conjugis, & ejus, qui in locum illius, Michael, natione Paphlago, adulter eſt ſubrogatus, miſerè ſtrangulatus interiit.

2. Hoc de Imperatore ita Glycas: Fuerunt ejus initia clara ac laudabilia. Nam magnæ DEI Eccleſiæ ſancivit in annos ſingulos dari debere de theſauris Imperatoriis auri libras 80. Alleleng yo quoque ſublato, præſidia deminuit, aliaque talia non pauca præſtitit. *Eadem habet Cedrenus, & Curopalates.*

3. Sed Romanus calamitoſam expeditionem contra Agarenos ſuſcepit. Qua de re ita Zonaras: Cùm Nicephorus & Ioannes Imperatores, multas urbes Phœniciæ & Syriæ, Romanorum Imperio ſubjeciſſent: Baſilius, qui ſecutus eſt, Bulgaricis expeditionibus occupatus, eas firmandi otium non habuit: neque tamen, quoad is vixit, illæ auſæ fuerunt jugum ſervitutis apertè excutere. Cæterùm Conſtantino rerum potito, & diſſolutè Imperium adminiſtrante: Agareni tempus id, exequendi ea quæ animis agitârant, commodum eſſe rati: cæſis præſidiis, urbes occupant. Chalepi verò Princeps, continentibus excurſionibus & populationibus, ipſam Antiochiam, aliasque finitimas Syriæ gentes Romanæ ditionis, vexabat: à quo Dux Antiochenus, Conſtantino adhuc ſuperſtite, turpiter victus, ple-

plerisque ſuorum amiſſis, vix effugerat: cui Romanus ſucceſſore dato, ipſe quoque ad bellum ivit. Cùm autem in itinere Chalepitæ legati cum muneribus multis ei occurriſſent, veniam petentes, ac ſervitutis renovationem, & penſionē non ſolutorum tributorum, quæ in poſterum etiam citra tergiverſationem daturus eſſet Princeps, pollicentes: quamvis multis illuſtribus Ducibus ab ulteriori progreſſu tanquam inutili deterrentibus, pacemque ſuadentibus; tamen ceptis non deſtitit, Agarenos facilè ſe victurum opinatus, & re benè geſtâ, magnum & memorabile nomen conſecuturum. Progreſſus igitur in Syriam, vallum communit. Sed Arabes, homines audaces atque expediti, in celebribus equis, & nudi, ab utraq; valli parte collocatis inſidiis: ſi qui pabulatum aut aquatum exibant, eos impetu facto cædebant aut capiebant: quare fiebat, ut & milites & equi, præ ſiti deficerent. Deinde incurſionibus illis magis aſſuefacti, & Romanos ignaviæ damnantes, ſubitò ex montibus decurrere, & clamore Barbarico ſublato, ſpeciem multitudinis ingerentes, quòd non denſatâ acie, ſed laxatâ excurrerent, citraque ordinem vallum invaderent; omnem exercitum territum in fugam verterunt, atque ipſe Imperator captus eſſet, à turbatâ cuſtodiâ, incuſtoditus relictus, niſi quidam eum in equum ſublatum, ad fugam cohortatus eſſet, metu penè exanimatum. Romani igitur nullo ordine temereque fugiebant: Barbari verò, inexſpectatâ fugâ ſtupefacti, fugientes non ſunt perſecuti; ſed vallum ingreſſi, paucis illuſtribus captis, direptoque Imperatorio tabernaculo, variarum opum & regiæ magnificentiæ

plenum, cæterisq; impedimentis in equos ſuos impoſitis, receſſerunt.

4. Imperator verò ſtudio militum ſuorum Antiochiam perductus, atque indè properè Byzantium regreſſus, non eundem animi habitum conſervavit, ſed mutatus in deterius, ut amiſſa penſaret, pro Imperatore factus eſt exactor, & acerbus quæſtor; obſoleta patrum debita à liberis exigens, quos temporis diuturnitas vel extinxerat, vel cineribus obruerat. Indè multi paternis ædibus & fundis pellebantur, & priſtinis opibus ſpoliati, ad inſignem egeſtatem adigebantur. Quæ cùm fierent, nihil in fiſcum inferebat, ſed monaſterio magnifico, & æde in matris DEI honorem exſtructâ, non eam modò pecuniam, verùm & fiſco depromptam conſumebāt, dum, ut ille ait:

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Sumptus monachis ſuppeditavit, non illi vitæ generi, ſed hominibus delicatis & voluptariis aptos, conſecratis è publico provinciis totis & urbibus, iisque pinguiſſimis, & fertiliſſimis.

5. Meminit hujus etiam expeditionis contra Sarracenos, infelicibus auſpiciis ſuſceptæ, Glycas *fol. 440. & ſeqq.* ac inter alia ſcribit: Romanus Imperator adverſus Sarracenos copias educit, cumque jam Philomilium usq; perveniſſent, legati Berrhœâ miſſi acceſſerunt, qui peterent, ut eorum miſereretur, paratorum ad ſubeūdam ſervitutem priſtinam, tributaque pendenda. Verùm Romanus, quòd nobile facinus aliquod in hac contra Syriam expeditione ſuperiorum Imperatorum exemplo cogitaret edere, non admiſſis legatis, adverſus eos rectà perrexit: quū quidem

dem ſecum nequaquam expendiſſet, aquæ illis in locis penuriam, quòdq; Sarraceni propemodum æſtivo tempore minùs inhiberi ſe patiantur, corporibus utentes ad perferendos calores adſuefactis. Itaque manus cum eis conſerit, tantaque ſtrage cæditur Imperator, quanta vix dicendo poſſit exponi. Acceptâ clade Antiocheam revertitur, exercitu graviter ex inteſtinorũ morbo laborante, ac ſiti miſerè vexato. Nec his contenti Sarraceni, Romanos iterum aggrediuntur, tantâque cæde graſſantur in eos, vix ut Imperator ipſe ſalvus evaderet.

6. Eandem hiſtoriam habet etiam Cedrenus, ubi prodigii hancce cladem præcedentis mentionem facit. Hoc tempore in Thracenſi provincia prodigioſum quippiam accidit, apud radices montis Cuzenæ, ubi fons eſt aquæ liquidiſſimæ. Vox enim ibi quædam exaudita eſt miſerabilis, ejulatibus & lamentis permixta: neque hoc ſemel aut iterum, ſed noctes diesque continuò, à Menſe Martio usque ad Iunium. Cumque nonnulli acceſſiſſent ſpeculatũ locum, unde vox edebatur, aliò ejulatus iſti transiverunt. Præmonſtrabat autem, opinor, hoc portentum cladem Romanorum in Cæleſyria acceptam.

7. De morte Imperatoris Romani, ejusque occaſione, ita Zonaras: Imperio recens potitus, longa ſibi & vitæ & regni tempora pollicebatur: quamvis eo jam ſexagenarius potitus, ſeque Imperii ſucceſſorem è lumbis ſuis ortum relicturum ſomniabat; neque reputabat, Imperatricem, quam in matrimonio habebat, quinquagenariam, effœto utero ineptam eſſe ad ſemen prolificum excipiendum. Ac principio, rei Ve-

nereæ magnâ contentione incumbebat, unctionibus quibusdam utendo, & conjugi gemmas appendendo,quę conceptum adjuturæ viderentur;illâ ferente omnia, ac ne à carminibus quidem & incantationibus abhorrente. Sed cùm omnia fruſtrà eſſe,neque ſe voti compotem poſſe fieri cerneret: non perinde erga uxorem affectus,rariùs illam inviſebat, cùm naturâ ſegnior ad coitum & mollior; tum verò ætate ſalacitate hebetatâ. Vt igitur exactis aliquot in Imperio annis,Imperatricem averſabatur: illa & ſui contemptu,& libidine irritata eſt ad viri odiũ. Erat autem Romano privato adhuc,ſpado, cujus fratris Michaelis faciem, natura ad exquiſitam pulchritudinem expolierat.Qui jam Imperatori à fratre commendatus, inter cubiculi miniſtros aſcitus fuerat. Ejus igitur amore capta Imperatrix,ardebat animo, quem ardorem quotidianus conſpectus pulchritudinis illius inflammabat. Cùm autem ſpadonem illum pridem odiſſet;tum hominem accerſebat, & inter familiariùs colloquendum percontationes de Michaele interjiciebat.Id cùm ſæpiùs fieret, homo acutus,amore intellecto,fratrem monuit, ut Imperatricem conveniret: ſique ab illa tentaretur,nihil verecundatus,eam& cōtrectaret,& oſcularetur,& amplecteretur.Quid multa? usque ad coitum proceſſit amor,actandem eò res devenit, ut mulieris erga Michaelem affectus palàm erumperet,neque in Regia tantùm,ſed & in triviis ſuſurraretur; ſoli Imperatori ignotus, cui in eodem cum Imperatrice lecto cubanti, fricare pedes jubebatur Michael. Quis verò eum mulieris quoque pedes non attrectâſſe credat? Ita factus

eſt

eſt Imperator amborum quaſi leno & concubinus. Vt autem eum, & ſoror Pulcheria, & alii eam fabulam edoctum, ut ſibi caveret, monuerunt: nihil aliud egit, niſi ut ſuſpectum rogaret, num ab Imperatrice amaretur? cumque inficiantem ac negantem ſacramento obſtringeret, cùmque ille pejerâſſet, calumniam eſſe putavit verba aliorum. Sunt etiam, qui dicant, amorem illum non latuiſſe Imperatorem, ſed cùm ſciret mulierem laſcivire, ac inſanire libidine, tolerâſſe propenſionem ejus erga Michaelem; ſimulatâ ignorantiâ, ne illa cum pluribus rem haberet.

8. Quæ cùm ita eſſent, Imperator in morbum incidit, inflatâ facie, quæ quidem mortui ſimilis erat, & crebro anhelitu ægrè ſpiritum trahebat; maximâ parte capitis calvus, capillis delapſis. Quod malum ei veneficiis conciliatum putabatur. Sic affectus, in quoddam Regię balneum lavatum abit, à nemine ſuſtentatus, neque ullo putante eum ſtatim moriturum. Vt autem purgato corpore in alveum deſcendit, ibi tota fabula peracta eſſe fertur: nam quoſdam caput ejus diu in aquam depreſſiſſe, & jam ferè exanimem indè extractum, & in lecto reclinatū. Quâ de re rumore orto, etiam Imperatrix ob caſum illum gemens ſcilicet, acceſſit: ac jam certa de illius nece, ſtatim receſſit. Is verò cùm paulisper adhuc ſine voce jacuiſſet, rejectâ per os nigrâ quadam materiâ, ſpiritum emiſit. Regnavit annos quinque cum dimidio, ab ineunte ætate in literis eruditus, & Græcâ doctrinâ inſtitutus, legumque civilium non ignarus. Plura tamen omninò ſe ſcire quàm ſciebat, & putabat & gloriabatur.

9. Si-

9. Similia habet Curopalates, Manaſſes, fol. 487. Cuſpinianus & alii, additq; Glycas: Eâdem nocte Alexius Patriarcha, Romani Imperatoris nomine in regiam arceſſitur; quam ingreſſus, Imperatorem extinctum invenit. Zoe verò Imperatrix, in aureo triclinio ſedens, Michaelum producit, & Patriarcham adigit, ut eum ſibi maritum ſacris precibus conceptis jungeret. Patriarcha rei novitate perculſus, ſacrâſne preces illas eis impertiretur, non abs re dubitabat. Quapropter Iohannes & Zoe 50. libris auri Patriarchæ, totidemque Clero donatis, perſuaſerunt homini, ut matrimonium ipſorum conſecraret. Romanus in dedicata ab ſe Spectatiſſimæ Eccleſia ſepelitur. Ejus loco Michaelus imperare cœpit, cum conjuge Zoe.

Argyropulo, adultera conjunx Zoe, necem procurat. 1. 7.

Initia ejus Imperii præclara. 2.

Sed ab Agarenis, pacis & obedientiæ æquas ſibi oblatas conditiones reſpuens, vincitur. 3. 5.

Aequæ pacis conditiones, nunquam ſunt reſpuendæ: & qui hoc facit, plerunque poſt vincitur. 3.

Optimum eſt ſtratagema, hoſtem excurſionibus levis armaturæ Equitum, fatigare, & pabulationes impedire. 3. 5.

Imperator poſt cladem, in deterius mutatur, fitque rigidus exactor. 3. 4.

Quem clades in deterius mutat, ei finis triſtis adpropinquat. 4.

Exactiones, ſi in Fiſcum non redigantur, ſed in res non neceſſarias conferantur; id ſubditis Principem exoſum reddit. 4.

Cum onere ſubditorum, nec Eccleſiis & piis corporibus aliquid eſt largiendum. 4.

Clades Græcorum, à Saracenis illata, voce prodigioſâ prænuntiatur. 6.

Imperator ſenex, ex vetulâ laſciva liberos ſperans; ludibrio ſe exponit. 7.

Adul-

*Adulteræ artes, quibus maritus non occæcatur ſolùm; ſed &
leno ſuæ conjugis redditur. 7.*
Patriarcha, auro corruptus, adulteram, & Principis ſui parricidam, ſacris intervenientibus precibus coronat. 8.
Sceleribus, ſæpiùs ſacri ritus, colorem obducunt. 8.

XVIII. *Michael Paphlago.*

A. C. 1034.

ROmano Argyropulo, ſucceſſit Michael, patriâ Paphlago, arte argentarius, ſed formâ pulcherrimus; quem ideò Zoe, impudica fœmina, deperibat. Accidit verò illud valdè prodigioſum, ut quem pulcherrimum Zoe ſibi delegârat in maritum, idem deformiſſimus redderetur. Etenim arreptus à Diabolo, Dæmoniacus evaſit, à quo horrendis modis diſtorquebatur. Nec valuit ullo remedio, ſive Eccleſiaſtico, ſive naturali, ſanari; ſed ad obitum usq;, oſtentui factus, omnibus manſit in exemplum Divinæ vindictæ. *Curopalat. & Spondan. Anno Chriſti 1034. n. 6.*

2. Hâc de re Glycas ſequentia habet. Zoe, cùm ſe Michaelo, mancipii loco ſperaret uſurum; inſtituto ac ſpe ſuâ fruſtrata eſt. Ioannes enim Michaeli frater, vir induſtrius, & gerendarum rerũ peritus, qui fratris incolumitati metueret; omnes Zoæ cubicularios, unà cum ancillis, ipſi maximè familiaribus, ab ea removit: ne minimum quidem aliquid, citra voluntatem & arbitrium ſuum, ab ea geri permittens. Idem ſubditorum

torum animos, variis modis blandè tractando, fratri conciliabat; & omnium adminiſtrationẽ in ſe ſuſcipiebat. Non tamen ea, quæ in Romanum commiſſa fuerant, grata DEO fuiſſe; de ipſis initiis Imperii Michaeli, certis argumentis colligi poterat. Nam horâ XL. Sacroſanctæ magnæ Dominicę, grandine tam intolerabili pluit, ut non arbores tantùm frugiferæ ſterilesq; confringerẽtur; ſed domus etiam, cum Templis dejectæ corruerent. Præterea ſideris trajectio, Dominicâ poſt Paſchatis feſtum, horâ tertiâ noctis accidit: quum quidem id ſidus amplitudine fulgoris ſui, cunctorum aliorum ſiderum luminibus officeret, ac Sol ipſe oriri videretur. Itidem Imperator malo correptus eſt genio: quam rem familiares ejus, honeſtiore vocabulo tegentes, inſaniam quandam animi vocabant. Neq; malum hoc ipſum ante finem vitę miſſum fecit. De hoc itidem Imperatore, ita Manaſſes: Extincto Romano, Michaelus imperare occepit, paulò antè obſcurus ob generis humilitatem; mercedem hanc furtivæ conſuetudinis nactus. Erat autem Michaelus non formâ ſolùm præſtante, verùm etiam virtutum donis fulgebat, quæ animi ſunt exornatrices, & menti faces. Nam ubi vir prudens intelligebat, ac ſecum ipſe conſiderabat, ex quàm humili ſorte maximam ad ſublimitatem perveniſſet. Propterea facilis ad eum patebat aditus, hominem faſtus expertem, modeſtum, ad miſericordiam proclivem, miſerantem calamitoſos, egenos ſublevãtem, pauperes beantem, ab inopiæ gelu læſos, viciſſim quaſi calefacientem & foventem, ſitientes aureo potu rigantem. Nemo in conſpectum ejus admiſſus,

lachry-

lachrymans abibat: nemo petens aliquid ægro diſcedebat animo. Sed enim graviſſimo quodã morbo laborabat, ut Saulus olim, à genio malo vexatus: quo fiebat, ut vitam calamitoſam, & periculis obnoxiam ageret, vel corporis ſuccuſſionibus hominem perturbantibus & proſternentibus, vel gravi ſcelerum vindice genio cũ ipſo colluctante. Quippe frequenter amiſsâ voce humi collabebatur, ore ſpumam ſalivamque copioſam rejiciens, & labris nigricantibus, oculis diſtortis, ſonos quosdam horribiles, obſcuros, brutos emittens. Quodſi qui opem laboranti non ferrent, caput ſuum tanquam alienum parietibus allidebat. Quoties malum nonnihil remittebat, longè acriùs & ardentiùs virtuti ſtudebat, internamque valetudinem curabat, ſolitariæ vitæ cupidiſſimus.

3. Habebat autem (ita pergit Manaſſes) fratres, viros improbos, fucos rapaces, intractabiles, belluinos, inſolentes: qui apud porcos ætatẽ exegerant, & bubulci opilionesque fuerant, hircum redolentes, glandium & aliorum ſylveſtriũ fructuum collectores. Et horum princeps ſceleribus erat is, qui etiam ætate reliquos antecedebat, jamdudum caſtratus, vir moribus nequiſſimis, ferox, ſordidus, præfectus iis ædibus, in quibus ſenio confecti curabantur: qui ſanè Imperii negotia ſurſum deorſum volutabat; & Imperatorem ita tractabat, ut belluas ſuas leonum curatores ſolent. Hic etiam auctor fuit, ut Michaelus quidam, Imperatoris ex ſorore nepos, ab Imperatrice Zoa adoptaretur. Igitur Imperator hunc quidem adoptandum dat conjugi, & hominem planè brutum ac porco ſimilem, Cæſaris coro-

coronâ cingit: ipſe verò morbo conſueto preſſus, indumentum purpurâ melius, veſtitum ſcilicet nigrum ac ſpiritualem, pro turbulentâ vita tranquillitatem amplexus, ſumit.

4. De his ita Zonaras: At Imperatoris frater, ſpado Ioannes, Pontificatus cupiditate flagrans, quosdam ex primariis ſacerdotibus ſibi conciliavit, qui ei pollicebantur, ſe loco moturos Alexium Patriarcham; ut qui non communibus ſuffragiis, ſed Imperatoris authoritate, creatus eſſet. Ille verò, ſi, inquit, contra canones me Patriarcham eſſe factum aſſeritis, ii etiam, qui à me electi ſunt, loco moveantur. Id reſponſum effecit, ut cæteri ſacerdotes à Patriarchæ accuſatoribus diſſiderent, & Orphanotrophus impos voti redderetur: qui ad quæſtus excogitandos callidiſſimus, cùm multis inſolitis exactionibus ſubditos vexaret, accidit, ut ſoror ejus Maria, Michaelis Calaphatæ, qui pòſt imperavit, mater, votis exolutis, Epheſo reverſo narraret, quàm miſerè ſubditi novis illis exactionibus tractarẽtur, ac peteret, ut onus illud laxaretur. Cui cum cachinno reſpondit Orphanotrophus, eam ſentire ut mulierem, quæ ignoraret, quantam pecuniam poſtulet Imperium. Cùm autem Reſp. ſic ab eo adminiſtraretur; fratres ejus non minùs omnes exagitabant, homines injuſtiſſimi & avariſſimi: quos cùm Imperator etiam eâ de causâ odiſſet, tamen major frater, ſpado Ioannes, eos coherceri non patiebatur, aliàs excuſando, aliàs tegendo facinora eorum, ne ad cognitionem Imperatoris pervenirent.

5. Cæterùm morbo invaleſcente, & mentis alienatione ſæpiùs invadente: neque frequenter in pu-

in publicum prodiit Imperator, neque pompâ regiâ uſus eſt, neq; ſecurus in ſolio regio ſedens, reſponſa dedit; ſed vela circum ſuſpenſa, ii qui ſigna mali adventantis obſervabant (quæ quidem complura erant) animadverſâ mentis alienatione, ſtatim obducebant, & aſtantes ſecedere jubebant. Is verò morbus, ut ſubitò accedebat, ita etiam ſubitò recedebat. Sic affectus Michael, paulatim à conſpectu & acceſſu Imperatricis abſtinebat, ſeu verecundiâ, quòd pro tantis meritis, talem ei gratiam reponeret, ſeu pudore, ne in morbo, quo ſæpiſſimè & ſubitò corripiebatur, ab ea videretur, ſeu ob corruptum corporis habitum, & ad conjugalem conſuetudinem jam ineptum. Quidam verò ajunt, eum viris ſpiritualibus, & adulterium & cædem Imperatoris confeſſum, cùm alia ab eis præcepta accepiſſe, tum ut re Venereâ abſtineret. Eademque de cauſâ multum pecuniæ erogabat, & ſacras ædes extruebat, & ad inclytum martyrem Demetrium Theſſalonicam peregrinabatur, illius mali depulſionem orans. Verùm ad illud etiam hydrops acceſſit. Quæ cùm frater ejus Iohannes videret, veritus, ne eo ſubitò extincto, Imperiũ ad Zoen jure hæreditario rediret, ipſeque cum omni familia extirparetur: probabilibus verbis Imperatori perſuadet, ut nepotem ex ſorore Michaelem, in Imperii ſucceſſionem Cæſarem appellet; cujus quia Zoe heres erat, ut dictum eſt, illam quoque arte tractat. Ita matronam nobilem, matrem ignobilis pueri fingunt. Ambo enim fratres eâ de re cum illâ collocuti, Michaelem filiũ ejus adoptivum nominant. Ea verò, quæ nec voluntatibus eorum refragari auderet, & alioqui facilis

facilis & tractabilis eſſet,annuit. Senatu igitur, & iis qui ordinem Imperatoriũ explent, in Blacherniam ædem convocatis; Imperatrix producta in medium, & intra ſacrarii cancellos progreſſa,inde Michaelem adoptatum, pro filio ulnis excipit;eundemque Imperator ſtatim Cæſarem appellat, & populi frequentia conſalutat.

6. Anno Chriſti 1041 Michael Imperator mortuus eſt, confeſſus pœnitere ſe facinoris commiſſi, in Romanum Imperatorem: ac fuſis lachrymis,veri pœnitentis ſpecimen edens.

7. Quâ de re ita Cedrenus & Glycas: Cæterum Michaelus Imp. delictum in Romanum, per omnem vitam deplorare non deſinebat; ac DEVM bonis operibus, monaſteriis condendis, benignitate in egentes placabat. Ea verò profuiſſent illi, ſi quidem abjeciſſet Imperium, cujus gratiâ molitus ea facere fuerat: & adulterà repudiatâ,privatus peccatum ſuum deploráſſet. Nunc ille nihil horum agens,ſed Zoe conſuetudine utens,Imperium mordicus retinens, de publicis bonis in ſpeciem beneficia quædam præſtans, eoque pacto veniam ſe conſequuturum ſperans;numen divinum & mentis expers, & injuſtum eſſe putabat, quòd alienis opibus redimi pœnitentiam pateretur.

7. Accidit tandem Michaele imperante, Cedreno & Glyca teſte;Thracenſium in finibus hujuſmodi quiddam. Diſperſis per illam regionem in hyberna Barangis, fortè quidam mulierem indigenam in ſolitudine nactus, ei ſtuprum inferre conatus eſt. Ea verò ipſiusmet acinace corre-

correpto, in cor Barangum ferit, & ſtatim interficit. Quod factum ubi per viciniam innotuiſſet, coivére Barangi cæteri, mulierique coronatæ, facultates ejus omnes, qui pudicitiæ ipſius adferre vim volebat, donârunt: cadavere militis citra ſepulturæ honorem abjecto.

Michael, ob pulchritudinem Imp:rator, a'ultera Imperatricis beneficio, ſal.'us, Dæmoniacus, & admodum deformis redditur. 1. 2. 5.

Quomodo Imperium uxorium, ab Imperatore removerit, ipſius frater? 2.

Michael ex humili ſorte, ad Imperium delatus, (raro exemplo) non fit ſuperbus. 2.

Principem bonum, perdunt cognati & miniſtri mali. 3 4.

Imperatoris frater Iohannes, ſpado, affectat Eccleſiaſticam dignitatem: & interim exactionibus ſubditos gravat. 4.

Zoe adoptat Michaelem Calephatem. 5.

Imperatoris Michaelis Paphlagonis pœnitentia, ob adulterium & parricidium. 5. 6.

Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ablatum. 6.

Stuprator violentus, ex merito punitur. 7.

XIX. *Michael, cognomento Calephates.*

A. C. 1041.

âdem horâ, quâ Michael mortuus eſt, *Zoe* Auguſta coronari juſſit Michaem, ejus nominis quintum, cognomento *alephatem*; filium Stephani, patruelis nperatoris præcedentis, quem & in fim *adoptavit*: ſed cùm is paulò pòſt eam gratus è Throno depoſitam, atque in Mona-

Monacham attonſam, in exilium miſiſſet; idem totius populi voce repudiatus, lapidibusque appetitus, in ſacrum Templum confugere, ac Zoen revocare coactus eſt: Deinde inſtans adhuc populus in Michaelem Calephatem, ejusq; fratrem, ambos è Templo detractos, perque vias raptatos, privavit oculis: quod factum eſt, poſtquam imperâſſet quatuor menſes. *Curopalates, & ex eo Cedrenus, Zonaras, & alii.*

2. Pœnituit Michaelem Imperatorem, ſe creâſſe Calaphaten Cæſarem: ob id non ſatis benigno erga eum erat animo; datâ illi habitatione extra urbem, ut non niſi juſſus ad ſe veniret. Sed poſtquam Imperator palatio exceſſit; fratres ejus regias confinxerunt literas, quibus illum, ut ea, quæ ad Imperium pertinebant, adminiſtraret, advocabant: & ita quidem ingreſſus eſt. Primus autem fratrum Orphanotrophus conſuluit, ne citra reginæ ſententiam, ullum negotium tractaret quidem; ſed potiùs pedibus illius advolutus, ſanctè juraret, titulotenus ſe tantùm imperaturum, poteſtatem totam penes eã menſuram, veluti adoptivum filium deceret, quo uti veluti mancipio poſſet. His blandimentis fœminam ſuapte natura mobilem demulſerunt, facientes ſuæ voluntati ſingula obnoxia. Aſſeruit igitur adoptionem fœmina ſtulta, & ignara futurorum, tradens illi ſceptrum, dehinc diadema regium: quo coronabatur indigniſſimus ſimul, & ingratiſſimus, ac ignobiliſſimus verna. Erat enim obſcuriſſimi generis, ſordes referens

paren-

parentum, qui apud Paphlagonas, pice naves
oblinerent. Vnde & Calaphates eſt dictus. Ideò
& avarè & crudeliter rem ſuſceptam adminiſtra-
vit, ſalituam, quam corde geſſit, explicans: frau-
dem diu non potens tegere, conſiliis doloſus,
[illegible]à inconſtans, quâ aliud verbis, aliud ani-
mo [illegible] invidus, iracundus, & ad quamvis an-
[illegible]m mobilis; circa oportunitatem, difficultates,
ſervilis & ignobilis, faciliùs ex meliori affectu
[illegible] odium, quam ex favore in clementiam duce-
batur. Nec cognationum, nec amicitiæ leges ob-
ſervans, prorſus inamabilis. Et nihilominus tot
[illegible]is ſeptus, ſuper ſummam Imperii, atque adeò
axem inducitur. Sed ſic DEO Optimo Maximo
[illegible]o judice, Orphanotropho & avũculo, omni-
que cognationi, principium inde exoritur cala-
[illegible]atum; atq; colophon imponitur, ut prover-
[illegible] Græco dicitur. *Ci Spinsanus.*

De Calephate autem ita Glycas: priusquã
[illegible]e[illegible]o potiretur, Zoe ſacramentis eũ obſtrin-
[illegible] polliceretur, ſe loco Dominæ ac matris
[illegible]habiturum: nec ullâ re futurum impedimẽ-
[illegible]quo minùs illa quæ vellet, quoque pacto col-
[illegible]um eſſet, omnia gereret. Præterea Ioannem,
[illegible]llorum alumnum, ab adminiſtratione mox
[illegible]o emovit, Conſtantino quoque Dome-
[illegible]o Scholarum magiſtratu abrogato. Michae-
[illegible], ea ipsâ, quâ diademate cingebatur, horâ, o-
[illegible]orum caligatione ac vertigine correptus,
[illegible]m abſuit, quin collabaretur, vixque tandem
[illegible]uentis & aromatibus refectus eſt. Coronâ
[illegible]is, mox largitionibus ſibi Senatum conci-
Cumque Conſtantinum Domeſticum ab
[illegible]o revocâſſet, ſeque jam in tuto conſiſtere

putaret, ſubitò corruit. Perſuaſus enim Ioannis pupillorum alumni, literis, & Domeſtici conſiliis, qui dicerent, fidem Imperatrici non habendam, ne uſuvenirent eadem ipſi, quæ Michael & Romanus perpeſſi fuiſſent, quos illa veneficiis ſuſtuliſſet: excitari ſe contra illam paſſus eſt, ut ejus vitæ inſidiaretur. Cùmq; populi quoque tentare vellet animos, ut cognoſceret, an illius aliqua foret in ſe benevolentia, quâ perſpectâ ſtruere pergeret inſidias; proceſſum publicè inſtitui jubet, in quo cùm eam in omnibus alacritatem cerneret, ut ſi fieri poſſet, etiam animas ac vitam, pro ipſius honore dignitateque profunderent, ad moliendas inſidias ſeſe comparat. Itaque noctu ſolio dejectam, in Inſulam principum ablegat, ubi exularet: imperato deportantibus, ut capillos ei raderent, & eosdem ad ſe deferrent. His ita geſtis, præfectus urbis, actorum relationem ad populum de ſcripto nomine Imperatoris in Conſtantini foro, verbis hujusmodi recitat: Zoen, quòd eam Imperio meo maliciosè inſidiatam eſſe deprehenderem, ſolum vertere juſſi. Vos, ſiquidem in benevolentia erga me perſtiteritis, honores conſequemini. Tum verò vox quædam hujusmodi ſubitò exaudita eſt. Nos proculcatorem crucis, Calaphatam Imperatorem habere nolumus; ſed Zoen matrem noſtram, & Imperii hæredem. Clamatum etiam inter alia: Evertantur oſſa Calaphatæ. Mox correptis ſaxis & quibusvis lignis, Præfectum urbis petunt: qui arreptâ fuga, vix ſaluti ſuæ conſulere potuit. Inde occupato Templo, conviciis populus Imperatorem graviſſimis proſcindebat, totoque animi ſtudio, Zoæ nomen inclamabat. Viqu

que deturbarent Imperatorem, ad palatium
atendebant. Is verò metu perculſus; Zoen in
puli conſpectum adductam, & monaſtico ha-
tu exutam, Imperatorio rurſus amictu exor-
vit. Deinde ad populum concione habitâ,
m nihil obtinuiſſet (magis enim, quàm an-
i, contumelioſis eum dictis aſpergebant, &
is ſagittisque petebant) in Studii manſionem
ndum ſtatuit. At verò Conſtantinus, ſcho-
um Domeſticus, id eum facere non ſinebat,
hortabatur, ut animo forti & generoſo ſe-
t opponeret, ac vel obtinendam eſſe victoriã
ueret, vel Imperatoriè occumbendum. Hoc
lo pro viribus utrinque inſtructi, tripartitis
ribus tam populares, quàm Michaeli de-
iore, contra ſe invicem tendebant. Itaque de
pulo numerus haud exiguus cæſus eſt, nimi-
m ad CIↃ CIↃ CIↃ: quòd inermes ipſi ra-
iis opponerentur. Ad extremum tamen cives
multitudinem ſuperiores facti, palatiumque
fractis foribus ingreſſi ſunt. Cùmque mox
um in ſecretis repoſitum diripuiſſent, adver-
Imperatorem perrexerunt: qui rebus omni-
deſperatis, ad ſtudii manſionem, fugâ ſe con-
it, & cum avunculo ſuo raſus eſt.

Ita rurſus Imperatrix Zoe cum ſorore Theo-
ra præficitur, quæ ubi populo gratias initio
ſſet, ejus benevolentiæ nomine, quam erga
declaraſſent: continuò Michaelem inquiri de-
e viſum fuit. Populo autem voces hujuſmo-
magnis clamoribus ingeminante: In crucem
tur, oculis ſpolietur; Zoe quidem miſeratio-
commoveri erga ipſum videbatur, Theodora
præfectum urbis ac vulgus hominum con-

H 2 cita-

citabat, ut ad quærendum utrumque (tam Calephatem ſc. quàm Conſtantinum domeſticum) curſim pergerent. Eos illi quidem cùm adeſſe perſentiſcerent, in adyta Templi confugére, ſed irrito conatu. Nam indè abrepti pedibusque per forum tracti, juſſu Theodoræ, in loco, qui Sigma dicitur, excæcati ſunt.

5. Parilia ferè habet Zonaras, qui ita ſcribit. Michael ſceptrum accipit, & regiâ coronâ redimitur, quia indignus erat, non tam ob genus viliſſimum & obſcurum (pater enim ejus naves picare ſolebat) quàm ob morum improbitatem. Fuit enim ingenio ſubdolo, animo iniquo & ingrato, neque cognationis nec amicitiæ jura reverens, lingua porrò ab animi ſententiâ diſſentiente ac diſcrepante, alia tegere, alia dicere ſolitus. Ad ea accedebat ſingularis invidentia. Temporibus difficilibus ſervilis erat & illiberalis, iracundus & mutabilis: Sic tamen, ut à benevolentiâ faciliùs quavis de causâ ad malevolentiam declinaret, quàm ab iracundiâ ad clementiam. Quamvis autem talis eſſet, ad gubernacula Imperii aſcendit, in ruinam & exitium Orphanotrophi avunculi, & totius familiæ ſuæ. Neque enim fictos & ſimulatos mores diu tenuit, ſed perpaucis diebus avunculum Dominum appellavit; conſeſſu ſuo dignatus, & omnia ad illum retulit. Deindè paulatim aliquid de honore ſubtraxit. Pòſt plerisque in rebus ejus authoritatem nihili fecit, & aliàs aliud egit, quo ille morderetur. Quem cùm amoviſſet, cognatos invadit, & viros non ſexu duntaxat, ſed ætate etiam, barbatos jam, maritos & patres, virilibus exectis, eunuchos facit. Cùm de cognato ſanguine ita triumphâſſet,

áſſet, unum ſibi Herculanum certamen ſuper-
eſſatus, Imperatricis etiam exigendæ; ad id
oque ſe parat, ſuaſu & impulſu Conſtantini
unculi. Filius igitur ignobiliſſimus, contra
atrem nobiliſſimam rumores ſpargit, & cri-
ina comminiſcitur; eamque inſontem venefi-
m vocat, vitæq; ſue inſidiari queritur. Et quid
ibages agam? Ejicit eam Regiâ, & in princi-
s Inſulam relegat; denique benè de ſe meritam
ndet, aliumque habitum ſumere cogit, & pro
rpura, quæ ab atavis indè illi conveniebat, la-
rnam induere. Quo ille facto, quaſi rebus o-
nibus confectis, lætus atque inſolens, luſibus
deliciis ſe dedebat. Cæterùm vindicta non
rmitans, celeriter ingratum & iniquum ho-
inem eſt aſſecuta. Nam facinore illo in urbe
igato, omnes mœſtos & triſtes erat cernere,
c ſecus atque in propriâ calamitate affectos.
6. De iisdem ita Manaſſes: Poſt Michaelem
phlagonem, gubernationis curam in ſe trans-
t Imperatrix, & mariti ſui nepotem ex ſorore,
ichaelum, non rectè ſignis Imperatoriis exor-
t; hominem Diabolicum, belluinum, à natu-
proclivem ad quævis facinora; & ob juventu-
s inſolentiam pullo conſimilem, frenum re-
uenti, & inſultus ac recalcitrationes petulan-
s ei pro nutricationis præmio reddenti, quæ
ſum velut uberibus ſuis aluerat, poſteaquam
ilicet mammam ejus ſuxiſſet, & ad ſatietatem
o ea paſtus fuiſſet. Atque hac quidem in parte
ata in purpurâ Zoe commiſit ex ignoratione
uiddam, quod ærumnarum ei variarum origo
it: quæ nimirum ſerpentem in ſinu ſuo fove-
t, & Imperii mammam draconi præbuerit.

Etenim poſtquam tantarum rerum adminiſtrationem aggreſſus eſt homo juvenis, expers conſilii, ferox, contumax, muſti recentis in morem fervens, & ebulliens fortunæ propitiæ benignitatem ferre non potuit: ideoque confuſum ac profundum in præcipitium prolapſus eſt. Nam proſperitas eſt (ut ajunt) conſimile quiddam gravi plombo, & ſi hominem robuſtum nõ nanciſcatur, qui oneri ferendo par ſit, pronum in terram præcipitat, & proterit. Primùm igitur Michaelus Imperii proceres, & conſiliarios principes,. barbaricum in morem genitalibus exectis multavit: quo facto à prima quaſi linea ſe improbum declaravit. Quippe ſceleratos homines, & ad malitiam ſollertes, vel uno quis die (ceu dici conſuevit) agnoverit. Deinde juvenibus, puerilia conſilia ſuggerentibus, adjunctis ſibi, ac primorum in Conſiliariorum numerum relatis, perinde ac Roboamus olim, Solomonis F. ſeſe gerebat: Zoen & Theodoram reginas ejecit, & raſas quandam in Inſulam relegavit. Ea res graviſſimas miſero turbas dedit; non aliter atque ſi ventus in mare incumbens, totum ab imo commoveat. Animadvertere tum erat ex certis rerum argumentis, quanta res ſit benevolentia plebis erga Principem, & quantæ ſint ejus vel regis, vel magiſtratus, vel bellici Ducis, vires, qui animo erga ſubditos paterno adfectus eſt, & viciſſim ab eis tanquam liberis ſuis diligitur. Poſteaquam enim auditione populus ea, quæ geſta fuiſſent, accepiſſet, nimirum reginas ab Imperatore ſolum vertere juſſas, invite raſas, nigris veſtibus indutas: ingenti furore percitus, mox lapides, ligna, quasvis res ſemet offerentes, glebas,

as, clavas, gladios corripit; ipſis etiam mu-
uliæ radios haſtarū armorumq; loco uſur-
lbus. Deinde magno cum clamore, ad Im-
urem currunt, manibus & animis reginas
o repetentes, & ipſum Michaelem vocibus
aniſſimis conviciando proſcindentes. Ille
priùs draconi terribili & leoni ſimilis; nūc
ar leporis, fœminæ vel chamæleontis formi-
oſus conſpici, de ferocia remittere, celeribus
igiis reginas adducere, gubernationē & Im-
um eis avitum, patritumque reſtituere. Ni-
minus de integro fax ſeditionis accēſa fuit,
erſus hominem abominandum. Quapropter
vitabili vi perſpectâ, quum inſtar urſi à cani-
cincti, ſe undique circumdatum cerneret:
am fugâ conſervare nititur, & (quod vulgò
conſuevit) lepus ad rupem ſeſe proripit, ad
oſam myſticam perfugii loco tendens. Ve-
populus ſæpenumerò ad furorem usq; ac-
ſus, ignem ipſum vincere ſolet. Nam quum
ra ipſamet adyta ſacra curſu perrupiſſent, in-
miſerum avellunt, & clamanti, gementi, la-
manti oculos novaculis eruunt, eâdem pœnâ
am patruo ipſius irrogatâ, qui vir erat mori-
s improbis, nequam, ſceleratus, omnium ap-
ens. Imperii guſtum non ultra quatuor mē-
s percepit. Secundum hæc rurſus Imperatrices
miniſtrationem rerum in ſe recipiunt, & tra-
um à majoribus Imperium uſurpant.

7. Remoto Calephate, degeneravit in gynæ-
a Imperium Romanum; quod flagitia Princi-
um fecére: ideò circa fœminas in Imperio m-
nsum eſt, ſed duabus ſororibus Imperii fa-
& majeſtas aſſerta. Præſidebant itaq; ambæ,

omniſque ab eis perferebatur Imperii moles. Sed Senatus atque exercitus autoritas erat ampliſſima. Satellitii equidem eadem, quæ ſub legibus, forma manſit. Verùm Zoe ſolicita, ne Imperium ſoror ſola occuparet; quandoquidem illi ſoli deberi pleriq; cavillabantur, quòd cauſa depoſitæ tyrannidis fuiſſet: ſive viri deſiderium, & venereorum cupiditas, ac ardens libido, Zoen induxit, ut ſibi convicturum Regem in palatium ducendum quæreret. *Cedren. Zonaras & Cuſpinianus.*

Michal Calephates, ingratus eſt erga Zoen Imperatricem, quæ eum, ex humili fortuna, ad ſolium Imperiale elevavit. 1. 2. 3.

Indigni, & viles ſi promoventur, nunquam ferè erga illos, qui eos extollunt, grati exiſtunt. 2. 6.

Calephates, conjugem pellere connitens; ipſe pellitur, & oculis privatur. 3. 4.

Cœna ſiniſtra, in auſpicio Imperii, à Calephate aſſumpta. 3.

Ex familia Imperatoriâ prognati, fere ſunt populo magis grati, quàm extranei invaſores Imperii. 4. 6.

Zoe, ejusq; ſoror, recuperant Imperium. 4. 5. 7.

Calephatis mores mali; & ingratitudo erga avunculum Iohannem. 5.

Ingrati erga ſuos benefactores, Divinitùs puniuntur. 5.

Iuvenes, Iuvenum conſilia ſequentes, ſe vel Imperium perdunt. 6.

X X. *Conſtantinus Monomachus, ſeu duellator.*

A. C. 1042.

SUccedit ergò in Imperio, aſſumptus in matrimonium Zoes, Conſtantinus Monomachus.

2. Cogitabat autem illa Conſtantino nubere, qui

te, qui Artoclines vocabatur. Erat enim is formæ venuſtate præſtans, & cum Zoe clanculum conſueſcere perhibebatur. Sed Conſtantinum uxor legitima veneno propinato de medio ſuſtulit, non quòd maritum odiſſet: ſed quòd ejus conſuetudine ſe deinceps carituram videret. Hoc ubi accidiſſet, Monachorum Imperatrix ab exilio revocat, quem Johannes Orphanotrophus exilio multaverat, & Mitylenæ ſe continere juſſerat. Nam vulgò rumor diditus fuerat, futurũ, ut aliquando ille imperaret. Ab aliis hoc quoq; perſcriptum eſt, ſummotis à gubernatione, qui rerum anteà potiebantur, Imperatricem è Lesbo Monomachum arceſſiviſſe, relegatum eò juſſu Michaeli, quòd cum Imperatrice rem habere diceretur. Et quamvis priùs à periculo amittendi oculos parùm abfuerat, tamen nunc revocatus, matrimonio Zoe legitimo copulatur, ſacras preces ac vota concipente novæ Romæ presbyterorum Principe. *Hæc Glycas.*

Scribit etiam Manaſſes, quòd Monomachus relegatus in Lesbum fuerat à Michaelo, qui non ita pridem regnaverat, propter Imperii cupiditatem, quod ad ſe rapere conatus fuerat ut nonnulli tradunt (diverſi enim hac de re rumores emanârunt) adfirmantibus aliis, quorum aliena à mendaciis lingua, propter ocultam cũ Imperatrice Zoe conſuetudinem, exulatum abiiſſe juſſum in eam, quam diximus, inſulam: quũ parùm abfuiſſet, quin oculos etiam amitteret. Nunc autem contrariam in partem lapsâ fortunæ teſſerâ, & aliter converſis quaſi teſtis illius, Imperator & rerum dominus renunciatus eſt qui anteà conditione ſervus erat, & exilio mul-

tatus, & in cuſtodiam datus. Neque multò poſt Zoen Imperatricem matrimonio ſibi junxit. Ita nimirum verſatur in incerto vita mortalium: ita rerum humanarum rota ſurſum deorſumque currens, omnia volutat, & confusè invertit.

4. De initiis ejus Imperii ita Zonaras: Is nullâ ratione, prudentíve conſilio, vel dignitates vel pecuniam eſt largitus. Sed & dignitates permiſcuè in indignos contulit, & ſi fiſcum eodem exhauriri die contigiſſet, nihil referre putavit. Iis tamen, à quibus privatus offenſus fuerat, injurias bonâ fide condonavit, ſeque voluptatibus & delitiis dedidit, partim ut moleſtiam ex tempeſtate calamitatum conceptam, ex animo expueret, recens in tranquillum Imperatoriæ potentiæ veluti portum profectus, partim ut Imperatricibus gratificaretur, jucundumque ſe præberet, quæ levibus erant ingeniis. Eruditionem potiùs viris ex eruditione claris operam dedit, cùm ipſe doctrinam vix primis labris, ut dicitur, deguſtâſſet.

5. Et Cedrenus: Monomachus, inquit, occepto Imperio, & Senatorios viros, prout cujusque dignitas ferebat, ad ſublimiores evexit honores, & pecuniæ diſtributione ſuam in populum liberalitatem declaravit. Emiſit etiam Decreta per omnes provincias, quæ & ipſum Imperatorem eſſe factum indicarent: & promitterent fore, ut ſub eo omnia honeſta vigerent, omniaque flagitia exſcinderētur. Et Manaſſes: Accepimus, ait, famâ, Duellatorem hunc, rerum quidem militarium fuiſſe prorſus imperitum; ceteroquin verò magnificum, liberalem, urbanum, magnanimum, moderationis & æquitaris ſtudioſum, ac præ-

præſertim ita munificum, ut eſſe liberalitatis ... quaſi mare videretur, cujus fructu ... ſemper continuit, emittentis quaſdam qu... & ſcaturigines in molem auriferi Pactoli ... argentiſſui. Quippe munificas ipſ... expertæ ſunt nationes integræ, templa ... Erat enim fluvius ubique ſemet effundens, & munera copioſiſſimè diſtribuebat in ærarios, tanquam in tubulos & canales haud ... ſſos.

6. De moribus etiam Monomachi ita Cedrenus: Cæterum Monomachus monaſterium cõ... in Manganis, quæ vocantur, denominandũ ... martyre Georgio, prodactis modò ædifican... modò diruendo iis, quæ erant in ærario o... ibus, ad magnam pecuniæ indigentiam de... it. Ideoque varia admodum cauponandi ge... ra reperit, & abſurdas commentitiasque exa... ones. Nam publicos inſtituit procuratores ... farios homines, quorum operâ injuſtis ratio... ibus pecuniam conficeret: & Ibericum exerci... m, qui erat ad ꟾↃↃↃ. per Leonem Serblium ... miſit, ac pro militibus, reditus multos iis ex ... onibus recepit; multasque alias injuſtas, & ... moratu indignas exactiones excogitavit. Id ... idem tacere non poſſum, hujus Imperatoris ... uria, ac libidine factum eſſe, ut res Romana ... reſceret, atque inde paulatim contabeſcens... eo rerum deducta ſit imbecillitatem. Nam ... ineptè ſtudet eſſe liberalis, ad extremum ... dignalitatis eſt prolapſus.

... Et Zonaras: Hic Imperator, inquit, cùm ... ... nium & liberalem perhiberi vellet, in eo ... nequ e artem neque modum adhiberet: à

virtute magnificentiæ, in vitium profuſionis eſt deſolutus. Publicam enim pecuniam ita dilargiebatur, ut neque quibus, neque quantum, neque quando eſſet tribuendum, obſervaret. Nam cùm Manganorum monaſteriũ ædificaret: quod ob adamatam Sclerænam inchoâſſe fertur, ut eam tum in venatione habitantem, per ſpeciem ſtructuræ inſpiciendæ crebriùs viſeret: fiſco & publicis theſauris exhauſtis, ad pecuniæ inopiã redactus, nec illicitis quæſtibus abſtinuit. Sed cùm provinciæ quædam eſſent immunes, quæ pro omnibus vectigalibus locorum anguſtias tuerentur, & Barbaros aditu Romanarum ditionum prohiberent: cuſtodiis abolitis, tributa iis provinciis imperavit. Vndè Barbaris ſine ullo negotio patuerunt. Illud certè quidem ſi quis verè conſideret, ei acceptum ferri poteſt, quòd Oriens Marte Barbarico eſt ſubactus. Addit & Glycas: Copiis Ibericis, quæ 1000. hominum conſtabant, exauctoratis: militum loco, de regionibus illis magna vectigalia collegit. Milites ubi dimiſſi fuiſſent, improbè nequiterque ſeſe gerentes, rem Romanam tanto detrimento adfecerunt, ut eæ peſſum irent.

8. Sic quoque Cedrenus ſcribit. Neque tamen prorſus nihil boni fecit: ſed ferunt quædã ipſius opera, digna quæ in hiſtoriam referantur. Nam id, quod dixi, monaſterium, & quæ in eo ſunt, ad ſenes, peregrinos, mendicoſque alendos ædificia, nonnullam merentur laudem. Ad id tempus tantùm inſignioribus ſolennitatibus in magno DEI Templo, & in Sabbatis ac Dominicis diebus, incruentum ſacrificium peragebatur; reliquis diebus nequaquam. Omittebatur enim ob- redi-

uum, deſe[illegible]. Hanc Monomachus libe-
er ſupplevit, ut quotidie Miſſa celebraretur
Templo: laudabili ſanè inſtituto, quod
èque (tempore ſc. quo Cedrenus vivebat)
iet. Quin & vaſa ad hoc pertinentia Sacra-
uim, ei Templo dedicavit, aurea, precioſis-
rnata unionibus, & gemmis, quæ magni-
e, pretio, ac pulchritudine aliis antecelle-
multiſque aliis donariis iſtud Templum
avit.

Quomodo autem Monomachus unà cum
clerænam uxoris loco habuerit, tradit Zo-
, dum ita ſcribit: Alterâ uxore mortuâ, ter-
bi nuptias celebrandas non putabat, ſed
brinâ uxoris ſuæ, viduæ, cōſuetudine prin-
clam, pòſt etiam haud diſſimulanter ute-
Ea verò & adoleſcentula erat, & formiſſi-
nobili Scælerorum ſtemmate orta. Eoque
amoris nexu devincti, eo ardore inflam-
erant; ut niſi unà eſſent, vitam ſibi morte
iorem putarent. Itaque illum mulier ultrò
lium, relictis omnibus, eſt conſecuta; ut
s redamantem videret, neque ab illo exu-
Comitata igitur virū omnibus obſequiis
ivit, calamitatem pro virili levavit, de ſuo
ditatis ſumptibus, ne præter alias mole-
etiam inopiâ conflictaretur. Nam & ipſa
incipatus, inani quidem illâ tum niteba-
Vt verò ille in ſpeculam Imperii ſublatus
nec in rebus ſecundis mulieris eſt oblitus;
im Imperatrice egit, ut revocaretur, & cō-
s ejus conſuleretur. Ea verò tum zeloty-
b provectiorem ætatem abolitâ, tum expe-
iá malorum facta moderatior, non abnuit.

Sic Scleræna Mitylenâ reducitur, cui non [illegible] splendidum domicilium, aut delicatum [illegible] ſterium eſt paratum, ſed progreſſu tem[illegible] regia cuſtodia eſt adhibita, & domus e[illegible] latium transformata. Nam ſe ſibi ædes e[illegible] ſimulabat Monomachus, quo in loco illa [illegible] tabat, ut per ſpeciem inſpiciendæ ſtructu[illegible] piùs eam viſeret. Ac ad tempus quaſi [illegible] dans, amorem velo quodam obducebat [illegible] verò & pudore & diſſimulatione abjectâ, [illegible] rem, non ut concubinam, & ex ſemiſſe co[illegible] ſed planè pro uxore tractabat. Itaque illi e[illegible] peratoriis theſauris, fluminis inſtar, divitiæ [illegible] fluebant, & aureæ venæ aperiebantur: In per[illegible] re apertè illam conveniente: qui intolerabile ſi bi fore exiſtimans, niſi perpetuâ ejus con[illegible] dine frueretur; re priùs cum Imperatrice com municatâ, & ejus conſenſu impetrato, Scle[illegible] in Regiam traducit. Quinimò fœdus ami[illegible] inter mulieres ictum eſſe, de Imperatoris ſen[illegible] tiâ perhibetur. Ac mulier Auguſtæ honorem [illegible] cpta eſt, & dignitate & appellatione pridem Im peratoriâ, in eam collatâ, cùm Domina vo[illegible] tur. Quæ omnia Imperatrix nec iracundè nec moleſtè tulit. Sed cùm maritus medius, & inter ipſam & Auguſtam habitaret: priùs ipſum con venire non ſolebat, quàm accuratè perquiſiſſet, adamatam apud eum non eſſe: Quæ cùm eo lo co, tantumque felicitatis adepta eſſet, ac ma[illegible] etiam ſperaret; magno cum luctu Imperato[illegible] ſubitò ex morbo decedit.

10. Erat autem Monomachus corpore admo dùm languido & adfecto: podagrâ enim labo rabat, conſtrictis quaſi per compedes quo[illegible]dam

pedi-

ibus. Quamobrem in lecto decumbere coa-
,ægros & diſcruciatos pedes curabat. Hinc
næ in ipſum tempeſtates & ærumnæ,tam ex-
orum bellorum, quàm internarum ſeditio-
ratione,ſunt concitatæ, de quibus latè Ce-
us & Zonaras.

1. Eo regnante, Turcæ, qui ad Borea-
partes Calvenſis montis ſedes habe-
it, ſeque patriis finibus continere, nec
è niſi ad ſtipendia invitari, recedere
ſueverant; eâ occaſione à Perſarum
ge Saraceno vocati, ab eodemque ma-
abiti,in ipſum arma convertentes, fe-
ſucceſſu Perſide ſunt potiti. *Spondan.*
o Chriſti 1048. n. 4. Sicque ab origine
niliori, paulatim temporis ſucceſſu
nùs progreſſi, Orientale Imperium
edi, Aſiam vaſtare cœperunt, viresq;
tidiè auxerunt; ut ſuo loco, Deo dan-
licetur.

. De Turcis ita Cedrenus: Turcorum gens
ca fuit,habitans ad Caucaſi montes partes
ntrionales; populoſiſſima & libera, nul-
que unquam nationis dominium experta.
quam Saraceni,Perſarum regno everſo,non
idem modò, Mediam, Babylonem & Aſſy-
, ſed & Ægyptum,& Libyam, & Europæ nõ
uam partem ſubegerunt: ipſi cœperunt in-
e variis temporibus variè diſſentire.Ita uni-
Saracenorum,idque maximum Imperium,
ultas eſt diviſum partes, ut alius Hiſpaniæ
jam.

jam, alius Africæ, alius Aegypti, alius Babylo-nis, alius Perſidis eſſet Princeps : tantum verò abfuit his, ut inter ſe conveniret, ut inter vicinos etiam bella fuerint inteſtina. Proinde Perſidis, Chorasmorum, Oretanorum, & Mediæ Prin-ceps Muchumetus, Imbraeli F. Baſilio longè Romani clavum tenente, cùm in bello, quod à verſus Indos atque Babylonios gerebat, rebus uteretur adverſis, ex uſu fore judicavit, ſi miſſis ad Turcorum Principem legatis auxilium pete-ret. Mittit ergò ad eum legatos cum donis pre-tioſis, poſtulatque ſibi auxilio mitti tria virorū millia. Turcus & allata dona gratiſſima habuit & legati admodum comprobatâ petitione, miſ-tit ad Muchumetum tria, ut petiverat, millia, duce Tragolipace Mùcaleto, Michaeli F. [illegible] verò hoc ſperabat, ſi opprimere ſui potuiſſent eos, à quibus invadebantur, facilimè eos e[illegible]-cturos, ut pons, quo conſtratus Araxes erat, & qui ab utroque latere turribus excitatis, ac præ-ſidiis impoſitis munitus, Turcis inacceſſum Perſidem faciebat, præſidiariis pulſis, pervium Turcis poſtmodò fieret ; itaque Perſidis occu-pandæ ſibi occaſio daretur. Turcis mercenariis Muchumetus acceptis, iiſque cum ſuo exercitu conjunctis, cum Arabum Principe Piſaſirio cō-fligit, eumq; nullo negotio ſuperat ; ſagittarum conjectum non ferentibus Arabibus. Domum à victoriâ reverſus, eoſdem Turcos voluit etiam in pugna contra Indos, à quibus oppugnabatur, ſibi adeſſe ; cùmque petentibus, ut domum ſibi redire liceret, & præſidium ab Araxis ponte ab-duceretur, vim etiam intentaret : Turci, veriti majora pericula, ab eo defecerunt, & in Carbo-

nitu-

em ſolitudinem (neque enim tam pauci
rſus tam multa depugnare audebāt millia)
oduxerunt, indeq; identidem erumpentes,
cenorum ditionem populati ſunt. Iniquiſſi-
d ferens Muchumetus, ad XX. hominū mil-
dverſus Turcos mittit: decem nobiliſſimos,
que fortitudinis ac prudentiæ Duces Sara-
s exercitui præficiens. Hi ad bellum profe-
trare in deſertum ob aquæ & alimentorū
iam, judicantes incommodum, proximè
m ſolitudinis Turcorum Dux de adventu
cenorum factus certior, re cum ſuis com-
icatâ ſubitò adoriri Saracenos ac Perſas ſta-
biduoque magnis confectis ſpaciis, tertiâ
eos ſecurè in tentoriis agentes, nihilque
exſpectantes invadit, atque illicò profligat.
rribus, equis, pecuniâque plurimâ potitus,
am ut fugitivus latrocinia exercere, ſed pa-
xundè in aperto caſtra habere: & conflue-
ad eum, qui ob maleficia ſupplicium me-
int, ſervi, atque alii, rapto vivere gauden-
Denique brevi tempore copiæ ipſius usque
ↀↀ. excreverunt. At Muchumetus, ob cla-
acceptam iratus, decem iſtos ductores lu-
bus orbat: & qui evaſerant milites, eos ſe
ebri indutos veſtitu in triumpho ducturū
tur, ipſe ad bellum gerendum accingitur.
es autem, qui anteà victi à Turcis fuerant,
s perceptis, ad Tragolipacem tranſeunt. Is
acceſſione auctus, cum omnibus ſuis co-
n Muchumetum it, ut collatis ſignis juſto
lo rem decernat. Et Muchumetus armatis
cenis, Perſis, Caberis, & Arabibus, exercitu
gentorum circiter millium contracto, ac
centum

centum turrigeris elephantis, hoſti apud locum cui Aſpachân nomen, occurrit. Ibi atroci conſertâ pugnâ, multisq; utrinque cadentibus, ipſe etiam Muchumetus, dum hinc inde incautius obequitat, ſuosque verbis animat, equo collifo ipſo cervices frangit, ac moritur. Mortuo ipſo exercitus cum Turcis conſpirat, & omnium voluntate Tragolipaces Perſiæ rex declaratur. Regno occepto, ſtatim Turcis aditum in Perſidem aperit: atq; hi confertim eò ſe contulerunt re- ceptis quos patriæ amor detinebat: oppreſſis Perſis ac Saracenis, ſuam fecerunt Perſidem. & Tragolipaci nomen Sultani impoſuerunt, quæ voce ſummus Imperator, ac rex regum notatur. Is omnes magiſtratus ab incolis in ſuos tranſtulit, interque hos univerſam diviſit Perſidem, prorſus conculcatis indigenis.

13. Leo IX. Pontifex Romanus, legatos Conſtantinopolin miſit ad Conſtantinum Imperatorem, & Michaelem Patriarcham; pro Eccleſiaſticâ pace inter Latinos & Græcos conciliandâ. Qui vario eventu ibi negotiantes, tandem Patriarcham excommunicârunt. *Vide Baron. anno Chriſti 1053. & ſeq.* Fuit hic Patriarcha Michael Cerularius, Latinorum omnium infenſiſſimus hoſtis; id quod Baronius, *à loc.* pluribus exſequitur.

14. Exin Zoe Auguſtâ, morbo abſumptâ, Monomachus Alanam pellicem Au-

guſtam

m fecit. Sed paulò pòſt, morbo arti-
ı miſerè conſumptus extinguitur.

Qua de re ita Cuſpinianus: Zoe Impera-
am tum ſeptuagenaria deceſſit, quam ef-
nate deplanxit. Sed iterum amore perdi-
juſdam puellæ, ex Alanis in obſidem Ro-
s datæ, primatis hujus gentis filiæ. Quam
am inducit, Auguſtamque appellat, regi-
e familiam addit, largos abundè ſumptus
niſtrans. Et niſi Theodora regina obſtitiſ-
dore & verecundiâ abjectâ, quatenus cum
nias celebrâſſet, Imperatricemque dixiſ-
non duravit illi regius honor, rege mor-
a fortunâ mutatâ, in priorem obſidis ſor-
cedit. De iiſdem hæc habet Zonaras; Im-
ice Zoe provectâ ætate mortuâ (ſeptuage-
n enim annum exceſſerat) obitum ejus, nõ
o dignum eſt, tulit, ſed muliebriter luxit,
ae angelis æquiparâſſe fertur: cum ob loci
litatem ex ejus monumento fungus ger-
ſet, quem ſignum Divinâ providentiâ edi-
ocavit, ut ne ignoraretur, Imperatricem in
n intelligentium poteſtatum eſſe rece-

Qui idem Zonaras, de morte Monoma-
Non multò pòſt, quàm ſceptro potitus eſ-
oribus eum articulatus invaſit, humoribus
pio ad pedes occurrentibus, ut neque ſtare
ingredi poſſet. Quando autem eum mo-
eceſſe erat, aut ab aliis ſuffultus ægrè in-
batur, aut geſtabatur. Verùm progreſſu
ris, fluxiones in manus etiam incumbe-
dein de humores vexabant. Deniq; totum
corpus

amen cum detrimento aliorum: nec interim e pietati ſtudent. ". 8.
dimiſſi,ſæpè nequiterſe gerunt, & Reip. per- 7.
ichus, onſe. ſu Zoa,conjug: ſua, concubinam h bet.
m nam Im er ri..n rattat. 9.
labor .t,& inde Remp. negligit 10.
m nomen,& militaris gloria innoteſ it. . 11?1.
iorum bella inteſtina, eorum Im eriam everte- t 12.
ſt ipendiariis, & auxiliat.ribus, Perſidis Domini l it. 12.
concordia, inter Latinos & Græcos. 13.
ur, & M nomachas pellicem Barbaricam amat.
rorum,qui ſubitò exaltantur, mutata; muta- etiam honor. 15.
ubus moritur, & propoſito deſignandi ſucc ſſ rem rati. 16.

XI. *Theodora Porphyrogennet.a.*

A. C. 1054.

t eum Theodora, ſoror Zoe etiam- m virgo,tantâ cum laude prudentiæ derationis,Imperium tenuit; ut illâ rante, nemo deſideraret Auguſtum. *Cedren. Manaſſ.*

Theodora ſola potita rerum, jam effœtâ , Imperatorem ſibi adjungere noluit; ſed ata Imperio, quoàd vixit, omnia in ſua ſte habuit: idque conſilio & operâ mini- m quoque ſuorum, quos ſummis Magi- bu præfecit. Rerum civilium adminiſtra- n Syncello Leoni cognomento Paraſpon- mandavit; qui olim Imperatori Michaeli ope-

operam navârat. Ipſa verò pro tribunali præſedit, legatis reſpondit, magiſtratus creavit, jus dixit, ſuffragia tulit, ſententiam ſuam in rebus privatis & communibus interpoſuit. Ac fortunata fuit ejus gubernatio. Neque enim quiſquam illi ſe oppoſuit, neque ſubditi decreta ejus neglexerunt, neq; ulla gens tum Romanis bellum fecit, ſed & anni partes ſuam temperiem habuerunt, & terra uberes fructus tulit.

3. Quamvis autem natu grandis, ut dictum eſt, ſceptris potita eſſet, tamen adhuc longum vitæ tepus ſibi pollicebatur, cùm corpore firmius eſſet, quòd laboribus haud facile cederet. Sed cùm & ipſam fata urgerent, (etſi monachi quidam, neſcio quot ei ſecula vitæ promittebant) & amiliares ejus ob morbum graviſſimum, quem Illiacum Medici vocant, de ſalute illius deſperâſſent: in unum congreſſi deliberant, quis in ejus locum ſubſtituendus eſſet, à quo proſperitas illa & felicitas conſervaretur. Eis porro deliberantibus, talis viſus eſt Stratioticus Michaël vir Byzantius ille quidem; ſed ad tractationem rerum, tanti præſertim Principatus, cùm ob naturalem ſocordiam & ſimplicitatem, tum ob ætatem longiſſimam ineptus. Neque enim ſenex erat, ut vulgò vocabatur, ſed penè decrepitus. Perſuadent igitur Imperatrici, ut eum in Imperium collocet: à qua ſtatim diademate redimitus eſt, ſanctiſſimo priùs jurejurando adactus, & nihil ſine illorum conſenſu in Imperatoriis adminiſtrationibus decreturum. His peractis Imperatricem ſpiritus defecit. Hæc *Zonaras.*

Theodora Virgo, Imperium feliciter adminiſtrat. 1.2.
Theodora, ſenex licet, pollicetur tamen ſibi vitæ longius tempus. 3.

*telem Stratioticum, indignum ſucceſſorem, nomi-
it* 3.
eratio de ſucceſſore eligendo, res admodum fal-
xa, in qua facile errari poteſt. 3.

XXII. *Michael Stratonicus.*

A. C. 1056.

Heodora Auguſta, paulò antè quàm
ex hac vita eximeretur; ſuaſione Eu-
norum, creavit Imperatoré, Michae.
Stratonicum cognomento: ætate ſe-
, militiæ quidem valdè peritum, ſed
ninis politici inexpertem.
De electione autem Stratiotici, ita Glycas:
m eſt hoc ab Eunuchis eo conſilio potiſſi-
, ut citra ipſorum authoritatem nihil in
gereretur. Originem generis Imperator ex
By antio ducebat, & rebus tantùm milita-
deditus, prorſus ad demulcendos populi
os ineptus erat.
Sub initium Imperii (ita pergit Glycas)
eres Orientales, in quibus erant Iſaacius
nenus, dignitate Magiſter, Catacalo, Am-
s, & alii, pro more priſco Imperatorem adi-
nt ab ipſo honores, dignitates, conſuetaq;
iaria impetrarent. Eos Imperator potiùs
umeliis adfectos quàm ornatos, ab ſe mu-
m vacuos dimiſit. Quapropter in magno
Templo jurisjurandi religione datâ, &
tâ ide, communique conſenſu & ſuffraga-
Comneno Imperatore deſignato, domum
que ſuam diſceſſerunt. His rebus cognitis,
Impe-

Imperator maximis largitionibus ſibi civium animos, itemque graviſſimis exſecrationibus obſtringit, ut uno conſenſu pollicerentur, nunquam ſe Comnenum admiſſuros, ipſo etiam Senatu conſilium hoc, unanimemque conſenſum approbante, ac ſcripto rem totam confirmante, quòd Imperium Michaeli, propter ejus potentiam, detrectare non auderent. Verùm nihil hæc profuére. Quum enim urbem Iſaacius invaderet, Imperator audito conſilio Patriarchæ, Imperio ſponte ſuâ ceſſit: quo facto, Comnenus Imperator eſt renunciatus. De quibus omnibus latiùs Zonaras, ut & Cedrenus.

4. De ejusque moribus ita ille idem Cedrenus: Stratioticus, nemine repugnante jam Imperio potitus, delectos Senatores quemque ad majorem extollendo dignitatem, populum beneficiorum pollicitationibus demeruit. Cùm autem eſſet admodum ſenex, multaque antiqua recordaretur, multas veterum conſuetudines reducere intendit, nihil vel Imperio vel Reip. profuturas. Quorum fuit, quòd Prætorium expurgari juſſit: quòd factum jocosè ſubſannantes cives, dicebant quærere eum taxillum ſuum, quem aliquando ludens ibi perdiderat, ideoque averrere pulverem: quòd civium capita non literis, ut nunc, ſed byſſinis pileis, magnis lineis purpureis interfectis, tegi voluit; quòd procuratores publicos non ex Senatu delegit, ſed alios Scribarum è numero velocium, in ſingulis archivis educatorum.

5. At ſubſequenti anno, Iſaacio Comneno, Imperium invadenti, cedere coactus;

; privatus ad proprias ædes ſe recepit. nque à Michaele Cerulario Patriar- , rebellionis adverſus ipſum auctore, Legatos Metropolitas, Imperio cede- naderetur; interrogans Metropolitas, l pro Imperio traderet Patriarcha? il- re reſpondentibus, cœleſte Regnum: m depoſitâ purpurâ, veſte privatâ in- us, ceſſit.

Qua de re ita Curopalates: Cùm ſenex ipſe rator Michael, miſſos ad ſe Metropolitas rogâſſet: Et quid pro Imperio tradit Patri- ? & illi reſpondiſſent, cœleſte regnum; ſta- depoſitâ purpurâ, & cocco tinctis calceamē- ſte privatâ indutus deſcendit. Sed derogat ihil tanto operi pietatis Curopalata, cùm mox ſubdit: Hoc autem, inquit, prorſus ve- idiſſet, ut & ipſe cupiebat, & Metropolitæ cebantur, ſi ſimulatque rebellari cœptum lictâ Regiâ abiiſſet. Verùm cùm usque ad m permanſerit, & tantam ſuæ gentis cla- idere ſuſtinuerit, deinde fractus, & com- s à civibus, atque invitus Imperio cedens: ātis mihi certum, an pro terreno Imperio edem cœleſtem ſit accepturus. Verùm hęc, EO placuerit, fient. Iſta Curopalata, ſed ullâ ſubnixâ ratione ſubſiſtant. Si enim ne invadenti Imperium tyranno, cedere æ- n ſit, & præmio æterno dignum: quæ ulte- ujusliber Imperii firmitas eſſe poterit, ad defenſionem gladium ei DEVS dederit, in ctam malefactorum? ut Apoſtolus ait.

Non iſta docent ſacræ leges, neque monent exempla; cùm nullum fuerit hactenus Chriſtianiſſimorum Impp. qui præ cæteris in Eccleſiâ laudem meruerint, qui non adverſus inſurgentes tyrannos totis viribus ſe objecerint. Meruit laudem & à DEO primùm Michael reſiſtendo, ut decebat legitimè à DEO conſtitutum Imperatorem: meruit & laudem cedendo, à ſacerdotibus promiſſione oblatâ regni cœleſtis, qui in domum ſuam ſe contulit. *Baron. Anno Chriſti 1058. n.34 & ſeq.*

7. Eadem de re ita Manaſſes: Michael, cum cornicibus de annoſitate certabat, rudeque donandam ætatem cõſecutus erat: qui tamen alioqui gravis & optimus eſſe videretur. Sed enim cordis ſui quaſi germina producere in lucem, & ſpicam in imo latentem protrudere non poterat. Quippè famuli Theodoræ, poteſtatem univerſam uſurpabant: contemto Michaelo, veluti braſſicâ ſucci experte, foliis nudatâ, jam putreſcente. Prætereà terribilibus ſacramentis ſemet obligaverat, ſe ceſſurum ipſis, quibusvis in rebus. Quapropter umbrâ tenus, & verbo tantùm Imperator erat: cætera per eos adminiſtrabantur, quos diximus Theodoram Michaelo reliquiſſe, tanquam pueri curatores, cuſtodes, patres. *Bis* enim *pueri ſenes*, ut eſt in proverbio. Hinc uſu veniebat, ut quicunque palpos iſtis obtrudebant, frequenter adibant, in omnibus eorum nutui parebant; beneficiis multiplicibus afficerentur. E diverſo, viri militares, rerum bellicarum periti, familiis illuſtribus prognati, nobilibus & heroicis orti parentibus, tanquàm vas aliquod fictile, nullius pretii, rejiciebantur. Ejus rei

rei certum præbet argumentum Iſaacius ille Comnenus, qui ex præclariſſimis facinoribus nomen atque famam celeberrimam conſecutus erat. vir manu promptus, bellicis in rebus exercitatus. Is Michaelo convento, quum fructus laborum uberes ſe percepturum exiſtimâſſet, ſpe ſuâ fruſtratus, ac non tantùm non decerptis roſis, verùm etiam à peſſimis illis Imperii gubernatoribus, ſpinis injuriarum punctus: immenſo dolore percitus, ad tyrannidem ſpectare cœpit. Cùmque Conſtantinum Ducam, & multos alios opulentiſſimos ac nobiliſſimos homines, ſocietate ſibi devinxiſſet, ac militum copias ex Aſia collegiſſet: rectà Imperatorem invaſit, ſolio eũ dejecturus. Ejus rei famâ trepidus ille ſenex Michaelus, ad ſe perlatâ, ſtatutoque potiùs eſſe, ut obſcurus ageret in ætate tumulo vicinâ: paratus erat Imperio cedere, idque Comneno permittere. Verùm ii, quos diximus, adminiſtratores Imperii, non ſolùm non cupientes publicæ rei ſaluti conſulere: ſed potiùs eam, longè afflictiſſimam, graviſſimis fluctibus demergere ac obruere cogitantes, repugnantem, ac tantum non planè ſepultum, ad bellum gerendum, & opponendam hoſti aciem incitabant. Hinc inteſtino exorto diſſidio, manus & haſtas Romani cum Romanis conſeruerunt, ſanguineq; cognato polluerunt, diviſi & commoti adverſus ſe invicem, veluti per noctem Lunæ expertem, fratribus in fratres exacerbatis. Tandem Comnenus prælio ſuperior evaſit, & Michaelus invitus amiſit Imperium.

Miles, qui Politices ignarus eſt, non benè Remp. adminiſtrat. 2.

In electione Principis, plerunque affectus prædominantur. 2. 7.

Stratonicus ab initio Imperii impingens, ab eo cedere cogitur. 3.

Initia Imperii, omina futuri. 3.

Stratonicus Imperium Iſaacio Comneno cedit. 3. 7.

Senum reformatione, ferè ſunt odioſæ. 4.

Stratonicus lubens Imperium mundanum, cum cæleſtis Regni promiſſione commutat. 5. 6.

Tyranno fortiter reſiſtendum: ſed ſi id fruſtrà fiat, patienter cedendum. 6.

Nimium ſene, ad imperãdum inepti: & deceptionibus adulatorum obnoxii. 7.

XXIII. *Iſaacius Comnenus.*

A. C. 1057.

Iſaacius, non tyrannicè ſolùm Imperiũ eſt adeptus, ſed & vitio illi à Curopalata adſcribitur, quòd in nummis ſignum exprimi voluit, quo ſignificaret, ſuâ ſe fortitudine, non divinâ gratiâ, Imperium eſſe conſecutum; Statim, inquit, regio numiſmate ſpathaphorus imprimitur, non omnia accepta Deo referens, ſed propriæ virtuti, & rei militaris peritiæ. Quod & memorat Zonaras, ac Cuſpinianus.

2. Quamvis autem ille Eccleſiam in priſtinam vindicaverit libertatem, dicente eodem Curopalatâ: Magnæ Eccleſiæ permiſit, ſacras ſuas res adminiſtrare, interdictâ prorſus ejus adminiſtratione Imperio, ita ut neque ad obeunda ſacra munera, neque ad habendam ſacri theſauri ra-

ri rationē, aliquis ab Imperatore delectus præeſſet; verùm à Patriarchæ poteſtate omnia dependerent, & perſonarum delectus, & rerum adminiſtratio. Sed tamen quàmplurima Monaſteriorum bona addixit fiſco, Monachis tantummodò relictâ ſtipe. Quâ de re ita Curopalates: Quibusdam etiam Monaſteriis multas poſſeſſiones ademit, & relictis monachis idoneis ſumptibus ad victum, quos computari juſſerat; id quod ſupererat, publico vendicavit. Rem iis, qui inconſideratè judicabant, dicentibus, ex promptâ impietate, & iniquitate ad ſacrilegium profectam; ſed nihil abſurdi perficientem committere aliis viſus, qui illam graviter cōſiderarent, atque ſpiritualiter, ut ajunt, ut quæ ad paupertatem eos, qui ipſam profeſſi eſſent, adduceret, & Sybariticas epulas, ac delitias auferret: neque tamen iis, quæ ad uſum neceſſaria eſſent, privaret; & finitimos, id eſt, qui propinquos agros haberent, à Monachorum moleſtiâ & avaritiâ liberaret. *Vide Baron. Anno Chriſti 1057. n. ſhi.*

3. Eâdem de re ita Cuſpinianus: Cùm verò priores Imperatores, quicunque poſt Baſilium Porphyrogenitum, rerum fuerant potiti, non rectè uterentur publicis communibusque rebus, verùm eas, aut in proprias voluptates, aut Monaſteriorum ædificia abſumerent, aut denique quibus volebant, largirentur, regiosque theſauros diſtraherent, ac ob id Magiſtratus & officia pecuniis privarentur; Comnenus id emendare ſtatuit. Sed nec quietâ nec debitâ caſtigationem aggreſſus, cùm ex tyrannide legitimum feciſſet Imperium. Poſtquam enim regnum accepit, invertit obſervatū ante ſe morem: & ſi quid

Michael aliis dedit, rurſus is abſtraxit, privavitque ſemel potitos rerum, multâ cum indignatione derogans partim, partim deponens pleraque priùs conſtituta: nec id plebeis modò fecit, ſed ne ſenatoribus quidem pepercit. Tum eò furore progreſſus, ut manus etiam ad Divina admoveret: quæ partim retractavit, partim in ſervitutem redegit, ac exactionibus ſubjecit, alioqui Eccleſiaſticâ gaudentes libertate: quibus ſufficientes alii præbuére ſumptus. Iſte Reipub. defectus, ſacrilegio reficiebat, aliud ſupra aliud quotidiè accumulans. Ob id inviſus cunctis, & ſenatorii ordinis viris, & multitudini populari, & militibus: quorum facultatibus pariter inſidiatus eſt, nec ab iis abſtinuit. Potiſſimùm autem illis perquàm moleſtus, qui in monaſteriis degebant: nec enim ab incepto, aut timor, aut odium, aut oblocutio abduxit. Sic animum totum eò intenderat, animamque tumefactam inflaverat.

4. Addit etiam Cuſpinianus: ſed nec diuturnam illi cum Patriarcha (fuit is Michael Cerularius, cujus ſuprà mentio facta eſt) amicitiam fuiſſe; eò quòd is huic imperare volebat. Et quoties petitione aliquâ ab eo fruſtrabatur, iraſcebatur, objurgabat, & minabatur, ſeſe Imperium illi ablaturum, quum potiſſimum hoc illi contuliſſet: quod æquo animo Imperator ferre non poterat, & idcirco antevertere, priusquā aliquid pateretur, meditatus eſt; acto ipſo unà cum nepotibus in exilium, priusquam feſtum cœleſtiū exercituum (quod noſtri S. Archangeli Michaelis vulgò appellant) inſtaret, quod celebrabatur ſplendidiſſimè à Patriarcha. Veritus eſt enim è
ſacra

ſacra æde abducere, ne à Clero ac plebe, tumultus excitaretur. Dehinc hereſeos calumniā ſupponere ſollicitè ſtuduit, quibusdam Epiſcopis coadjutoribus, & Pſello accuſationes criminationesque conſcribente: quibus virum Pontificatu dejicere ſperabat, ut vel ſponte dignitate ſe abdicaret, vel invitus dejiceretur. Vbi verò regiæ voluntati hic non obtemperat, vi deponere niſus, mors Imperatorem curis liberat. Hujus nuncium quum quidā veluti lætiſſimum Imperatori attuliſſet, Imperator pœnitentiā ductus, illachrymans ejulavit: ac funus magno apparatu ac pompā ab exilio reducens, in propriam manſionem repoſuit, nepotesque priſtinis dignitatibus reſtituit.

5. Ferè eadem habent Curopalates & Glycas, qui inter alia ita ſcribit: Patriarcham unà cum iis, quos conſpirationis ſocios habuerat, plurimùm honorabat. Sed paulatim parcior eſſe cœpit, & ſuperfluas ædium religioſis exercitationibus deſtinatarum redditus præcidit, relictis tantùm iis, quæ uſibus hominum illorum ſufficerent: quo facto docebat eos, vitam inopem agendam eſſe, non delitiis affluentem. Cæterùm Patriarcha nimium erga Imperatorem cōfidens & audax, nonnunquam illum ad poſtulata aliquantò duriora gravioraque parùm propitium & facilem habebat: Quapropter eum pœnis diris ſubjecit, additis etiam comminationibus, hæc vulgò jactata verba proferens: *Ego te Furne condidi, ego te quoque deſtruam.* Cepit etiam conſiliū inducēdi tinctos coccineo colore calceos, quum diceret, ita Pontifices priſcos factitare ſolitos, adeòque confirmaret, idem juris in uſurpandis

illis ſibi pontificem novi quoq; ſacerdotii non abs re vindicare poſſe. Nihil enim eſſe diſcriminis inter regnum & ſacerdotium volebat. Hæc ubi cognoviſſet Imperator; potiùs aliquid in illum agendum, quàm exſpectandum ab eo ſtatuens, hominem exilio multat.

6. Mox autem Anno Chriſti 1059. Iſaacius Imperator, fulmine afflatus, ſponte depoſitâ purpurâ, ſibique ſucceſſore delecto (poſtpoſitis omnibus ſibi conſanguinitate junctis) CONSTANTINO DUCA, viro ſtrenuo & prudente; Monaſticum habitum ſumpſit: atque in Cœnobio Studii, Monachis ſerviens, illic vitæ tempus abſolvit. *Zonaras.*

7. De hisce, pluribus Curopalata, dum ait: Fulmine ſiquidem percuſſus Imperator, dejectus eſt equo, & humi, ſpumas ex ore edens, uti epilepticus, devolvebatur. In parvum autem navigium impoſitus, ad Regiam defertur incolumis: attonitus tamen, & ob afflatum, ſeipſum minimè ſentiens, morbóque dies aliquot detentus, mortem exſpectabat; & idcircò ad placādum ſibi DEUM pœnitentiam amplectitur, & Imperatoriam poteſtatem, quam ſibi injuriâ vendicabat, libens deponit. Hoc certè rectè faciens, & monaſticæ ſe vitæ dedicat, priorem faſtum ac delitias voluntario contemptu ac modeſtiâ corrigens. Et quod magis oſtendit, illum vero totóque ex animo pœnituiſſe eorum, quæ patrârat; Imperatorem delegit, non Iohannem ſibi ſanguine conjunctum, non nepotem ex ſo-

fore Theodorum Dœianum, non filiæ maritū, neque aliquem alium ſibi conſanguinitate proximum; ſed præſidem Conſtantinum, cui jam inde à ſuis majoribus DVCAS cognomen erat: tanquam peritum & conſcium, & adjutorem, quippè qui optimè noſſet rationes parandæ pecuniæ copioſæ, & Imperii conſervationē. Comnenus autem monaſticas veſtes indutus, cùm parùm expectaſſet, ſi quo modo à morbo liberaretur; ubi novit ſe inſanabili morbo captum, adhuc ipſo vexatus, Studii monaſterium ingreditur; multum Aecatherinâ Auguſtâ ejus conſiliū adjuvante, & pro terrarum Imperii amiſſione, cœleſtis gaudii fructum ipſi promittente, cùm annos duos, ac menſes tres imperâſſet; & in habitu monaſtico pauciores his ſupervixit, omnē præſtans Præfecto Monaſterii obedientiam, ita ut janitor eſſet, & alia miniſteria obiret, propter multam animi æquitatem & modeſtiam. Caſtiſſimus autem fuiſſe dicitur, & ſupra quàm credi poſſit, continens. Defuncti autem viri cōjugem Aecatherinam Auguſtam, poſt perſoluta ſuprema, adhuc memoriam anniverſariis ſacris ſolenniter fuiſſe proſecutam, idem teſtatur Author.

8. Addere lubet & quæ Glycas habet: Secundùm hæc, Vngricæ, Patzinacarumque nationes, turbas dedére, contra quas egreſſo cum copiis Imperatore, cunctiſque pacem expetētibus, pars quædam Patzinacicæ gentis manus dare noluit, eaque pertinaciâ ſuâ conſecuta fuit, ut prorſus exſcinderetur. Hinc Imperatore ſub Libitzo caſtra locante, quum pluviæ nivesque delaberentur, inexplicabili cum impetu, idque Septembri

menſe, die Theclæ martyrum Principis: ingens exercitui clades & interitus accidit. Quumque tegendi ſui causâ, ſub quercu Imperator ſubſiſteret, non multò pòſt, vox quædam è quercu fuit exaudita: quâ perceptâ, tantùm inde fuit digreſſus, quantùm ſatis eſſet ad evitandam illius longitudinem, ne ab ea contingeretur. Eo facto, radicitùs evulſa, in terram ſupina corruit. Imperator videns, quanto periculo liberatus eſſet, rei novitate perculſus obmutuit: & reverà portēdebat infauſtum aliquid hoc ipſum, quod acciderat, initium ſcilicet eorum exiſtens, quæ ipſi eventura erant. Recreabat autem ab eo tempore ſe venationibus circa Neapolim, quumque prandii adeſſet hora, fulgetra locis iis extitit; & aper alicunde prorumpens, Imperatorem contra ſe provocavit. Eum ille perſequens, ad ipſum usque mare pervenit. Apro autem mare ingreſſo, & evaneſcente; mox Imperator luce quadam perfuſus, quæ fulguri conſimilis eſſet, ex equo corruit, & ore ſpumam rejiciens, humi jacuit. Inde conjectus in piſcatoriam quandam naviculam, ſalvus in Regiam delatus fuit: atq; hoc modo graviter adflictus, & antè actorum pœnitentiâ ductus, Imperio, quod injuſtè occupaverat, ſponte ſuâ ceſſit, alterum ſibi ſubſtituit, lacernam induit, in Studii monaſterium ſe contulit. Ibi tam ſubmiſsè ac obedienter erga monaſterii præfectum ſe gerebat, ut etiam oſtiarii munus ſibi mandatum, obire non detrectaret.

9. Perhibetur etiam caſtiſſimus fuiſſe. Nam cùm adhuc copiarum Ducis munere fungeretur, & renum doloribus tantoperè cruciaretur, ut omninò viribus amiſſis langueſceret: poſt

adhi-

adhibita remedia, conſulebant ei Medici, ut mulieris amplexibus uteretur, quo ipſe conſecuturus eſſet, ut etiam orbitas liberûm minùs ei pertimeſcenda foret. Tum ille: Sufficiunt, inquit, mihi Manuelus, & Maria, quos DEI gratiâ procreatos habeo. Nam abſque liberis DEI regnum adipiſci licet: at ſine caſtitate nemo DEVM conſpecturus. Poſtquam Iſaacius monaſterium ingreſſus fuiſſet, etiam Imperatrix Hæcaterina, cum Maria filia, ſe in manſionem Myrelæi contulerunt, ibique vitam religioſis exercitiis deditam exegerunt. Cùm autem naturæ debitum perſolviſſet Imperator, & in ſepulchrum fuiſſet conditus: accidit ut illud aquâ deinceps repletum, ſuſpicionem mortalibus preberet, eum pœnas in hac vitâ luiſſe, propter ſuſceptum bellum inteſtinum, ademptionem munerum ſenatui debitorum, monaſteriorum (ut ſuprà indicatum eſt) direptorum ſpoliationes, aliaque talia facinora. *Glycas.*

10. De obitu, Iſaaci Comneni, conſimilia habet Zonaras, quamvis in eo ſcriptores non conſentire, atteſtetur. De ingenio verò ejuſdem, ita ille ſcribit: homo ſtrenuus fuit, ingenio arroganti, in rebus gerendis celerrimus, rei bellicæ peritiſſimus. In literis non quidem verſatus, ſed literarum ſtudioſus, & doctorum amans, in conjugio adeò caſtus, ut cùm peregrè in morbum incidiſſet, & à Medicis moneretur, ut conſuetudine mulieris morbum levaret, cum ullâ præter uxorem ſuam, rem habere recusárit. Cùm ei regni affectatio objiceretur, reſpondit, ſe pati non potuiſſe cõſervi imperium, à quo juſta ſibi præmia negarentur.

Iſaacius, non Deo imperium acceptum fert. 1.
Eccleſias libertati ſuæ reſtituit: ſed Monachis ſuperflua bona ademit. 2. 3.
Bonorum Eccleſiaſticorum prophana uſurpatio, ſæpè ſpecioſo titulo coloratur: ſed raró felicem exitum ſortitur. 3.
Iſaacius Patriarcham, ſibi imperitantem, à ſede deÿcere molitur. 4.
Eccleſiaſtici tyrannis faventes; ab iisdem mox perſecutionem patiuntur. 4.
Vix eſt, ut Imperio & ſacerdotio diù inter ſe conveniat. 5.
Iſaacius Imperio malè parto cedit, & Monaſterium ingreditur. 6. 7.
Fulminis afflatus terruit Imperatorem; ut viliſſima in Monaſterio munia maluerit obire, quàm Imperio præeſſe. 7.
Qui Dei potentiam conſiderat; mundanam magnitudinem contemnit. 7. 8.
Imperium malè qui acquiſivit, rectè facit, ſi id ante mortem deponat. 7. 8.
Caſtitas Imperatoris, rari exempli 9.
Spectrum terret Imperatorem. 8.
Imperatoris mores, & quomodo Imperii invaſionem excuſârit. 10.

X X I V. *Conſtantinus Ducas.*

A. C. 1059.

FUit Imperator hic, eximiâ quidem in Deum pietate, moribus mitis, veræ pietatis cultor, & æqui obſervantiſſimus. Conſilio & ſententiâ tardior & hebetior, delectatus inprimis vitæ mundiciâ & ſanctimoniâ. Sed avaritiæ ſtudium prægravabat. Pecuniæ enim immoderatè ſtudioſus, vias quærebat ſedulò, quibus theſau-

eos cumularet. Decrevit verò ſecum, omninò cum nulla gerere bellum gente; ſed muneribus aliisque illecebris placare, aut conciliare Romano Imperio, ob ſolum avaritiæ ſtudium: quòd ſcilicet in expeditiones plus ſe quàm in munera expéſſarum judicaret, & quietus pecuniarum acervationi vacaret. Ideò neglecto militum delectu, fortiſſimum & ſtrenuiſſimũ quemque conſcriptorum, ob præmii gravitatem dimiſit. Unde Barbari animoſiores facti, & res Romanorum proterere, & exercitus ſubjugare non neglexerunt. Sic multæ Orientales regiones partim diripiebantur ac excindebantur, partim hoſtibus dedebantur. Nec minùs Occidentales adverſa patiebantur, propter militum paucitatem ac incommoditatem. Literis verò nullam navavit operam, amabat tamen eas, ſtudioſosque earum venerabatur: ſolebatque dicere, malle ſe literarum gloriâ quàm Imperio illuſtrem eſſe. Inſidiatores verò ſuos non aliter duxit puniendos, niſi quòd ipſis ut venalibus mancipiis eſt uſus: utpote ex legibus libertate privatis. *Zonaras & Cuſpinianus.*

2. De eo ita Manaſſes: Ducas, accepto Imperio, tantâ id æquabilitate moderatus eſt, ut ne-

que neceſſariũ in rebus gerendis impetum proſus inhiberet, ſed gradatim ac pedetentim progrederetur: neque præceps rueret, ſed audacem iracundiam, catenâ quadam quaſi conſtringeret, nec opinatis præcipitiis & periculis evitatis. Cùm domum ſuam ſeptem liberis ceu columnis fulciiſſet, jamque vitam & res humanas relicturus eſſet: infinitis & continuis curis animum diſcruciabatur. Amabat Imperatricem, & volebat quidem illam manere liberûm ſuorum curatricem, regnique participem: ſed viciſſim delicatam & teneram ejus ætatem ſuſpectam habebat, futurumque metuebat, ut illa fecundas ad nuptias tranſiret (nec enim flammarum & tentationum carnis expers erat) ac poſt obitum ſuum ex alio liberos gigneret: unde fortan conſequeretur, ut ex ſe nati, velut evaneſcerent, Imperio ad illos alteros tranſeunte. Hujuſmodi cogitationum fluctibus agitatus, Imperatricem ab hoc inſtituto revocare conabatur; & liberum ſuis Imperium relinquere, tutoribus eis & curatoribus aliis, tanquam impuberibus, conſtitutis. Sedenim quod futurum eſt, quavis re potius & valentius eſſe, ac mortalium ratiocinationes, & corda vincere videtur. Quippe cùm hæc Imperatrix odoraretur, & totum mariti conſilium animadvertiſſet; ſeipſam terribilibus ſacramentis, quaſi quibuſdam vinculis, adſtrinxit & obligavit, pollicita, nunquam ſe ad alteras nuptias progreſſuram, ſed liberis communibus Imperiũ conſervaturam.

3. De eo ita Glycas: Erat hic Dux aliâ nullâ re magis occupatus, quàm ut ſemet exerceret in orationibus ejus generis, quibus utuntur Secre-

tarii

rarii Principum; itemq; forenſibus & ſycophanticis. Quo fiebat, ut tam frequenter adſideret in judiciis, ubi cauſæ agebantur: ut ipſi etiam milites Imperatoris exemplum imitari, deſerto rerum bellicarum ſtudio, perdiſcendis orationibus judicialibus incumberent. Ea res Turcos incitavit, ut Romanorum fines invaderent, citraque periculum omnia paſſim agerent, ferrent.

4. Additque Glycas: Acciderunt hæc anno Imperii Conſtantini ſexto, quo ipſo itidem anno, ſeptembri menſe, ſecundâ noctis vigiliâ, terræmotus ingens extitit, multoque maximè terribilis omnium, qui unquam fuiſſent, ita ut ædes ac templa ſubverterentur: neque tantùm in urbe Conſtantinopoli hoc uſuveniret, ſed etiam apud Rædeſtum, Panium, Myriophytum, magnâ hominum multitudine per hanc ſuccuſſionem oppreſsâ. Cyzici quoque fanum illud gentile, admiratione dignum, quaſſatum magnâ ex parte corruit, quanquam longè firmiſſimos muros haberet. Conſimilia quædam acciderunt Nicææ, ſucceuſſis ſanctorum Patrum, & ſanctæ Sapientiæ Templis. Ibidem mœnia de fundamentis ipſis mota, corruerunt. Erant hæ peccatorum pœnæ, iræque divinæ indicia: quibus indicatæ nationis incurſio & clades portendebatur. Nam per prodigia divinitùs profecta, non præſentia modò, ſed etiam futura declarantur atque prædicuntur. Eodem hoc tempore Cometa quoque poſt ſolis occaſum conſpectus eſt, qui magnitudine ſuâ Lunam æquabat, ac initio quidem fumum & fuliginem emittere videbatur: ſequenti vero die capillos quaſi quoſdam, oſtentare cœpit.

pit, radiisque verſus Orientem directis, ad quadraginta dies apparuit.

5. Memoratur tamen verè pium hujus Principis factum, de quo ita Glycas: In hoc ſtatu rerum Orientis, Vzica natio verſus Occidentem, quæ inter Scythas numeratur, & Patzinacarum facilè nobiliſſima eſt, cum hominum ad IↃↃↃ CCIↃↃ. Iſtrum trajecit, incurſionem hoſtilem Romanis longè graviſſimam minitata. Cùm ea de re certior factus fuiſſet Imperator, homo pecuniarum avidiſſimus, qui vel obolum quantivis æſtimaret, exercitu ſatis amplo nequaquam inſtructus, Chœrobacchos proficiſcitur, no plures ſecum adducens, quàm CL. milites. Attamen ipſius mandato cuncti jejuniis, precibus, ſupplicationibus DEVM placare juſſi ſunt. Quæ res effecit, ut non multò pòſt, de Barbarorum exitio, qui fame ac peſte beneficio Divinæ providentiæ confecti perierant, nuntius adferretur. Eadē habent Curopalata, Zonaras, & Baronius. *A.C. 1065. n. 63. & ſeq.*

6. Vixit hoc tempore Xiphilinus, ex Monacho Patriarcha Conſtantinopolitanus factus; vir omninò propter eloquentiam, doctrinam, prudentiam, virtutem admirandus. Trapezunte oriundus vitam in Olympo religioſis exercitiis deditam agebat: unde vi pertractus eſt ad hanc dignitatem, tanquam inter alios eximius, *Glycas & Zonaras.* Hicque ille eſt, qui Dionem Caſſium, Romanarum rerum antiquum ſcriptorem nobiliſſimum, in compendium decurtavit, ejusque magno damno neglectus fuit ipſe integer Commentarius, ita ut fragmenta nunc tantùm habeamus.

Ducas, varias Regias virtutes avaritiâ deturpat. 1.
Neglectus militia, Imperium Græcum perdit. 1.
Præſtat litterarum gloria, quàm Imperio illuſtrem eſſe. 1.
Principis ira, & ſeveritas, moderata eſſe debet. 2.
Ducas, Imperium ad liberos ſuos propagare intendens, ſpe ſuâ fruſtratur. 2.
Princeps conjugis fidei, & caſtitati, poſt mortem ſuam non fidere debet. 2
Studium litterarum, ad artem regnandi non pertinentium, non laudandum eſt in Imperatore. 3.
Prodigia, certarum cladium nuntii ſunt. 4.
Ducas precibus, & jejuniis, hoſtes potentiſſimos debellat. 5.
Xiphilinus, Dionis Epitomator. 6.

XXV. *Romanus Diogenes.*

A. C. 1068.

ANno Chriſti 1067. obiit Conſtantinus Ducas: relictis tribus filiis, iisdemque Imperatoribus unà cum Eudocia conjuge, Imperii Curatrice. Sed Romanus Diogenes Veſtarchos, Imperator declaratus eſt, cùm eum Eudocia relicta prædeceſſoris Imperatoris vidua, in maritum accepiſſet: qui antè perduellionis crimine reus capitis effectus, & in exilium miſſus, revocatus fuerat in urbem ad Barbaros propulſandos. Cùm verò Imperatrix teneretur proprio juramento, à viro Imperatore defuncto exacto, alteri non nubere, ſed vidua permanere, & filiis Imperium

perium conſervare; ut ſyngrapham eâ de re confectam, & apud Xiphilinum Patriarcham depoſitam, recipere poſſet, uſa eſt Eunuchi vaferrimâ operâ: qui adiens Patriarcham, mentitus eſt Imperatrici cordi eſſe, ipſius Patriarchæ Germanum, Bardam, in conjugem accipere, ſed ſyngraphâ prohiberi. Quod ubi Patriarcha accepiſſet, egit apud Senatores de infirmando Eudociæ juramento, iisdemque, tum muneribus tum pollicitationibus, in ſententiam ſuam adductis; ubi receptâ ſyngraphâ, ineundi ſecundas nuptias Imperatrix licentiam obtinuit, deluſo Patriarchâ, Romanum Diogenem, filiis conſentientibus, virum accepit. *Zonar. Glycas, & Spondan. Anno Chriſti 1067. n. 3. & An. ſeq. num. 3.*

2. De hisce ita Cuſpinianus: Mortuo Imperatori, ſuccedebant in Imperio Eudocia uxor, & tres liberi, juxta factam ordinationem. Accepitque Imperatrix communem liberorum providentiam ac educationem, unaque cum illis in regio throno collocatur, utrinque accubantibus filiis, reginâ in medio ſedente. Sic in conſiliis, ſic in publicorum judiciorum cognitionibus, ſic in domeſticis ſeſſionibus, ſic in conſuetis progreſſionibus ſedebat & incedebat. Sub id tempus, Barbari Orientem latrociniis vaſtantes, Romanorum terras quotidiè vexabant. Quando-

quidem

quidem milites (ut diximus) ob Imperatoris defuncti parcitatem pauci erant, & inutiles facti, otio & ignaviâ. Si qui autem fortè erant militiæ dediti, hoſtibus occurrere, cõſuetis privati eſculentis & ſtipendiis, non audebant. Ob id Barbari quandoq; in Meſopotamiam irrumpebant, aliquando Cappadociæ urbem Melitenen, & quæ circa eam ſunt, diripiebant. Quandoq; Ciliciam populabantur, ac in Cappadociam egreſſi ſuat: nec his, qui in Cœloſyria ſunt, abſtinuére. Quæ Imperatrici nunciata, tumultum concitârunt: multis clamantibus, Imperatore jam opus eſſe ad hæc conficienda negotia, quæ fœmineo eſſent longè imparia ingenio. Mulier itaq; ſagax, ne unà cum pueris regno excideret, Rep. ob Imperatorem periclitante, quendam cogitabat in Principatum inducere, virum fortem, & ad res bellicas aptum; quò & ſibi & liberis Imperium conſervaret, integrumque maneret. Neque enim intemperantiâ motam ajunt, nec victam voluptate ſibi ſociâſſe Diogenem; verùm ut Principem in re militari jam diu verſatum, & robore excellentem, præpoſuiſſe rebus Romanis, ut metus Barbaricus tolleretur univerſus, quum ſic manus illis confereret.

3. De hujus Diogenis electione, ita Manaſſes, *fol. 500. & ſeq.* Erat Dux quidam copiarum Romanus, cognomento Diogenes, natione Cappadox, vultu venuſto, pulchro corpore, lacertis robuſtis, formâ regno dignâ. Hic quum Remp. adminiſtrari cerneret à muliercula, fuco pingente faciem, & imbellibus pueris: draconis in morem ſibilo contra paſſerculos implumes edito, matrem unà cum pullis devoraturũ ſe minabatur,

igno-

ignorans homo ſtolidus, ſagittâ, etiam aquilam aera permeantem, in terram dejici, & furculis per lineas plagas connexis, urſos capi. Cùm ergò Thraciæ vicinas Vrbes obiſſet, quodam velut apum examine collecto, progredi cœpit, & ſeditionem concitare; hortorum vinearumq; cultores lædere, prædæ ſubjicere, quotquot armati ſemet opponerent. Non multum interceſſit temporis, cùm bos ille mugiens, & ingentis pectoris, à canibus capitur, & ad luendas facinoris pœnas abducitur. Ad ejus conſpecti pulchritudinem Imperatrix obſtupuit, amore capta eſt, perpetratum à Romano facinus pro nihilo duxit; ſacramentis illis horrendis planè ſpretis, in amplexus captivi ruit, pro carcere ſponſalem ei thalamum aperit, pro numellis veſtes unionibus ornatas largitur, pro toro ex agreſtibus frõdibus humi parato, regium lectum præbet, Imperatorem denique renunciat eum, qui jamjam Orco tradendus fuerat. Hi tui ſunt, ô vitæ rotæ luſus.

Potitus rerum Romanus Diogenes, non reſpondit conceptæ ab Imperatrice, Imperium ſibi donante, ſpei. Quandoquidẽ illa ex condemnato, & jam penè carnificibus tradito, non modò abſolutum ac periculi liberum ac immunem fecit palàm, ſed & tali Imperio eſt dignata: ſperans in omnibus ſeſe exhibiturum obſequentem, ſeque poteſtate functuram. Hic autem intractabilis, animo libero, exiguo tempore, vi naturæ mores ingenitos compeſcens, ſuccubuit Auguſtæ voluntati, ſuſpicionemq; diſſimulavit. Paulò pòſt retectâ naturâ, ſtatim ad ſuum ingenium rediit, ſubjectionemque moleſtè ferens, poteſta-

te re-

te regiâ uti ſtatuit: malè ſe interim Orientis rebus habentibus, ac aliis deſciſcentibus, aliis verò inclinatis ab eo. *Hæc Zonaras & Cuſpinianus.*

At Diogenes Anno Chriſti 1071. miſerando exitu ex hac vita deceſſit. Cùm n. pugnans adverſus Turcas, oblatam pacem ab Aſam Sultano, magnâ arrogantiâ rejeciſſet, ipſumque cum ſuis proficiſcentem aggreſſus eſſet; diremptus noctis crepuſculo, cùm rediret ad ſuos, poſtremæ acies exiſtimantes illum fugere, in fugam ſeipſos irrevocabilem dederunt: quâ benè uſi occaſione inimici, adorti eos, victoriam inſperatam adepti ſunt; quâ & ipſum Imperatorem duxerunt captivum. Habuit illum benignè Sultanus, ſuâ quoque menſâ dignatus. Cùmque aliquando eum intergâſſet: *Quid mihi feciſſes, ſi me in tua poteſtate habuiſſes?* reſpondiſſetque Imperator ſimpliciter, *Multis plagis corpus tuum confeciſſem. At ego*, inquit Sultanus, *tuam crudelitatem non imitabor. Audio namq; veſtrum vobis præcipere Chriſtum, pacem & oblivionem injuriarum, ſuperbisque reſiſtentem, humilibus gratiam dare.* Ac præſtitit ex animo Dux Barbarus, quod promiſit. Nam initâ cum Imperatore pace perpetuâ, & nunquam ampliùs Romanum Imperium à Tur-

à Turcis invadendum fore pollicitus, reliquos etiam captivos omnes relaxari præcepit. *Curopalates & Glycas.*

6. Cladem hanc invidiæ & proditioni ſuorum Ducum, attribuit Manaſſes, inter alia ita ſcribens: At Romanus, ubi tantum ad faſtigium rerum præter ſpem veniſſet, ab ipſo limine primoque curſu oſtendit, quàm virilis animi foret. Non enim corporeis voluptatibus inhiabat, non aureâ purpureâque veſte delectatus, inſtar miſelli vermis, è terrâ paſtum quærentis, vivebat obſcurus, regiis in cubiculis abditus, hoſtes fugiens, prælia detrectans, adverſus improbos & nefaria deſignantes gladium non vibrans: excitato adverſus Agarenos animo, vindice gladio in eos ſtricto, terrâ cadaveribus eorum veluti manipulis conſtratâ, undis eorum ſanguine tinctis, quæ Romanorum fortitudo ac virtus foret, & quos lacertos in præliis haberent, oſtendit. Quodſi ſtrenuum magnanimumque virum invidiæ malum non impediiſſet, nec improbitatis vipera momordiſſet: ne quidem calonum quiſpiam, gladium ejus ultorem evaſiſſet. Sed enim malitiæ ſpina & invidiæ ſtimulus, cũ punxerunt acriùs, quàm quiſquam ſcorpius, ipſis etiam oculis erutis. Erat enim aliàs Romanus à natura ferox, contumax, ſuperciliosũs, faſtuoſus, amans ſui, judicii proprii tenax: & hoc tempore magis etiam purpuræ causâ inflatus erat, quòdque Imperator Romanorum eſſet, animos majores ſumpſerat. Præterea quædam acceſſerat mentis inconſtantia, mores variabiles, erga quosvis tam familiares, quàm alienos & extraneos

neos diffidentia ſuſpicax, quaſi omnes ipſi inſidiarētur. Has ob cauſas gravis & acerbus eſſe videbatur, non optimatibus modò, ſed etiam conjugi, Ducæque liberis. Hinc ſecuti clandeſtini ſuſurri, moſitiones, doli, ſuorum odia, caſſes, laquei, meditantium, quo pacto citra laborem omnem & periculum, Imperatorem hoſtibus proderent. Ejus proditionis poculum Cæſar, Conſtantini Ducæ frater, cujus filius Andronicus id temporis exercituum Dux erat, miſcebat.

7. Et paulò pòſt de prælio inter Romanos & Sarracenos agens, ita ſcribit: Duces utrinq; magnâ irâ concitati proruebant: Mars hominum pernicies, circumcurſitabat undique, cruore reſperſus, & in eo manus abluens; cum quidem integra ſanguinis maria cuperet exforbere. In hoc rerum ſtatu hoſtes Imperator invadebat, latera cædens, perſequens, haſtarum ictibus eorum viſcera paſſim effundens: dixiſſet aliquis, velocem accipitrem, & vitæ avicularum infeſtum, pullos teneris alis præditos, magno cum alarum ſtrepitu involare. Nimirum ardentis preſteris in morem, ex aere nubeque delapſi, in hoſtes videbatur irruere. Manus ſanguine tinctas habebat, dextra & gladius cædes ſtillabant, veſtes cruore cæſorum reſperſas & rubentes geſtabat; perindè ac ſi leo quiſpiam, timidum nactus animal, ejus latera diſcerpat unguibus, & ſanguinem promanantem hauriat, indeque cruentata labia oſtentet. Non centimanus ille Briaréus hujusmodi facinora deſignavit, Sirenum cantus ſuperantia, & Typhonis audaciam. Nimirum cædes Imperator cædibus cumulabat, fortia facta patrabat, indefeſſus adamantis in morem erat. Dum hæc

ita

ita gererentur, ad Romanos victoria poſt tempus haud exiguum pugnatæ jam pugnæ ſpectabat, eisque læto & hilari vultu arridebat: quum ecce barbariſſimus ille livor, & ſcelerata improbitas, & nubes quaſi quædam invidiæ, diem tam ſplendidum deturpat & obſcurat. Nam ubi Cæſar (Ducas nempe) primus initium fugæ feciſſet, univerſi, relicto Imperatore, ſemet in pedes conjiciebant. Hoc modo Imperator denudato graculo conſimilis factus, hàc & illàc circumſpectabat, ſeque ſolum intra laqueos inextricabiles delatum videbat. Secundum hæc, præcipui Barbarorum proceres, in eum ferociter irruunt, unà currentes, alter alterum antevertentes, inter ſe decertantes quisnam ex omnibus Diogenem vivum ſuam in poteſtatem redigeret. Ad extremum, eheu! Barbarorum in manus venit Imperator: leo furentum pantherarum præda & auratas alas habens aquila, capitur à noctuis.

8. Perlato autem de clade nuncio, Conſtantinopolitani mox alium conſtituerunt Imperatorem Michaelem, Conſtantini Ducæ filium; coactamque exulare Eudociam Auguſtam, in Monaſterium detruſerunt. Miſſus verò Andronicus in occurſum Diogenis, eundem captum, nigrâque veſte indutum, ſuper mulum toto illo perlongo itinere perduxit: quem & juſſit novus Imperator oculis privari; ſed vulneribus non curatis, cùm ejus caput intumuiſſet, vermibusq; ſcateret, graveolens,

terri-

terribilis viſu, ut humanum oſtentum expoſitus omnium oculis, finem vivendi fecit: ſufferens hîc pœnas patienter, ne æternas incurreret. In talibus enim & tot anguſtis (inquit Curopalates, dum hanc tragœdiam pluribus recenſet,) nihil unquam nefarii protulit, ſed Deo gratias agere perſeveravit, caſus æquo animo ferens. *Baron Anno Chriſti 1071.*

9. Eâ de re, ita Glycas: Diogenem Andronicus ſecum abduxit, viliq; jumento impoſitum, nullâ morbi, quo laborabat, ratione habitâ, per ea loca traxit, in quibus anteà ceu Deo par cognitus habitusque fuerat. Hoc modo cùm Co-[illegible]ium usq; non ſine maximis doloribus (nam [illegible]ellinorum morbo laborabat, quem è propi-[illegible]râ cicutâ conceperat) delatus fuiſſet: tantis-[illegible] ibi detentus eſt, donec in urbe, quid de ipſo [illegible]ciendum eſſet, decerneretur. Vbi lętam in eum [illegible]ntentiam Andronicus accepiſſet, nec opem ei [illegible]ontifices ferre potuiſſent, ut miſericordiam [illegible]npetraret (à crudelibus enim ſævisque homi-[illegible]bus abripiebatur) oculis effoſſis excæcatur. [illegible]einde ad Propontidem jumento vectus, qu[illegible] [illegible]put è tumore corruptum haberet, oculisque [illegible]n toto corpore putrefactis, vermibus & f[illegible]-[illegible]re ſcateret: miſere vitam finiit, in Prote inſulâ, [illegible]l vere corporis depoſito, ubi novas ædes ex-[illegible]xerat, religioſis exercitiis deſtinatas. Et ad-[illegible] Zonaras: Nam primarii ſacerdotes ab Impe-[illegible]re miſſi, jurejurando confirmârant, nihil eũ [illegible]eſti paſſurum eſſe. Quibus fretus, pullâ veſte

K indu-

indutus, Andronici fidei ſe permittit. Is eo accepto, ubi Cotyaium pervenit, expectavit, dū mandaretur, quid ſibi faciendum eſſet; ægrotante Diogene ex veneno per inſidias, ut putabatur, propinato. Ibi igitur Imperatorio edicto, inſonti ſtatim ſunt effoſſi oculi, primariis quoque ſacerdotibus præſentibus, & hominis calamitatem graviter ferentibus. Verùm nemo eos curabat. Ita luminibus crudeliſſimè orbato, juſtâ curatione non adhibitâ, caput intumuit, & è vulneribus vermes ſcaturierunt, adeò ut ex putrefactione illâ aër circa ipſum teterrimo fœtore compleretur. In tanta calamitate in Protam Inſulam perducitur, in cujus editiore loco Monaſterium ædificârat. Ubi non diu ſuperſtes, corpus terræ reddidit, ab Imperatrice Eudociâ funere ejus ſplendidiſſimè curato.

10. Tradunt Annales, ſub hoc Imperatore Nortmannos, Duce Roberto Guiſcardo, Apuliam Calabriamque occupâſſe. Et cùm Cyriacus Dux exercitus (qui ſummæ rerum præerat) ab Imperatore Diogene miſſus, fruſtrà pertinacibus Nortmannorum armis reſtitiſſet; pulſos & oppugnatos Græcos, Apuliam Calabriamque deſeruiſſe. *Cuſpinianus.*

Eudocia Imperatrix, maritum ſecundum, quàm liberos, imperare maluit. 1.

Patriarcha ambitioſus, calliditate decipitur. 1.

Muliebre, & pupillare Imperium, imbelle eſt, vixque hoſtibus reſiſtit. 2.

Diogenes diro ſupplicio deſtinatus, propter corporis pulchritudinem, ab Imperatrice maritus eligitur. 3.

Diogenes Imperatricem ſponſam deliniens, ejus matrimonio potitus, eidem dominari cupit. 4.

Initia Imperii ſæpe fallunt: non ergò ex principio, ſed conti-

continuata adminiſtrandi ratione, judicare debemus. 4.

Diogenes, parem æquam reſpuens, vincitur, & ab hoſtibus capitur 5. 6. 7.

Sarracenus æquior, & vitæ Chriſti propior eſt, quàm Imperator Chriſtianus. 5.

Invidia ſæpe facit, ut Duces nolint vincere Imperatorem. 6.

Morum Principis in deterius mutatio, omen ruinæ. 6.

Diogenes, ab hoſtibus liberatus, à ſuis miſerrimè occiditur: ſed patientiſſimè tantam mutationem patitur. 8. 9.

Græci, Apuliam & Calabriam amittunt. 10.

XXVI. *Michael Ducas.*

A. C. 1071.

Diogeni ſubrogatus eſt Michael Ducas, Conſtantini Ducæ filius, qui jam antè unà cum patruo, Joanne Duca, & fratribus, Cæſar appellatus erat, ejusque nominis ſeptimus, Parapinaceus, à fame, quę ſub ipſo acciderat, cognomento. *Zonar.* Fuit is homo imbellis, & plus æquo deditus Muſis: Itaque dum Imperii oblitus, litteris operam dat (ſub Michaele Pſello, ſummo, honoratiſſimoque eâ tempeſtate philoſopho; *Cruſius part. 2. lib. 7. c. 6.* nunc grammaticis intétus, verſus componens, nunc more Rhetorum declamitans) Alpaſel Turcarum Sultanus, Græcas opes armis invaſit, magnosque in Aſiâ minore, & Syriâ, progreſſus fecit. *Turſellin. in Henr. fol. 261.*

2. De eo ita Manaſſes: Michaelus terroribus & periculis liberatus præſentibus, Imperioque jam tranquillo potitus, bellicos tumultus, armorum geſtationes, claſſica militaria, labores, pericula, ne per ſomnum quidem imaginabatur aut tractabat: ſed libris incumbens, totas noctes inſomnes exigebat. Alius ſcilicet Demoſthenes quidam erat, aliúsve Didymus Alexandrinus, cognomento Chalcenterus; ſic aheneis ab inteſtinis nuncupatus: propterea quòd mirificam è literarum ſtudiis voluptatem capiens, in multos dies cibis caruerit. Eam ob rem accidit, ut Barbari paſſim irruerent, ac undiq; rurſum procellæ ſe commoverent, gravesque turbas & ſtrepitus excitarent.

3. Cùmque Turci viderent, fœdera pacis inita cum Diogene, prorſus in irritum recidiſſe, quemque ſuam in poteſtatem redactum magno in honore habuiſſent, eum à Romanis crudeliter interfectum eſſe: magnis cum copiis è Perſide profecti, provincias Romanas invaſerunt. Ea re motus Michaelus, etiam ipſe conſcribit exercitum, cui prætorem dat Iſaacium Comnenum, qui profectus in hoſtem, commiſſo cum Turcis prælio, captivus abducitur, omnesque copias amittit. Imperator accepto infelicis pugnæ nuntio, non poterat non ille quidem mœrere; totus tamen non emendabatur, ut qui tanquam mancipium aliquod Nicephori (Eunuchi, qui ob ſexcenta flagitia, ſolum antè vertere juſſus, nunc à Michaele revocatus fuit) conſiliis & auctoritate duceretur. Cùm Iſaacius pretio numerato redemptus fuiſſet, Iohannes Cæſar, ejus loco Dux copiarum eſt delectus. Neque vero verbis exponi

exponi poteſt, quantæ Romanis ex hac Turcorum incurſione calamitates acciderint. Nam ipſe quoque Cæſar in hoſtium poteſtatem venit, quumque jam vinculis ſolutus, Imperatori ſuſpicionis aliquid de ſe præbuiſſet: raſis crinibus in regiam ſe contulit. *Glycas.*

4. Atque hæc erant illa præclara Nicephoritæ facinora, (ita pergit Glycas) qui reliquas inter improbitates, etiam ſingulari ſollicitudine lucris inhians, ut in excogitandis malis fœcundiſſimus, quo annonæ caritas exiſteret, produravit. Etenim ubique locorum prohibebat, ne qui mercatores annonam venderent: atque interim ipſe ſolus juxta Rhædeſtum. fundace monopoliumque conſtituerat. Vnde factum eſt, ut Imperator Michaelus cognomentum quoddam acciperet, ac Parapinaces nuncuparetur, propterea, quòd eo tempore modius, pinace dempto & detracto, aureo numo venderetur. Cùm autem Michaelus Imperium negligenter admodum & pueriliter adminiſtraret, Serviorum quoque regiones molitæ defectionem, adverſus ipſum insurrexerunt: itidem Franciæ (Italicæ) Imperium detrectârunt, ſuique juris factæ ſunt. Secundum hæc, Conſtantinopoli nata eſt avis tripes, & puer, qui unum in fronte oculum, & crura pedesque hircinos habebat. Eodem tempore pestis adeò gravis extitit, ut mortuorum cadavera sepeliri non poſſent. Verùm ne hæc quidem eorum, qui rebus præerant, injuſtitiam & rapacitatem inexplebilem compeſcere potuerunt, extendentem porrò ſe ad ipſas etiam ſacras ædes. Nam ab hoc tempore ſupellectilem ſacram pretioſaque vaſa tolerare non poterat homo, qui

ſcribere ambos cuperet, æternùm duraturos, quũ autem ipſam ne primoribus quidem labris degustâſſet: utut ei Pſellus illuderet, à quo rationem ſcribendi poemata percipiebat.

5. Cuâ occaſione autem Imperium amiſerit hicce Michael, ita refert Manaſſes: Erant ergò querelæ graves de Imperatore, cunctis cum dolore videntibus, res Romanas non tantùm in genua, vel ipſum in os collapſas: verùm etiam planè diffluentes ac marceſcentes. Tandem magno quidam principeque loco natus, jam provectâ ætate, Neſtori Pylio æqualis, cui nomen erat Nicephorus Botaniates, vir bellicis in rebus experientiſſimus, toto paſſim corpore cicatrices ferens; uti qui à puero multis in præliis fortiter cum hoſte pugnâſſet, jamque Mavortias Olympiades complures attigiſſet. Hic ergò tandem manum ſibi quandam opitulatricem adjungens, Nicæam occupat, & literis ad Imperatorem perſcriptis hortatur, ut volens Imperio ſibi cederet, absque ſanguinis effuſione; ac vitam ipſe, bellorum præliorumque rudis, quietam, & à negotiis immunem ageret. Quid multis rem commemorem? Byzantinam urbem Botaniates occupat, & purpurâ quidem ipſe, auro intextâ & diſtinctâ exornatur: Michaelus autem, non ita pridem Imperator, in monaſterium detruſus, veſtitu nigro induitur.

Michael Ducas, vitrico Diogeni ſuccedit: ſed ob amorem literarum, Imperii curam negligit. 1. 2.
Turcica excurſiones, in provincias Romanas. 3.
Eunuchus Nicephorites, Imperatoris primarius Conſiliarius, eundem prodit. 3. 4.
Eunuchi exactiones. 4.

odigia, infelicitatis ſeculi prænuntii. 4.
ap. ineptus litterator, Imperium negligit. 4.
ichael fit Monachus, Imperiumq́; Nicephoro cedit. 5.

XXVII. *Nicephorus Botoniates.*

A.C. 1078.

NIcephorus, cognomento Botoniates, tyrannicè ſibi Imperium vendicans, non ſolùm Michaelem unâ cum Maria Auguſta, conjuge, filioque Conſtantino porphyrogenneta, in Monaſterium relegavit, ſed & primum illud liberalitatis ſpecimen edidit, ut quicquid fiſco deberetur, id in univerſum citra exceptionem aboleret, ac novas tabulas illuſtri Edicto inſtitueret. *Zonaras.*

2. Cùm autem Botaniatæ uxor obiiſſet, multæ virgines, quamvis effœto Imperatori, offerebantur; ac præ cæteris Conſtantini Ducæ filia Zoe. Verùm illi placebat, aut Imperatricem Eudociam ducere, aut Mariam deceſſoris ſui conjugem. Miſit igitur ad Eudociam, quæ cùm (ut fertur) conjugium non recuſaret, monachis quibusdam vetantibus, Mariam Imperatricem ducit, in quo nihilo rectiùs fecit, quàm ſi Eudociã accepiſſet, aut deteriùs etiam. Id enim facinus, impudens erat adulterium. Ille certè, qui ſacrum nuptiale peregerat, ſacerdotio excidit. Michael verò pridem Imperator, tonsâ comâ, ut dictum eſt, Concilii ſuffragiis, Epheſi Metropolitanus eſt creatus, & cùm ſemel eò veniſſet, reverſus,

in Manuelis Monaſterio vitam egit. Poſt amiſſum à Botaniata Imperium, à Maria Imperatrice, & ipſâ jam Monachâ factâ; moribundus veniam ſuppliciter rogatus, ignovit mulieri, ac DEVM rogavit, ut itidem ei ignoſceret. *Zonaras.*

3. Quâ de re ita Manaſſes: Botoniates ille, multo ſenio gravis, non ſui tantùm, verùm etiam provectæ ætatis oblitus, anteceſſoris Michaeli conjugem legitimo ſibi matrimonio copulat; ſenex mulierem teneram & delicatam, capularis & funeri deſtinatus, vegetam atque juvenem. Cùmque ſortem ſuam ægrè moleſtèque ferret ac deploraret Michaelus, Epheſinæ urbis paſtor ab Imperatore conſtitutus eſt. Secundum hæc Nicephorus, omiſſis laboribus bellicis, auro gravis ſedebat, ornatus veſtimentis, quæ aureos quaſi quoſdam rutilantesque radios de ſe ſpargebant, felicem beatamque ſenectam, lavacris, & conviviis, ac voluptatibus fovens. Non abs re quis dixerit, eum fuiſſe cõſimilem cygno alis aureis exornato, & affabrè pictum referenti, qui jam moriturus, & obruendus ſepulchro, hilaritati ſeſe dat, & vitæ ſtudio tenetur. Quippe ſenecio delicatæ vitæ ſemet addicebat, luxui deditus, ac planè voluptarius. Interim publicorum negotiorum procurationem committebat hominibus, linguas barbaras uſurpantibus, rectè loqui neſciẽtibus, totos dies in crapulâ & ebrietate conterentibus: quorum & familiæ, & parentes, avi maximè, ſerviles erant, tam animo quàm judicio barbariſſimi, linguis Scythicis, intellectu pronunciatuque difficilibus, garrientes. Quibus ſanè Remp. adminiſtrandam credens, non aliter agebat, ac ſi quis ingentem navem onera-

nerariam, gubernatoribus imperitis, ineptis, nullius uſus, committat.

4. Quòd verò Michael cum Latinis communicaret, dignum viſum eſt Gregorio Papæ, ut Nicephorum ob pulſum Michaelem, Eccleſiaſtico banno notaret. *Spondan. Ann. Chriſti, 1078. num. 4.* Et etiam Anno Chriſti 1081. ipſe Michael in Monaſterium detruſus, indeque Epheſinus Epiſcopus creatus erat: fugâ elapſus contulit ſe in Italiam; à Pontifice atque Nortmannis, ut in Imperium reſtitueretur, ſuppetias poſtulaturus. *Spondan. d. An. n. 10.*

5. Certè jam anteà Michael, Conſtantinopolitanus Imperator, cùm accepiſſet, defuncto Alexandro Papâ, Gregorium in ejus locum eſſe ſuffectum; mox ad eum gratulatorias literas dedit, plenas dulcedine dilectionis, & eâ, quam Romanæ Eccleſiæ exhibebat, non parvâ devotione: Eâque occaſione captatâ, ipſe Gregorius componendi ſchiſmatis, quod tunc inter Latinos & Grecos vigebat, ad eundem Imperatorem cum literis Dominicum Patriarcham Venetum miſit, *Baron. A. C. 1073. n. 49. & ſe.* Sed is, quid hac legatione actum ſit, incompertum ſibi eſſe tradit.

6. At Nicephorus, poſt ſuperatos diverſos ſurgentes Tyrannos, tandem quæ fecit, & ipſe paſſus; ab Alexio Comneno in Monaſterium, more Græcis ſolenni, detruſus fuit. *Spondan. Anno Chr. 1080. n. fin.*

7. Quâ de re ita Glycas: Poſteaquam Imperium nactus fuerat, propemodum quosvis circumforaneos, & ex infimæ plebis fæce delectos, illuſtribus officiis præfecerat: interim ipſe conversus ad quaslibet animi relaxationes atque voluptates, omnem de Imperio curam ſollicitudinemque depoſitam, mancipiis ſuis commiſerat. Quæ res effecit, ut omnes in eum ſæviùs inſurgerent, præſertim ex illius genere, qui Remp. ante ipſum geſſerat, Iſaaci nimirum Comneni, Alexius & Iſaacius. Horum alter Alexius, Imperatore deſerto, contractisque non parvis copiis, urbem Imperatoriam occupavit, intromiſſus à Nemitzis (hoc eſt, Teutonibus, quos Sclavorum lingua Nemitzos vocat) qui ad Charſiæ portam excubias agebant. Paria ferè habent Zonaras ac Cuſpinianus: & Anna, hujus Alexii filiá, quæ patris res geſtas pluribus libris deſcripſit. Imploraverat ſcil. quidam eloquens, & benè moratus vir, auxilium Roberti Guiſcardi, in Apulia: ſe Michaelem Parapinacium profitens, Imperio injuſtè, à Nicephoro Botaniate ſpoliatum. Collegit Robertus copias, ejus reſtituendi causâ: Botaniates etiam copias contrà paravit, Duce Alexio. Alexius verbis & muneribus exercitum ſibi concilians, eisque ſtipendia negari, à Nicephoro mentiens: ita ab ipſis Imperator factus eſt, & urbem diripuit (ſævitiâ & libidinibus triduum durantibus) feriis paſcalibus. vid. Cruſium part. 2. lib. 8. cap. 5.

8. Hoc tempore, Venetiis Dux præerat, Dominicus Sylvius: qui habebat uxorem, Nicephori hujus filiam (aut ſororem) venuſtiſſimam & ſupra modum delicatam, ac delitiis exquiſitiſſi-

mis

is deditam. Nolebat ea communi aquâ ſe ab-
i, ſed rore cœleſti: quem ſervi ejus quotidiè
olligebant magno labore: ex eoque, artificio-
a balnea conficiebant. Cibos tangere nolebat;
ed minutiſſimè conciſos, aureis furculis aut fi-
ſtulis abſorbebat. Cubiculum & veſtes ejus, o-
mne genus aromatum,&thymiamatum,redole-
bant. Dominus verò cœlorum,tantò ipſam fœ-
tore infecit: ut eo & cubiculum, & tota Aula,
compleretur. Adeò, ut nemo ſervorum & ancil-
larum, ferre poſſet: niſi fortè ancilla viliſſima,
nec ſine odoramentis. Ita diu excruciata, tan-
dem miſerabili exitu conſumpta eſt. *Bergom. ex Petro Damiano, & Vincent. Gallo.* Viderique exindè
poteſt,quanto tunc Græcia luxu laboraret; cùm
Imperium viciſſim,pedetentim diminuebatur.

Nicephorus Imperium adeptus,omnes fiſci debitores,obligati vinculis liberat. 1.
Anteceſſoris ſui,adhùc viventis,conjugem ducit. 2. 3.
Turpis eſt ſenilis amor etiam legitimus. 3.
Nicephorus Reip.curam negligit: & viliorum conditionis hominibus eam credit 3.
Michael ex Imperator, Monachus factus,in Italiam fugit: & Nicephorus à Pont.Romano excommunicatur. 4.
Tentata Eccleſia Latina,& Græca pax. 5.
In Monaſterium detruditur Nicephorus. 6, 7.
Plerumque qui Remp. vel non intelligunt, vel negligunt; eam vilioribus hominibus gerendam committunt. 7.
Græcia luxus. 8.
Creſcente luxu,diminuitur Imperium. 8.

XXVIII. *Alexius Comnenus.*
A.C. 1080.

1. Alexius autem Comnenus, quem ali-

qui MEGA dicunt; alii NOVELLOSIMOS cognominant, filius fuit Iſaacii Comneni Imperatoris. Is itaque regium diadema ... accepit. Secundus honor Iſaacio ... itur, fratri majori natu, novo ipſi impoſito SEBASTOCRATORIS, ... æſaris nomen ſuperaret. At ma... ... um inſignia non ſuſcepit, quòd ... chico habitu eſſet induta: ſed nec ... ationes nec acclamationes; ſolo re... nomine contenta. Omnem porrò ne... otiorum adminiſtrationem gubernavit ... ſa. Coronavit autem & conjugem Irenam, Auguſtamque appellavit. Hæc erat neptis Cæſaris, Johannis Ducæ. Maria verò Alana, prior Imperatrix, cum filio Conſtantino, quem Michaeli Ducæ in Porphyra genuerat, & pariter infantulum adhuc coronaverat, talaribusq; purpureis induerat, ex regia pergit in Manganorum palatium: ubi & ipſa Monaſterium ſtruxerat, & Botaniates cum aureâ inſcriptione, illic ſanè degebat cum filio, ... Imperatorio famulitio. Nam puer ... iis adhuc erat amictus inſignibus, & ... abatur ab Imperatore, ac aureas lite... ... um eo ſubſignabat. Poſt aliquod tempus,

, mater nigris induitur veſtibus per
nachos, volens quidem. Puerque pur-
eis exuitur talaribus, ſolique Comne-
appellatio ſimul, & Imperii admini-
ꝛtio relinquitur. *Hæc Cuſpinianus, & et-
n Zonaras.*

2. Anno ſtatim ſecundo Imperii, Ro-
rtus Guiſcardus, Apuliæ Dux, Grego-
o P. M. adhortante, copias in Orientem
ajecit; & cum quindecim millibus ar-
natorum, inſigni prælio Alexium Impe-
atorem ſuperavit: qui adverſus eum cum
entum ſeptuaginta millium proceſſit:
& majora etiam perfeciſſet, niſi contra
Henricum IV. Imp. ab eodem illo Ponti-
fice in Italiam revocatus fuiſſet. *Spondan.
Anno Chriſti 1081. n. 5.*

3. Aliter quidem, hanc rem narrat Cuſpinia-
nus ex Zonara, qui ait: Comnenus recens poti-
tus rerum, nunciatâ Roberti Franci, viri callidi
& bellicoſiſſimi, contra Epidamnum expeditio-
ne; & ipſe illuc profectus, commiſſoque prælio,
victus, turpiter fugit, multis non gregariis mili-
tibus duntaxat, ſed viris etiam dignitate præ-
ſtantibus, & regii ſanguinis interfectis, totiſque
caſtris captis ab hoſtibus. Cumque Imperator
Byzantium victus rediiſſet, Barbari victoriâ in-
flati, confidenter omnes invaſerunt, & oppida
quædam ceperunt; ut Caſtoriam & Lariſſam,
Imperatricis quoque urbis excidium ſomnian-

K 7 tes.

tes. Verùm Imperator denuò eductis copiis & Barbarico præſidio Caſtoriâ pulſo, contra Robertum abit, ejusque calliditatem arte eludit. Nam fratri Adriano, habitu Imperatorio accommodato, exercituque dato, mandat, ut contra Robertum in procinctu ſtet, eoq; pugnam cientete, tergo dato fugiat: ipſe verò cum reliquo exercitu per ambages & invia loca vallum Francorum aggreſſus, tentoria eorum diripit, magnamque cædem edit. Roberto autem in fictitium Imperatorem impetum faciente, ille cum ſuis, laxatis habenis fugit. Qua de causâ, Barbarus magis etiam gloriabatur, & inſoleſcebat, quaſi nemo congredi ſecum auderet. Interim verò nunciatâ valli vaſtatione, & interitu eorum qui illic fuiſſent, ſtatim & animis & manibus dimiſſis receſſit. Sed magis credendum eſt Leoni Oſtienſi, Guiſcardi æquali, *l. 3. cap. 48. in fin.* ubi ita ſcribit: Hoc anno Robertus Dux, cum quindecim millibus armatorum tranſito mari, Thraciam debellaturus ingreditur. Adverſus hunc Alexius Imp: cum centum ſeptuaginta millibus pugnatorum, ad prælium exiens, ſuperatus eſt. Sunt & de his literæ prædicti Gregorii Papę, quibus eidem Roberto Duci de adeptâ victoriâ gratulatur; cùm anteà ipſe eundem Pontificem, & populum Romanum de his omnibus certiorem feciſſet. Robertus autem, ubi nunciatum eſt, ipſum Gregorium obſideri ab Henrico, in munitione S. Angeli; relicto cum exercitu filio Boamundo in Oriente, ad propulſandum Henricum Germanię Regem, eſt reverſus in Italiam, atque eundem fugavit, ut idem Leo teſtatur, *d. lib. 3. c. 52.* Huc etiam alludit Epitaphium ipſius

Guiſcar-

Guiſcardi, quod Baronius habet Ann. Chr. 1085. *ad fin.*

Hic terror Mundi Guiſcardus. Hic expulit urbe,
Quem Ligures Regem, Roma, Alemannus, habent.
Parthus, Arabs, Macedumq́; phalanx, non texit Alexim,
At fuga. Sed Venetum, nec fuga, nec pelagus.

4. De hujus autem Guiſcardi filio Baimundo, ita Zonaras, *in vita Alexii:* Vnus porrò ex Latinis ab Occidente in Orientem profectus, Rumperti filius, nomine Baimundus; ſervitium ſuũ Imperatori obtulit, & pactis jurejurando firmatis, acceptâque pecuniâ ferè innumerabili, captâ Syriacâ Antiochiâ, non modò pacta & conventa violavit: ſed & de bello Romanis inferendo cogitavit. Enimverò reditu in Occidentem deſtinato, metuens, ne in tranſitu Romanarum provinciarum, à prætore aliquo prehenſus, ad Imperatorem in vinculis, ut homo fœdifragus, perduceretur: quid facit? Rumorem de ſuo obitu ſpargendum curat; & ciſtę impoſitus, famulis mandat, ut cadaver ſuum domum ferri dicant. Hoc aſtu in ſuum regnum reverſus, & multum de Imperatore conqueſtus, multos popularium ad ſumenda contra Romanos arma concitavit, eorumque Dux creatus, ſuperato mari, Epidamnum magno ſtudio capere cõtendit. Cùm autem obſidio traheretur, civibus magnis detrimentis illatis, nec paucioribus acceptis, expugnatione deſperatâ, ad alia loca æquè irrito conatu progreſſus, denique pacem per legatos ab Imperatore petit, Theſſalonicæ tum agente: qui inde digreſſus, juxta Coloniam Europæam vallum munivit, ibique cum Barbaro de pacis conditionibus transegit.

5. His-

5. Hujus quoque Imperatoris invidia multum nocuit Latinis, ad recuperandam Palæſtinam in Aſiam tendentibus: qui palàm cũ Latinis amicitiam ſimulans, clàm verò Turcis favens, multarum Latinis cladium & miſeriarum cauſa fuit. Quæ ſingula pluribus deſcripſit Conradus Abbas Urspergenſis, qui cum eadem expeditione Hieroſolymam eſt profectus. Undè Baronius, *Anno Chriſti 1118. n. 3. &c.* eum Eccleſiæ Latinæ communioni conjunctũ fuiſſe, tradit: licet invidens gloriæ Francorum, eorum contra Sarracenos & Turcas, non impediverit ſolùm conatus: ſed & contra eos, cum Chriſtianæ fidei hoſtibus inierit fœdus. *Spondan. d. A. num. fin.*

6. Græcos verò, tum temporis, ipſi Pontifici minùs faviſſe, pateſcit paſſim ex hiſtoria Annæ Comnenæ, ubi inter alia ſcribit: fruſtrà gloriari Latinos: præſidere Papam toti terrarum orbi. Cùm enim ſceptrum, totaque Imperii adminiſtratio, Conſtantinopolin translata ſit; eódem quoque Throni Eccleſiaſtici prerogativam trãslatam eſſe: præſertim, cùm idem etiam Carthaginenſi Synodo placuerit; ut omnes totius orbis Eccleſiæ, novæ Romæ ſedi ſubjectæ ſint. Sed Cõnenam impugnavit Iacobus Gretſerus, in libro, *Brevis refutatio Alogiarum Annæ Comnenæ*, inſcripto &c. Et verba modò allegati Vrſpergenſis, ita ſe habent. Alexius Imperator Conſtantinopolitanus,

ſuper.

ſuper Barbaris prædonibus, per majorem jam regni ſui partem diffuſis, non paucas epiſtolas Vrbano Papæ direxit, quibus in defenſionem Orientalium Eccleſiarum, ſe non ſufficere deploravit; obteſtans totum, ſi fieri poſſet, Occidentē, qui jam ex integro Chriſtianâ profeſſione cenſeretur, ſibi in adjutorium advocari: promittens per ſe cuncta neceſſaria præliaturis terrâ mariq; miniſtrari. Et pòſt: Fictis omninò beneficiis, Alexius Imperator, tantos ſibimet heroas amicavit: poſteà verò ſacramentis tortis, ne regno ſuo vim inferrent, conſtrinxit; quāvis conſtet, quòd dum moram ibidem primæ quoque cohortes, alias adventantes exſpectando facerent, dolis eos interfeciſſent, niſi Gotefridi Ducis ſolertia, ſuper gregem Domini, cautiùs vigilâſſet. Item poſteà: Dum poſt Vngaros, tergo relictos, in Bulgariæ civitatibus hyemarent, numero rareſcere cœperunt, tandemque Conſtantinopolim pervenientes, in alteram ripam (illud enim beneficium maledictus Alexius peregrinis accelerare ſolet) tranſpoſitæ ſunt, imò Paganorum ſagittis expoſitæ. Turci enim exploratâ Longobardorum inertiâ, ſtipularum eos terebant more, in tantum, ut exercitus Teutonicus, qui eâdem viâ ſubſecutus, circa Iunii Calendas, ad eādem Metropolim pervenit; quid de præcedentibus ſe geſtum ſit, nullo modo, utpote nullo ſuperſtite de Romania redeunte, poſſet inveſtigare. Ab ingreſſu quippè, vel primâ civitate Bulgariæ, usque ad ſedem Alexii, ſemper nobis ejus pacifici nuncii occurrebant; qui tamen aliquādo nos præcedentes vel comitantes, favillarum evaneſcentium more diſparebant. Militum etiam

jam ſuorum, quos Pincinatos vocitant, exercitus nunc nobis à tergo damnum intulit, nunc à latere vim inferre, nũc à fronte directâ acie manum conferre, nunc per noctes caſtra irrumpere diſpoſuit: ſemper tamen nobis per 20. dies, vicinus & infeſtus fuit. Donec ſtatione fruentes prænominatâ, cum turma Welphonis Ducis, exercituque Willehelmi, diverſis quoq; quotidiè confluentibus copiis, per dies 15. ad centum millia congregamur. Ex quibus omnibus ſingularum turmarum Principes, Alexius more ſuo ſub appellatione filiorum ſuſcepit, eisdemq; poſt manus acceptas, ſacramentaque firmata, ſicuti prioribus exercitibus munera diſpertivit: pauperibus verò, extra civitatem Eleemoſynam largiri, mercatumque parari præcepit Nam obſiſtente ſuſpicione, pauciſſimis perſonis, & ipſis precio furtimque, cujusdam urbis vel caſtri ſive munitionis, per totum Imperium ejus, permittebatur ingreſſus. Quâ etiam causâ, dum Wilihelmus cum exercitu per mediam Hadrianopolim, quà regia ſtrata ducit, tranſire prohiberetur; Aquitani mox genitali tumeſcentes faſtu, ſymbola cõclamant, ſuburbana ſuccendunt, civitatem invadunt, cujus oppùgnationi dum acriter inſiſtunt, Pincinatorum exercitum (qui ſemper, ut præmiſſum eſt, iter ipſum, Cæſaris juſſu obſervat) à tergo ſuſcipiunt, quibus congreſſi multos ſternunt, multos amittunt, tandem viâ dudum contemptâ vadunt. Igitur totus ille, tantusque populus, per Romaniam iter dirigere diſponebat; neceſſaria ſibi quisque, per deſerta coemebat, ultra brachium illud maris, quod S. Georgii dicitur, tam compulſi quàm voluntarii transvehimur:

himur: ſed quotidiani Principum conventus, quotidiana etiã ipſorum cum Imperatore colloquia, quem finem ſint habitura, penduli nimis operimur. Sed ecce ſubitò murmur exoritur, inviſum Imperatorem, Turcorum potiùs quàm Chriſtianorum parti favere, exploratisq; quæ circa nos erant, frequentibus illos contra nos nunciis animare. Hic eſt, inquiunt, perfidus ille Alexius, qui Domino ſuo M. per quorundam Alemannorum conductioſorum auxilium depulſo, Imperium ejus uſurpavit, ipſosque ſui ſceleris cooperatores exilio damnatos, necari fecit: nuncque ſe tanti facere dicit Francos cum Turcis preliantes, quanti canes ſe invicem mordentes. Ita videmus, & jam olim apud Græcos, Rationem ſtatus favori Chriſtianæ Religionis prævaluiſſe. Sed quo id factum fuerit effectu, ſubſequentia docebunt.

7. Eã de re ita Cruſius, *part.2.lib.8.c.14.* ſcribit: Imp. Alexius, cùm parũ fideliter adverſus Francos egiſſet; & tamen potentiæ eorum cedere cogeretur: Gotfridum, exercitus Imperatorem (dato antè, Ioanne Porphyrogenneto filio ſuo, illis obſide) ad ſe venire voluit. Quo veniente, cum præclaro comitatu; in ſplendore precioſarum veſtium (ut loquitur Hieroſolymitani Chronici incognitus Auctor, Reinero Reineccio, primus in lucem prolatus) veſtium ornatiſſimarũ, inquam: tam ex oſtro, quàm aurifrigo, & in niveo opere armelino, & ex mardrino griſioque, & vario (quibus Gallorum Principes præcipuè utuntur) vehementer admirans, honorem & decorem illorum, primum Ducem oſculo benignè ſuſcepit, [illegible] univerſos primates & collaterales

rales illius, pacis oſculo honorare, non deſtitit. Sedebat autem Imperator, more ſuo, potenter in throno Regni ſui: non Duci, non alicui, aſſurgens ad porrigenda oſcula. Sed flexis genibus Dux Godefridus incurvatus eſt, & ſui; ad oſculandum glorioſiſſimorum Imperatorem. Qui eum, in filium adoptivum ſuſcepit, ac Dux non ſolùm filium, ſed etiam vaſallum, ſe & ſuos, ejus Majeſtati ſubjecit, ὁμέστιός τε, καὶ ὁμοτράπεζος (ut Comnena loquitur) γινόμενος. Eos omnes Imperator, donis auri, argenti, oſtri, mulorum & equorum, inæſtimabilibus affecit. Redierũt ipſi in caſtra: & filius eſt Imperatori remiſſus: atque commeatus exercitui venditus. Tùm, amicè Ducibus & exercitu abſcedere permiſſis; Chalcedonem, & in Bithyniam verſus, trajectio copiarum facta eſt. Venit poſtea Boemundus quoque cum exercitu; qui & ipſe, Imperatoris Homo (Ligius, ſeu vaſallus) factus eſt.

8. De moribus autem Alexii poſt Zonaram ita Cuſpinianus: Cæterùm hic Alexius, vir erat nec arrogans nec faſtuoſus, nec animo præceps. Sed nec ingenti tenebatur pecuniæ cupiditate. Quantum enim aliis impertiri aut diſtribuere voluit, tantum amabat. Ideò theſauris aut congregandis aut defodiendis, non magnoperè ſtuduit. Vndè mortuo eo, non multa à quæſtoribus inventa ſunt. Orphanis multum & ſenibus afficiebatur. Ob id Orphanotrophium, & Gerocomium extrui fecit, additis multis poſſeſſionibus atque impenſis, magnamque ſenum ac ægrorum vim impoſuit. Sed & monachorum, monialiumque habitationes ædificavit. Muséum item literarum extruxit; ubi orphani à Præce-

ptori-

ptoribus inſtituebantur: quibus magiſtros addidit ac pædagogos, cibi alimentum, ſumptus, & neceſſaria tam docentibus quàm diſcentibus, pro liberalitate ſubminiſtravit: licet literas non, ut decebat talem Principem, ſciverit, tametſi decenter honoraret profeſſores. In miſericordiam pronus, ad ſupplicia non præceps, moribus moderatus, in victu lautus, non profuſus, nec vino victus: prorſusque favit iis, qui vitam in virtute exigerent; quibus & honores effuſè eſt largitus. Iis verò, qui circa ipſum degebant, indulſit nimium, adeò ut quandoque abeſſent, quum minimè deceret, abſente ſcilicet Imperatrice. Illâ enim præſente, frequentiores diligentioresque erant. Nam ſeveriùs, ac magis regiè cum illis agebat ipſa, parùm ſedulos vehementiùs puniēs. Et quanquam iis moribus eſſet decoratus, nihilominus in iis, quæ ad Imperatorem ſpectant, viſus eſt plerumque negligens. In juſtitiæ ſcilicet adminiſtrandæ cura, ac ſubditorum providentiâ, & veterum morum in Rep. conſervatione. Cognatis & miniſtris quibusdam (totis, ut ajunt, quadrigis) publicam largitus eſt pecuniam, pinguesq; cenſus annuos: adeò ut ampliſſimis locupletaret divitiis, & miniſteria illis pararet; Reges magis quàm privatos decentia. Qui domos poſſidebant magnitudine urbibus pares, nec magnificentiâ palatiis inferiores. Reliquis verò generoſis, non ſimilem exhibuit favorem.

9. De eo etiam, ita Zonaras: Ipſe uno die in magnam urbem pervenit; eoque convaleſcente, rerum adminiſtrationi intentus fuit, plerumque in Philopatio degens, eâ ratione initâ, ut

certis

certis diebus in amplam planitiem proſpectans, ibi publicè pro tribunali ſederet, liceretque omnibus ei porrigere libellos ſupplices: quos ante ſe depoſitos à Notariis legi, & cujusque petitionem indicari, ſtatimque reſponſa ſcribi, eaque confirmata ſupplicantibus reſtitui juſſit.

10. De ejus autem exactionibus ita Glycas: Cùm ille bellis exhauſtus, impenſarum egeret: pecuniæ colligendæ rationes ab æquitatis legibus abhorrentes excogitavit. Hinc ſecutæ poſſeſſionum ubivis ſitarum deſcriptiones, hinc vulgares illæ appellationes hypertimorum & hyperpleorum excogitatæ: quaſi ſupercenſa & redundantia dicas. Aliàs, alii denique vexationum modi, ſubditorum exhauriendorum causâ, reperiebantur. Quâ de re ita Cuſpinianus: Indè Imperator, expenſarum indigus, modos inſolitos comparandæ pecuniæ inveniebat: iniquos ſcilicet creditores contra quosdam inducens, qui ſuas illis res auferrent, cùm eis nihil deberetur. Indè apographi ubique, in agris ac territoriis diverſis litigantes, poſſeſſionibus abigebant. Sed & novationes nominum excogitavit plurimas, & iniquiſſimas. Aliique ſuper alios violentiæ & injuriarum modi in homines excogitati inducebantur. Sacra quoque ex Templis ſunt detracta. Hic Imp. inſuper, præter ſuos anteceſſores, adulterato numiſmate, æreum exhibuit, quo in expenſas Imperii utebatur. Tributa verò in auro exigebat probiſſimo. Alicubi verò, & per alios, aureos ſed ſemiaureos, ſed & æreos numos expendebat. Vndè ære indigens plurimo, obulos quoque in numiſma tranſcudit. Tum quædam ærea publica opera conflavit, ac in

ac in ſtateres (numi hoc genus eſt) effigiavit, ut ſic dicam. Novas quoque decimas dehinc cepit. Quæ & Zonaras habet.

11. Hicce Imperator, ne quidem donariis ſacris, aliisque Deo dicatis rebus pepercit, quod ipſemet fatetur, ſerioq; emendari ſategit in ſingulari hac de re edita Aurea Bullâ, quæ extat in Corpore Iuris Orientalis, ac quoque in Bibliothecâ Sanctâ; quam & Annalibus ſuis inſeruit Baronius, *ſub Anno Chriſti 1082. n. 10 &c.* ubi inter alia ita loquitur Imperator: Variæ multiplicesque negotiorum circumſtantiæ, dum ubique publica exhauriuntur æraria, paſſimque hoſtium incurſionibus patet aditus, tranquillum Imperii noſtri ſtatum repreſſerunt. Cùm primumque adeò Imperatoriæ faſtigium majeſtatis conſcendimus, nos à tergo illa malorum myriecia inſecuta eſt. Ex quo evenit, ut in ſummam rerum anguſtiam adducti, iisque omnibus exuti, quæ [illegible] aliorſum adjumentum aliquod afferre poſſent, tandem vel ſacra divinaque Dinodia contingere, usque noſtram ſolari inopiam ſtatuimus. Quod certe fecimus in plerisque ſacris divinisque Eccleſiis admiſſum eſt, nec ſacrorum donariorum pauca in publicos ceſſerunt uſus. Neque eo quidem adacti ſumus, ut quicquam moliremur, vel in DEI contumeliam, & contemptum, vel in eorum deſpectum, quæ illi pia conſecravit antiquitas (quod tamen DEVS ab omni animo Chriſtiani hominis amantiſſimo arceat) ſed urgente temporum neceſſitate, atq; etiam conſilio noſtro, quod medio ſe operi immiſcuit. Imperatoriæ enim Majeſtatis noſtræ animo viſum eſt, nullâ DEVM irâ inde percitum iri,

iri, ubi mens malè conſcia, nullius criminis agentem reum coaigueret. Cùm autem, quicquid in Imperatoris ærariis ſupererat, exhauſtū & inſumptum eſſet, nec in ullos uſus neceſſarios ea ceſſiſſent, quæ à ſanctis extorſeramus Eccleſiis: tum verò conſilium omne noſtrum, tot undique periculis Romam circumvallantibus, inverſum & labefactatum eſt. Quocircà plerisq; in locis hoſtium noſtrorum cornu exaltatum eſt, noſtrique adeò Imperii naviculæ naufragiū imminet, niſi præpotens DEI virtus, iis quibus aſſolet judiciis illam vindicet, procellamque ipſam in auram convertat. Itaque Imperatoriæ Majeſtati noſtræ, majore curâ diſquirendum & inveſtigandum eſſe viſum, quid tandem ſit illud, quod tantam DEI iram concitavit, violentumque ejus furorem in nos exacuit. Præterea cum viris Divino maximè ſpiritu afflatis, de re ipſâ conſilium iniit. Et poſteaquam certior ab illis facta eſt, ſatis eſſe cauſæ, cur in nos ira divina excanduiſſet, quòd profanis manibus ſacra venerandaque ſanctarum Eccleſiarum vaſa contrectaſſemus (etiamſi nulla nos improbitas, maleve conſcia mens eò promoviſſet) quia nimirum neque res Divinæ profanandæ ſunt, nec à DEI manibus repetenda, in alióſve uſus convertenda ea, quæ ſemel illi conſecrata fuerint; operæpretium illi fore viſum eſt, & futurum mali impetum reprimere, ne ullo in poſterum tempore inter Chriſtiani nominis Principes irrepat; & præteritis (quoad ejus fieri poſſit) præſens afferre remedium. Quare in poſterum tum ſibi tū poſt ſe futuris Chriſtiani dogmatis Principibus, Aurea hæc Bulla legem non minùs obſervan-

ſervandam imponit, quàm ſi à DEO ipſo dictaretur; ne quis poſthac ſacra temerè contrectet, etiamſi vel Cadméa neceſſitas urgeat; ne manus impuras ſacris rebus iniiciat, ne profana ex Divinis Dinodia fiant, dum in publicos uſus circumferuntur. Cùmque inter DEVM & homines ſit interſtitii loco poſitum, quod nullus, ſi modò pius fuerit, transgredietur; homines quidem rebus noſtris útemur & fruemur: Deo autem ſacra tecta manebunt, quæcumq; illi conſecrata fuerint, nec illa manibus vel audaciſſimis contingent. Quodſi quis, Domine DEVS, in poſterum ſacris & Divinis Dinodiis, utenſilibus & vaſis, quæ ſacris olim & venerandis Eccleſiis tuis dicata, vel in poſterum dicandæ fuerint, iniicere audeat: is ne lumine in die viſitationis tuæ fruatur: ne Sol illi matutinus illuceſcat, nec tuo hìc auxilio, nec tuâ iſthic Divinâ protectione gaudeat; ſed ubique deſpectus à te deſertusque jaceat. Tantùm prop tius eſto nunc, ô Rex, hæreditati tuæ. Siſte juſtam illam iram, quâ in nos exarſiſti, quin parce nobis, qui cùm peccaverimus anteà; nunc tandem ad te convertimur. Quoniam omnia peccata noſtra cum miſericordiæ tuæ abyſſo collata, & velut ad perpendiculum examinata, ſic ſe habent, tanquàm aquæ hemina, ſi cum toto mari conferatur. Vt ergò coram te, Domine, multitudinem peccatorum meorum confiteor: ita tuum quoque maximè ſalutiferum auxilium imploro, ex intimisque animi penetralibus, à ſacris in poſterum pertractandis deſiſtens, etiamſi extrema me neceſſitas eo impellat, & debitorem eorum, quæ anteà inde ablata fuerunt, me ingenuè profiteor.

12. Matri Imperatoris, adminiſtratione rerum diu functæ, mala, quibus ſubditi vexabantur, plerique adſcribebant. Quam rem filius ejus, qui nominetenus duntaxat regnaret: etſi moleſtè ferebat, tamen illam invitam pro reverentiâ ſuâ, poteſtate privare noluit. Quo mulier animadverſo, verita, ne vel invita excedere cogeretur, relictâ regiâ, omni auctoritate illi cedit, & in Pantepopti Monaſterium, à ſe ædificatum, migrat, ubi cùm aliquot annos honorificè & regaliter vixiſſet, provectâ ætate obiit. Verùm conjugem ſuam principiò nec averſabatur, nec immodicè amabat, ſed libidini deditus, jura matrimonii parùm ſanctè obſervare ferebatur. Vnde Auguſta telis æmulationis ſauciabatur. Vt autem ætas grandior ignitas illas cupidinis ſagittas, nonnihil hebetaret; tum in Auguſtam converſo amore, totus in ejus charitate acquieſcebat, nec facilè ab illâ divelli poterat. Ex eo deinceps affectu, magna Imperatricis potentia fuit, etiam valente Imperatore. Cùm autem is ex pedibus laborare cœpiſſet, nec ambulare poſſet, & corruptis humoribus ad articulos confluentibus, in lecto decumberet: ipſa imperabat, illo comprobante omnia, & jam id animo agitabat, ut poſt mariti deceſſum totâ poteſtate & Imperii gubernatione in ſe translatâ, filium Imperatorem dicto audientem haberet, cui jam adulto ac pridem marito, ductâ Hungarorum Principis filiâ, procreatiſque liberis, id ferendum nō erat. *Hæc Zonaras.*

13. Idemque Zonaras, de ejus morte ſequentia ſcribit: Imperator porrò morbo fatigatus, in magnam Orientalem Regiam eſt translatus: ubi quoti-

quotidianis Medicorum conventibus curabatur,quorum judicia variaverunt, donec tandem communi conſilio decreverunt, ſtomacho Imperatoris ferrum candens imprimere:& quia eis Regiæ aer,ut Auſtralis,parùm temperatus videbatur, in Mangana transfertur; ſive id fortuitò factum, ſive Fatis, moribundum hominem, ut ibi animam exhalaret,compellentibus.Nam illud, *In Aceſodynu cadet:* qui talia admirantur, de eo interpretabantur.Eſſe enim Mangana,Aceſodynum,ob medicam officinā,quæ ibi erat, quòd dolores ibi propulſarentur. Quin & cauterium non temerè Imperatori adhibitum iri contendebant,qui de iſtiusmodi ſtudio ſibi placent,ſed id quoque ex vetere præſcientiâ & prædictione factum. Nam alicubi ſcriptum eſſe de eo, ab iis, qui Regum fata ambagibus involuta deſcripſerunt, eum *hamo uſtum eſſurum*; quòd illi ſcriptores ferrum,quo ſtomachus uri ſolet,ob acumen inflexum, hamo cōparârint. Verùm neq; uſtio, neque loci mutatio quicquam ægroto profuit, paulatim ad terminum vitæ progredienti. Negabant tamen Medici, vitam ejus eſſe deploratam: ac Monachi quidam prædicebant ei, non moriturum priùs, quàm Hieroſolymam veniſſet, ad vivificum ſepulchrum Domini & ſervatoris noſtri adorandum,ubi diadema depoſiturum eum vaticinabantur. Quorum ille pollicitis credebat. Nam orationem, quæ nobis cordi eſt,facile probare ſolemus. Ita per impoſturam non animadvertit, ſe vitæ finem attigiſſe, antequàm Hieroſolymam perveniret: diademate, quanquam non ultrò, poſito; etſi dici queat, ad ſuperna Hieroſolyma profectus eſſe, primogenito-

nitorum Metropolim, qui ſunt in cœlis inſu-
pti. Igitur Auguſti 15. Auguſtus extremum e-
cebat ſpiritum, qui cùm crebrum infirmumque
trahens anhelitum jaceret, Imperatrix mœrore
oppreſſa aderat, filiabus etiam præſentibus. Jam
majore diei parte exactâ, cùm ſol non ſupra ca-
put ſtaret, nec (ut ita dicam) ad perpendiculum,
ſed nonnihil inclinatus ad Occaſum tenderet,
Imperatoris filio ſignificatur, patrem agere ani-
mam. Ingreſſus igitur ædes, in quibus moribun-
dus decumbebat, non ut decedentem deplora-
ret, ſed ut de ejus morte certior redderetur: eo
viſo ſtatim exiit, & equo conſcenſo cum ſuo co-
mitatu, & multis aliis, Manganis exceſſit. Tum
ajunt Imperatricem filii diſceſſum, morienti Im-
peratori dolenter narrâſſe: eum verò ad id nihil
reſpondiſſe, ſeu non vellet, ſeu non poſſet: ſed
manus ſuſtuliſſe, haud ſcio benè an malè preca-
tum filio. Alii manus eum ſuſtuliſſe negant, ne-
que enim id facere potuiſſe morientem, ſed Im-
peratrice ſæpiùs vociferante, Abire filium, ei vi-
venti erepturum Imperium: illum parùm ob-
ſcureque ſubriſiſſe, ſive eam orationem deriden-
tem, ſi putaretur adhuc de Imperio ſolicitus eſſe
expirans, terrenaque jam relicturus: ſive quid de
illo facto ſentiret, indicantem. Nam & ab aliis,
& ipſo Porphyrogenito Imperatore narrabatur,
eum non ſine patris conſilio regiam eſſe ingreſ-
ſum, ſed exitum ab illo ei fuiſſe conceſſum; cu-
jus rei teſſeram illius annulum accepiſſet: eaq;
facta eſſe abſente Imperatrice, & illa ignorante.
Cùm igitur abiret, famâ, quid actum eſſet, cele-
riter divulgante, ad hũc Imperatorem & cogna-
ti, & ex tribunis militum, & ex ſenatu multi ſe

contu-

contulerũt. Cæterùm ad magnam Regiam properanti nunciatur, Barangos, (hoc eſt, milites Stationarios) viâ excubitorum, ubi iidem habitabant, occupatâ, neminem illàc tranſire pati, aut accedere ad Regiam. Quo nuncio perturbatus, quendam ad illos mittit percontatum, quid ſibi velint, mittit; & ad Eccleſiam, qui diceret, Imperatorem eſſe mortuum, ſeq; celebrari velle, ut Imperatorem. Ac id quidem à Clero, ac ſummo paſtore factum. Sed Barangi reſponderunt ei, qui rogabat, cur Regiæ aditu Imperatorem excluderent, ſe Imperatore vivente, neminem paſſuros ingredi. Illo verò affirmante, jam eſſe mortuum: Barangi juramento ſancitâ ejus rei fide, Imperatori Regiam ingredi conceſſerunt. Quò cùm perveniſſet, cum ſuis deliberabat, quomodo tractanda eſſet mater, fratres, ſororesque & Cæſar Bryennius: illos enim adhuc metuebat, ſuſpectosque habebat, ne res novas molirentur. At pater per totum adhuc diem ſpirabat, difficulterque moriebatur, ſub veſperam demum extinctus. A miniſtris enim ferè omnibus eſt deſertus: ut propè nulli eſſent, qui cadaver ejus poſtremis lavacris purgarent; neque ornatus Imperatorius præſtò eis eſſet, quo cadaver ejus pro dignitate ornaretur, neque funus ei factum eſt Imperatori conveniens. Idque non alieno, ſed filio Imperii ſucceſſore: & eo filio, quem ipſe Imperio ornârat. Sic rerum humanarum nihil ſtabile & firmum eſt, ſed infida omnia, & teſſerâ mutabiliora.

14. Ferè ſimilia habet Nicetas Choniates, qui in Iohanne Comneno ita ſcribit: Semel temperare ſibi non potuit, quin eam ita alloqueretur:

O mulier, & lecti & Imperii mei particeps, non tandem ea ſuadere mihi deſines, quæ filiæ tuæ grata ſunt, & conari, ut ordo laudabiliter inſtitutus turbetur? quodſi numinis alicujus ira percita es, ad ſanam redito mentem, ac potiùs tecum conſiderato, an ullus unquam ex ſuperioribus Romanorum Imperatoribus, quum filium Imperio idoneum haberet, eo neglecto, generū prætulerit? Ac ut aliquando tale quippiam acciderit, quod raro factum eſt, pro lege habendū non erit; à me præſertim, qui, cùm regnum haud laudabiliter, ſed cædibus cognatorum, & rationibus ab inſtitutis Chriſtianorum alienis occupârim, toti Romano Imperio riſui ſim futurus; & pro inſano habendus, ſi in deliberatione ſucceſſionis, germano filio repudiato, Macedonem in ſolio collocâro. Sic autem appellat Bryenniū, Oreſtiade præſtantiſſimâ urbe Macedoniæ oriundum. Quibus verbis cùm Irene petitionem graviter refutâſſet, tamen deinde eum præ ſe ferens, qui haudquaquam negâſſet, mulierem perpetuâ deliberationis ſimulatione differebat; quippe homo, ſi quiſquam alius, occulti animi, qui ſapientiam in diſſimulando poſitam ratus, raro admodum, quid facturus eſſet, præ ſe ferret. Inſtante autem obitu, quum in ſplendidiſſimis Manganiæ regiæ ſubſtructionibus decumberet: Iohannes & ejus rei, & materni odii gnarus, quæ Imperium in ſororem conferre niteretur; negotium cum cognatis ſui ſtudioſis communicat, quorum princeps erat frater Iſaacius, & clam matre paternum cubiculum ingreſſus, & tanquā morbum ejus deplorare vellet proſtratus, annulum de manu ejus ſurripit. Sunt tamen, qui id

cum

cum de ſententiâ patris feciſſe affirment, idque ex iis, quæ mox ſequentur, fit probabile. Cùm autem in cœtu ſuorum rem geſtam expoſuiſſet, eques ad maximam regiam properavit, armis ſtipatus, atque in ipſo Manganio Monaſterio, & urbis regionibus, à multitudine ſui ſtudioſa, & iis qui fama rei exciti, in urbe verſabantur, Imperator ſalutatus eſt. Quibus rebus Irene territa, filium monuit, ut cœptis deſiſteret. Sed cùm is ſummo ſtudio rem urgeret, neque verbis matris quicquam moveretur, Bryennium hortatur, ut ſe adjutrice regnum affectet. Vt verò ne ſic quidem res procedebat, ad maritum accedit, in lecto decumbentem, & tenui ſpiritu vitam adhuc præ ſe ferentem, & corpori ejus incumbens, clarè vociferatur, lacrymis inſtar fontis exuberantibus, filium ipſo adhuc ſuperſtite res novas molientem, regnum affectare. Ille verò gravioribus rebus occupatus, ſcilicet in vitæ exitu, & peregrinationi janjam inſtanti intentus, oculis ad angelos, animorum Duces, converſis, nihil ad ea reſpondit. Illâ verò acriùs urgente, & filii facta ægerrimè ferente, cum exiguo coactoque riſu, manibus in cœlum ſublatis, ſive eo nuncio delectatus & Deo gratias agens, ſive delictorum veniam à DEO flagitans, vultu parùm blando eam caſtigavit, quòd Imperii contentionem in diſceſſu animi à corpore moveret. Mulier itaque haud dubiè maritum iis, quæ audiſſet, delectatum eſſe rata, ut jam omni fruſtrata ſpe, dejectaque prioribus conſiliis, cum magno gemitu dixit: O marite, & vivens omnibus dolis inſtructus fuiſti, aliud dicere, aliud facere ſolitus, & nunc e vita diſcedens a conſuetudine iſta non

L 4 diſce-

diſcedis. Tandem, ex Cruſii Turcogræciâ, *fol. 46.* & hoc addere placet, quod Alexii ſepulchrum adhuc extat in Templo patriarchatus Conſtantinopoli. Eſt id lapideum: non inſiſtens 4. baſibus, ſed integro lapide à terra ſurgens; altius, quàm menſa, ad parietem Templi: ſicut alicujus Germani Principis ſepulchrum. Inciſamque Aquilam habet.

15. Præcipuam verò laudem inde ſibi Imper. Alexius comparavit, quod quendam illius temporis nefandum hæreſiarcham Baſilium, auctorem hæreſis BONGOMILORVM, detexit; atque non ſine labore detectum, eundem flammis comburendum tradidit. Extant nefandiſſimi hominis errores iſti, ex Euthymio deprompti, qui de his locupletiſſimè agit. Trinitatem negavit exiſtere. Rejecit libros Moyſi, ſeptemq; tantùm Divinæ Scripturæ libros recepit. Deum humanâ formâ præditum dixit. Mundum creatum ab angelis, malis ſcilicet. Michaelem Archangelum fuiſſe incarnatum. Iconoclaſtiam amplexus, ſanctarum cultores imaginum, reprobos & idololatras eſſe affirmavit. Crucem deſpexit, quòd in ea Salvator occiſus ſit, quem dæmones fictè timere ac fugere viderentur. Baptiſmum Eccleſiæ, eſſe baptiſmum Iohannis, ſuũ verò eſſe baptiſmum Chriſti. Incruentum ſacrificium contemnendum. Euchariſtiam eſſe Dominicam Orationem. Omnes Orationes, præter Dominicam, vaniloquia eſſe. Inſuper delirans dixit, ſuos omnes concipere Verbum DEI, & párere ſicut Beata Virgo peperit; nullamque aliam eſſe reſurrectionem, præter pœnitentiam, & vitam Evangelicam. Quomodo autem Imperator

Alexius, nefarium hominem ultimo ſupplicio affecit, ita deſcribit Zonaras: His temporibus ſecta nefaria Bongimilorum extitit; cujus præco, doctorque primarius fuit quidam Baſilius medicus, habitu monachus, ſed ipſo potiùs ſatanâ indutus. Qui cum annis, quindecim erroris illius pernicioſa dogmata didiciſſet, quinquaginta duobus docuiſſet: totum ferè orbem ſua peſtis implevit. Tandem etiam Vrbem Imperatricem ingreſſus, in maniſeſto crimine eſt veritatis inimicus deprehenſus. Nam Imperator ejus impietate cognitâ, ſimulavit ſe fidem habere homini infelici, & magiſtrum appellavit, & ſalvatorem errantium animarum. His & pluribus aliis, ægrè quidem & tardè, ſed tamen effecit tandem; ut homo peſtifer evomeret virus ſuę improbitatis. Sed ferâ caſſibus irretitâ, doctrinam ejus Alexius vulgavit & dogmata contempſit: communique ſuffragio in equeſtri theatro, impoſtorem comburi juſſit.

16. Sub hisce, & præcedentibus aliquot Imperatoribus, vixerunt Georgius Cedrenus Monachus, qui Annales, ſeu potiùs Hiſtoriæ Compendium ſcripſit, quod Græcè & Latinè extat. In rebus Byzantinis Zonarâ paulò diligentior eſt. In iis autem, qui Conſtantinopolitanos Cæſares præcedunt, cedit Zonaræ: à quo & ſtylo vincitur. Ioannes item Curopalates, qui hiſtoriam ſcripſit ab Anno Domini 811. usq; ad Annum 1081. ex qua, cùm Cedrenus, tum Zonaras, plurima in ſuos Commentarios retulerunt. Indeque Voſſius, *lib. 2. cap. 26.* tradit, quòd hiſtoria Cedreni, à morte Nicephori usque ad Imperium Iſaaci Comneni, etiam legatur ſub nomine Ioannis

annis Curopalatæ, paucis exceptis. Extremis Alexii hujus temporibus, item ſub Ioanne Comneno, floruit Iohannes Zonaras. Hic priùs maximos in Conſtantinopolitano Imperio honores geſſit. Nam magnus in eo Drungarius, & Protoſecretarius fuit. Poſteà Monachus factus, ſcripſit Hiſtoriam *καθολικὴν*, ab initio mundi, usque ad ſui ævi Imperatoris, Alexii Comneni, obitum. Scripſit etiam (& uti jam ſuprà dictum fuit) Alexii Imp. filia, Anna Comnena libros aliquot de rebus geſtis Patris ſui, quos Alexiada vocavit; de ejusque eruditione ita Zonaras: Studiis erat addicta, & exquiſitè Atticiſſabat, & acutiſſimo erat ingenio ad abſtruſiſſimas quasque contemplationes. Sub Conſtantino item Duca, Michael Pſellus, & Metraphraſtes, claruére, ut jam ſuprà ſub Michaele, cognomento *truculento*, qui A.C. 842. Imperium ſuſcepit, à me dictum fuit. Cedreni, item, & Zonaræ contemporaneus fuit Michael Glycas Siculus, qui Annales quadripartitos, Opus non Hiſtoricum modò, ſed etiam Phyſicum ac Theologicum ſcripſit. Suidam etiam vixiſſe, cenſet Voſſius, temporibus Alexii Comneni, *de Hiſtoricis Græcis. lib. 2. cap. 26.* Quamvis alii eum multò antiquiorem fuiſſe dicant, & propter quæ junior creditur, à recentioribus adjecta fuiſſe cenſent.

17. Theophylactus quoque, Archiepiſcopus Bulgarorum, vixiſſe putatur tempore Romani Diogenis, qui in Evangelia & Epiſtolas commentaria ſcripſit, & in illis ita Chryſoſtomum ſecutus eſt, ut Chryſoſtomi abbreviator dici poſſit. Porrò ſchiſmaticum fuiſſe Theophilactũ, intelligi poteſt ex Commentario in cap. 3. Ioan-

nis, ubi Latinos reprehendit; quòd credant, Spiritum Sanctum à filio etiam procedere. Bellarminus, *de Scriptorib. Eccleſiaſt. ab Anno 1071.* Erraſſeque eos, qui ipſum multò antiquiorem putant, probat ex ejusde Epiſtolis Baronius *ſub A. C. 1071. n. 15.* Idemque *ſub Anno 1073. n. 62. & ſeqq* ex iisdem Epiſtolis aliqua refert, & inter alia de perturbato Eccleſiæ, & Reip. Statu ſui temporis, ita ſcribit: Heu quomodo dicam nunc Epiſcoporum cruces ac ſpinas, quibus in calamitates redacti ſumus? Quoniam cœlo jam caput figit peccatorum jactantia, viduam atque orphanum enecantium, omnemque indigenam & proſelytum perimentium. Et non eſt qui adjuvet, non eſt qui eripiat, ſed aguntur, & peſſum eunt omnia, cùm nemo ſit qui liberet, neque qui ſalvum faciat. Et illuſores quidem dominantur noſtri; exactores autē reliquias falcis demetunt exactiùs. Omnes qui nobis præſunt, ætate ſimul & prudentiâ juniores ſunt, ſed & iniquitate ſemper juniores, non ſenes & adultæ ætatis: avaritiæ ſpecies ſemper excogitantes, & obliquum ſpiritum in viſceribus innovātes. Nec monitis, nec hominum metu revocantur, ſed validius quiddam ſpectātes, in malitiâ invaleſcunt, injuſtitiâ aluntur & corroborantur. Quodſi quis Imperatoris mentionem faciat, & gladii, quem ad maleſactorum terrorem à DEO geſtat, inanem rident ſermonem, & dicentis ſimplicitatem cōdemnant. Hæc & alia id genus plurima ille habet. De magiſtratibus autem & exactoribus, quæ in Epiſcopos agerent, ita inferiùs ſubiicit: Terrent ſemper eos, qui ſemel dederunt, quaſi dare ſemper poſſint; ac niſi accipiant, efferantur. Putant nullo modo

pauperem fieri Epiſcopum, ſed naſci quidem illi ex terra ſine ſemente, & ſine cultura omnia; fluvios autem aurum illi affatim incoctum trahere, & canes ipſas equos & mulos părere, omnia demum DEI miniſtro nova eſſe; ac niſi eſſent, ne miniſtrum quidem DEI fore, ſed impium & profanum. Sic DEUM ex ſocietate contumelioſum faciunt, & ſuorum amoribus capi, & gratis largiri, & quónam vel dæmonum ipſorum non deteriorem? Non enim perhorreſcunt, quæ ipſi contra Chriſtianos agunt, avaritiæ rabie incitati, ſed Epiſcoporum accuſationibus, tanquam ſui ipſorum defenſionibus innitūtur. Quaſi præmium quoddam ipſis propoſitum ſit, ſi poſt everſa Eccleſiarum bona, ipſos etiam inquinent Antiſtites.

Alexius Imperii adminiſtrationem, & officia ſumma, inter ſuos fratres diſtribuit. 1.

Robertus Guiſcardus, adhortante Pontifice, oppugnat Alexium. 2. 3.

Guiſcardi filius Bœmundus, ciſtæ incluſus; pro mortuo per hoſtilem terram transportatur. 4.

Alexius, à Latinâ Eccleſiâ, non alienus, Latinorum tamen expeditiones in Oriente impedit. 5. 6.

Anna Comnena, Pontificem Romanum, ejusq; primatum, ſcriptis impetivit. 6.

Diffidentia, jam olim Chriſtianorum bella contra Barbaros & infideles impedivit.

Ex ratione Status, facere aliquid fidei contrarium, rarò felicem effectum ſortitur. 6.

Gothofridus Bullionius, Alexium viſitat, & ei homagio ſe devincit. 7.

Alexii mores, & adminiſtrandi Imperii ratio. 8.

Ejusdem liberalitas, in orphanos, ſenes, ac litteratos. Ac profuſio in miniſtros. 8.

Iſ ſe jus adminiſtrat, manu Regiâ. 9.

Exactionum variæ rationes. 10.

Mone-

Moneta falſificatio. 10.

Imp. pœnitet, populum, ac in primis res ſacras, exactionibus à ſe gravatas fuiſſe. 11.

Alexii mater, ultrò Aulâ cedit: & poſt eam, uxor Imperatoris Imperium adminiſtrat. 12.

Mors Alexii, & quomodo circa eam ſe geſſerit uxor & filius. 13. 14.

Vana quorundam Monachorum prædictiones; quibus ſibi Alexius, jam in agone longam vitam & iter pollicebatur. 13.

Moritur Alexius Imp. penè ab omnibus derelictus: documentumque humanæ vanitatis & miſeriæ, eo prabet. 13.

Irene, repudiato filio, generum Imperio deſtinat: ſed mariti calliditate eluditur. 14.

Alexius, in ſimulando, & diſſimulando, Imperandi artem conſiſtere reputavit. 14.

Alexius Bongomilorum hæreſin deteſtandam aſtutè detegit: autoremq́; extremo ſupplicio punit 15.

Viri docti, Cedrenus, Curopalates, Zonaras, Anna Comnena, Michael Pſellus, Sineon Metaphraſtes, Michael Glycas, Suidas. 16.

Theophylacti ætas: & de ſtatu Eccleſiæ ac Reip. ſui temporis querela. 17.

XXIX. *Iohannes Comnenus, Calo Iohannes vulgò dictus.*

A. C. 1118.

ALexio Anno Chriſti 1118. defuncto, filius natu major, Johannes Comnenus (Calo Johannes, à bonitate vulgò dictus) habenas Imperii moderandas ſuſcepit: quem eundem etiam conſervâſſe cum Latinis communionem, Spondanus notat *d. A. num. fin.*

2. Anno nondum exacto, & invidia & indignatione cognatorum, Imperatori inſidiæ comparatæ ſunt, quarum ratio ignoratur. Illud conſtat, eos improbâ conſpiratione initâ, & fide invicem datâ, ad Bryennium omnes defeciſſe, eique regnum detuliſſe; ut & liberalibus diſciplinis erudito, & Regiá formâ conſpicuo, & ob Imperatoris affinitatem præferendo. Nam Annam Cæſariſſam, ſororem Imperatoris, in matrimonio habebat, omnium diſciplinarum parentis Philoſophiæ deditam, & omnibus artibus eruditam. Ac Imperatorem in equeſtri circo Philopatio, qui parùm à terreſtri porta diſtat, armis noctu oppreſſiſſent, jam antè largitionibus portæ cuſtode corrupto, niſi Bryennii innata ſocordia, & remiſſior animus, quàm regni affectatio poſtulet, irritum eum conatū feciſſet, tum ipſo quieſcente, oblitoque fœderis, tum conjuratorum ardore extincto. Quo tempore Anno Cæſariſſa mariti ignaviam pertæſa, iraque percita, iniquè ſecum agi dixiſſe, & naturam multum accusâſſe fertur, idque verbis obſcœnioribus: quod ſe mulierem, Bryennium virum feciſſet. Manè conjuratis deprehenſis, nemo eorum mutilatus aut flagris cæſus eſt: ſed omnes mulctati bonis; quæ tamen aliquanto pòſt plerique receperunt. Imperatore humanitatem, ab ipsâ conjurationis principe Anna Cæſariſsâ auſpicato, reconciliataque gratiâ, Cæſariſſæ omnia reſtituit. Irene verò mater Imperatoris, nullo modò conſcientiæ inſidiarum convicta, ſed potiùs memorabilem ſententiam elocuta eſſe fertur: Nec Imperatorem, qui abſit, quærendum, nec qui adſit, pellendum eſſe. Atque illud etiam dixiſſe:

Heu!

Heu! quantos cruciatus filii percuſſores mihi ſunt moliti, acerbiores utiq; iis doloribus, quos in pariendo toleravi. Nam ii fœtum ad lucem urgebant, iſti verò ex inferiorum barathro per media viſcera mea penetrantes, immortalem mihi luctum attuliſſent. *Hæc Nicetas, in vita Ioannis.*

3. Hic ubi Imperium adeptus eſt, ſuos omnes dignitatibus ornat: in Iſaacium fratrem propenſiſſimus, quem incredibili charitate dilexit. Variis expeditionibus in Aſiam uſus, Turcos Perſasque, aliquot prælíis vicit, urbesque illis non paucas ademit; Latinorum militum fortem fidelemque operam ſemper expertus. Sed infeſto animo in Gallos fuit, qui in Aſiam tranſmiſére, oderatq; omnes eorum ſucceſſus. Vt igitur Venetos, qui cum illis ſocia arma junxerant, à gerendarum rerum curſu averteret, res Venetas vexare moliebatur. *Cuſpinianus.*

4. Multa Imp. hicce bella geſſit, ac etiam per milites munitiones inſtauravit, ocio quod à bello dabatur, in Reip. commodum converſo. Quibus in locis cùm cõmorari ſtatuiſſet, legiones convenire juſſit. Quod etſi ex mandato ejus fiebat, tamen milites nullâ unquam re, ſe magis oneratos eſſe putabãt, quòd expeditionum nullum ſciret modum: aut oblitus eſſet, aut non reputaret, Romanos tertium annum in bellis Orientalibus conſumpſiſſe. Illud verò ejus odium exaſperabat, quòd multi milites, qui eum in Syriam ſecuti erant, re domeſticâ nondum viſâ, ſed ex morbo corporis, & penuriâ commeatûs, & jacturâ equorum, in itinere morati, deflectere à patriâ, & ad Imperatorem ire, ab iis, qui vias diligenter obſidebant, & portus obſervabant,

cogе-

cogebãtur. Verùm ipſe cùm indignationis cauſam ignorare non poſſet, ignorationem, ne contemptum dicam, ſimulans, & illos inania verba fundere ſinens, inſtitutum ſuum urgebat. Dicebat enim: ſe milites habere velle, qui idem, quod ipſe, vellent, & continentibus expeditionibus non fatigarentur, aut frangerentur. *Nicetas.*

5. Porrò, cùm Iohannes Comnenus Imp. ageret annum quintum in Imperio, ope DEI genitricis Mariæ (ſi Nicetæ Choniatæ fides adhiberi debet) de barbaris Scythis trans Iſtrum habitantibus, & ingenti agmine Thraciam invadentibus victoriam obtinuit: de quo poſt alia, quæ in prælio dura & ardua Romanorum exercitui contigerunt, iſta Nicetas: Cùm Romanæ phalanges urgentibus hoſtibus, & audaciùs ſe inferentibus laborarent: *Imaginem DEI genetricis*, cum gemitu & miſerabilibus geſtibus Imperator intuens, lacrymas bellicis ſudoribus calidiores fundebat. Neque id fruſtrà. Statim cœleſti robore armatus, Scythicam aciem profligat, quẽadmodum olim Moyſes extenſione manuum, Amalechitarum turmas diſſipavit. Aſſumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis, & prominentibus galeis inſtar muri inexpugnabilis muniuntur, cum Scythis congreditur. Qui cùm diſſolutâ illâ curruum ſerie, ad manus venirent, in turpem verſi fugam, à Romanis alacriter perſequentibus, magno numero cæduntur, caſtriſque direptis, innumerabiles capiuntur. Sed & transfugæ deſiderio captivorum populariũ confluebant, adeò ut in Occidentali quâdam provinciâ Romanâ, pagi ab eis conderentur; quorũ adhuc reliquiæ ſuperſunt, nec pauci in ſociorũ

cohor-

cohortes referrentur, & major turba ab exercitu capta videretur. Hâc de Scythis partâ victoriâ, & illuſtri edito facinore, Iohannes vota DEI perſolvit, quod feſtum Pazxinacarum Nicetæ tempore dicebatur, in rei geſtæ monimentum, & grati animi teſtimonium. Subjicit etiam de aliis, per eundem Imperatorem victoriis obtentis, ope pariter ſanctiſſimæ DEI genitricis Mariæ; cui etiam religioſum paravit triumphum, qui ab eodem Niceta ita deſcribitur, Byzantium reverſus, triumphum indicit, & currum argento interpunctum compingi jubet; opus admirabile, & gemmis precioſiſſimis ornatum. Cùm dies ſupplicationis adeſſet, omnis generis tapetes, auro & purpurâ intexti, vicos exornabant, nec deerant Chriſti & Sanctorum effigies, quæ in iis ad vivum expreſſæ erant, & tabulata utrinque propter ſpectatores ſtructa, digna admiratione. Fuit autem locus urbis ſic inſtructus, qui ab Orientali porta usque ad magnum palatium pertinet. Quadrigæ à quatuor equis nive candidioribus trahebantur. Imperator verò non cõſcendit, ſed DEI genetricis imaginem in eo collocavit, ob quam lætitiâ exultabat, & animo pene deliquebatur: cui victorias, ut collegæ Imperii invictæ, acceptas ferebat. Habenas viris potentiſſimis moderandas, & cognatis ſuis currum curandum dedit. Ipſe *crucem* manu geſtans, pedes anteceſſit: & DEI Sapientiæ Templum ingreſſus, atque in conſpectu omnis populi, ob ſucceſſus gratiis DEO actis, in palatium abiit. *Hucusque Nicetas.*

6. Tandem Calo Johannes, in venatione præ-

ne prætereuntem aprum ferire feſtinant, ſagittâ veneno illitâ vulneravit manum, quo ex vulnere interiit: cùm præcidi ſibi manum à Medicis noluiſſet, negans tantum Imperium unâ manu regi poſſe. *Nicetas, in ejus vita. Otto Friſing. 7. c. 28. Guil. Tyrius, lib. 15. cap. 23. in fin.* Moriens ergò, præterito Iſaaco, natu majore filio, quòd ferocem ingenio, atque impotentem iræ juvenem, minùs aptum Imperio judicaret; Manueli minori natu Imperium legavit.

7. Ottonis verba ita ſe habent: Calojoannes Conſtantinopolitanus Imper. qui filio ſuo Manuel, ſororem reginæ Gertrudis deſponſando, cum Romano rege Cunrado amicitiæ fœdus inierat; ab Antiocheno Principe Raimundo, qui ei provinciam illam pro pecunia cum ipſa Vrbe juraverat, Syriam cum maximo ingreſſus exercitu, promiſſo fruſtratur. Cui venerabilis Epiſcopus Gabulenſis N. in faciem viriliter reſtitit, eumque ex parte Romani Pontificis, & Imperatoris, eò quòd præfata civitas à Latinis poſſideatur, ut ab ejus impugnatione deſiſtat, intrepidè commonuit. Ille autem, eò quòd à Principe deluſus eſſet, civitati quidem pepercit, ſed totã ferro flammâque depoſcens provinciam, Eremitas quoque, quorũ grandis ibi copia eſt, de cellulis ſuis eductos, nõ Kalo, id eſt, boni Iohannis officium agens, crudeliſſimè tractavit. Ipſe verò non multò pòſt ſagittis toxicatis, venationi inſerviens, ab una earum ex improviſo vulneratus,

tus, miſerrimè rex opulentiſſimus in ipſo procinctu diem obiit, ac Manuel filio ſuo regnum reliquit. Eadem ferè habet Nicetas, & ita ſcribit: Imperator in Syriam iter intendit, Manuele filio natu minimo comitante. Ei expeditioni prætexebat, velle ſe Armeniam rectiùs cõſtituere: & oppida ac caſtella ſuperiore bello capta, in officio & fide continere ac firmare. Cæterùm vera cauſa erat, quæ in exercitum minimè efferebatur ſed maximè diſſimulabatur, quòd Antiochiam cum Conſtantinopoli conjungere, atque inde religioſa loca viſere, & vitale Chriſti ſepulchrũ magnificis donis ornare, ac finitimos barbaros profligare, perpetuò cupiebat. Itaque nihil intentatum relinquebat, ſi quo modo Latinis perſuadere poſſet, ut ultrò dominatu inclytæ Antiochiæ cederent: aut ſi ii nollent, at Cilices & Syros, in ſuas partes pertraheret: nec in eo itinere unquam deſtitit Antiochenis ſcribere, & ſuum adventum prænunciare: adeò ut nondum Syriæ fines ingreſſus, legationem indè attraxerit, quâ in optimam ſpem rerum futurarum erigebatur. Sed cùm prope urbem veniſſet; alios Italorum animos comperit, quum fama jam ante arcanas ejus, & tacitas machinationes vulgâſſet. Cùm igitur Antiochiæ aditum non facilem, nec talem, qualem expectârat, inveniret, nec niſi jurato ingredi liceret, longè ſecùs quàm animo deſtinârat, eaq; conditione, ut diebus aliquot ibi commoratus, & adoratus atque honoratus, ut decet, diſcederet ſine ullâ novatione, & recepti moris mutatione: verba ſibi data eſſe moleſtè ferens, vi ingrediendum eſſe non duxit, quòd à bello Chriſtianorum abhorrebat: ſed ſub-

ſuburbana, in quibus diverſabatur, militibus populanda, & auferēda omnia, quæ corripi manibus poſſent, conceſſit. Ea denunciatio, cui penuria commeatûs prætexebatur, effecit, ut nec fructiferæ arbores inviolatæ manerent, ſed ex quoque ad cibum coquendum ſucciderentur. Hac ratione ſui contemptum diſſimulanter ultus, ad fines Cilicum deflexit; & in ampliſſima valle caſtris poſitis, in quâ bini vertices montium altiſſimi aſſurgunt, quos Corvorum nidos vocari perhibent, venatum egreſſus, apro ſolitario venabulum in pectus adegit, qui cùm ictū urgeret, & totum ferrum in viſcera recepiſſet, manus Imperatoris debilitata, atque impetu feræ reflexa, pharetram de latere obliquè ſuſpenſam, & venenatis telis refertam evertit: perſtrictâque unâ ſagittâ cute, quæ inter extremos digitos eſt, veneno ſerpente & diſcurrente, atque usque ad vitalia progreſſo, & quicquid occuparat, paulatim ſtupefaciente, non multò pòſt è vita diſceſſit. Tandem id vulnus principiò neglectum, membranæ calcibus detractæ impoſitione, quam excoriationē vocant, medicatus eſt: quâ ancipiti ratione ſaniem cruentam vulneris reprimere conabatur. Veſperi in caſtra reverſus, & cænatus, noctem citra moleſtiam exegit. Poſtridiè verò tumeſcente & ardeſcente vulnere, ac cruciatu urgente, medicis caſum eum exponit. Qui tumore manus viſo & medicamento, quo uſus erat, perquiſito, id tanquam contra medicā rationem adhibitum, repudiârunt: atq; alia attulerunt, quæ ardorem illum lenirent. Sed cùm iis nihil proficerent, ad ſectionem converſi, ne ſic quidem afflicto membro aliquid opis attu-

lerunt.

lerunt. Nam tumor ſubindè augebatur, à digito in digitum, usque ad juncturam manus, & cubitum, ipſumque brachium pervagato malo. Imperator igitur ſpem ſalutis abjecit: & medicis æſtuantibus, manum ejus inſtar virilis femore tumefactam, reſecare viſum eſt: cùm ne ſic quidem affectæ partis ſanatio certa eſſet. At Imperator, qui priorem etiam ſectionem, univerſi mali cauſam eſſe perſpiceret, dictis eorum non annuebat, ſed ægrotus decumbebat, ſpretâ ancipiti curatione, atque celeberrimo reſurrectionis Chriſti die, divina myſteria percipit, & in cœna aulæ foribus apertis, quosvis ingredi, & petere quæ vellent permiſit.

8. Habetque Nicetas Orationem hujus Imperatoris jam morituri, quam convocatis cognatis, amicis, atque magnatibus, productoque Manuele filio, natù minimo, dixit, ubi inter alia ita eum locutum fuiſſe refert: Non equidem eâ ſpe, quâ videtis, Quirites, Syriam ſum ingreſſus; ſed virtutem majorum me ſuperaturum opinabar, & ſecuriùs in Euphrate lavaturum, & ad ſatietatem latices ejus hauſturum eſſe: viſurumq; etiam Tigrim fluvium, & omnes adverſarios armis profligaturum, quicunque verſus Ciliciam vergunt, & ad Agarenos defecerunt. Atq; aquilæ inſtar (quamvis hoc magnum dictu videatur) in ipſam Palæſtinam transvolaturum; ubi Chriſtus, extenſis in cruce manibus, naturæ noſtræ ruinam ſuo caſu erexit, & parvis guttis totum mundum univit; ac montem Domini conſcenſurum, ut Pſalmographus ſcribit, atque in loco ejus ſancto ſtaturum eſſe: & hoſtes, qui in circuitu ſunt, belli jure aggreſſurũ; qui, ut olim

arcam

arcam barbari, ſic ipſi loculum Domini ſacri jam armis occupârunt. Quia verò exſpectatio mea me fruſtrata eſt (quâ de causâ, DEVS novit) reſiſtere omninò haud licet: nec iis, quæ coràm cernuntur, refragari. Quis enim eſt DEO ſapientior? aut quis Domini animum explorabit? ejusque judicia vel addendo vel detrahendo mutabit? Nam hominum quidem cogitationes lubricæ ſunt: DEI verò conſilium non eſt irritum, nec mutabile. Cùm autem multa ſint Divinitùs, in me collata beneficia, ac numero penè nullo comprehēdi queant: audientibus vobis, iisdemque teſtibus, divinam erga me beneficentiam gratâ voce prædicabo. Patre Imperatore natus ſum, illi in Imperio ſucceſſi: nihil eorum, quæ acceperam, amiſi. An verò prudentis & fidelis miniſtri inſtar, talentum regni, divinitùs mihi creditum auxerim, aliis conſiderandum & commemorandum relinquo: quamvis & ipſe citra moleſtiam ea prædicare queam, nullaque cum oſtentatione, ſed miraculorum DEI celebratione. Oriens & Occaſus, bella me gerentem viderunt: gentes, quæ in utraque continente habitant, ſum aggreſſus, parùm in palatio manſi, vitam penè in tabernaculis exegi: ſemper ut ſub dio agerem, operam dedi. Faxit DEVS, ut ego, qui pro Chriſtiano populo arma circumtuli, illic æternam hæreditatem adipiſcar, quam manſueti acceptique DEO conſequentur: veſtris verò manibus robur & vires addat contra populos, qui bellis ſtudent, quiq; ſacroſanctum DEI noſtri nomen non invocant. Id autem fiet, ſi vos ſucceſſus à dextrâ altiſſimi, & excelſo ejus brachio pendere ſtatueritis: & dux vobis Divinitus conti-

contigerit, non truculentus, ſuoque non reſpondens nomini, aut perplexo ingenio, & ventis ac gulæ mancipiũ: qui a palatio non magis, quàm penicillo ac coloribus expreſſæ imagines, avellitur. Nam ut Principis mores ſunt, ita res ferè adminiſtrantur, utpote à quo pendeant; qui ſi ignavus ſit, ruunt in deterius: ſin bonus eſt & ſtrenuus, eriguntur & florent. Cùm autem de ſucceſſore Imperii poſt obitum meum, qui jam inſtat inevitabilis, dicendum ſit, vos auſcultare æquum eſt. Imperium, ut patrimonium ad me veniſſe, dictu non magis neceſſarium eſt, quàm lucernam, quod ajunt, in meridie accendere. Cum autem vos paternum ſuffragium approbaſſe, & in filios meos eodem affectos eſſe modo videam, & uni ex meis filiis (quorum duo adhuc ſuperſtites ſunt Iſaacius & Manuel) obtemperare velle: neque delectum ipſos uſurpare, ſed meæ cenſuræ permittere. Equidem fateor, naturam Principatum natu majoribus deferre ſolere: DEVM verò in deſignandis regibus, aliam rationem pleiunque ſequi animadverto. Nec enim DEVS humano more, perſonæ rationem habet, nec pretia rerum, canis & ætate metitur: ſed indolem animi, manſuetudinem, lenitatem intuetur, mandatorumque ſuorum obſervationem. Quibus de cauſis ego quoque corruptrici naturæ, in multis non obſequor: ſed eius inſtitutis, ut puſillæ mulierculæ conſiliis, in rebus gravioribus repudiatis, Deum omnis pravæ affectionis expertem, auctorem ſequi malo. Quodſi citra ullam controverſiam Imperiũ Iſaacio, filio natu grandiori, tradendum eſſet, nihil verbis eſſet opus, ad filii utriusque decla-

randum

randum ingenium. Sed cùm ad natu minorem, Manuelem, id inclinet: ad vulgi malas ſuſpiciones declinandas, & opinionem eam evitandam, ne affectu potiùs quàm judicio, minorem majori anteponam; aliquid de hac re dici par eſt, atque adeò neceſſarium. Filii mei, quamvis eodem patre nati, tamen diverſis præditi ſunt ingeniis. Qui, etſi ambo & viribus corporum, & dignitate vultuum, & animorum gravitate præcellunt, tamen natu minor Manuel ad Imperii adminiſtrationem aptior mihi videtur. Nam Iſaacius ſæpiùs irâ percitus mihi aſtitit, & quavis de causâ bile efferveſcente, moderari animo non poteſt: quæ res inimiciſſima conſilio, ſapientes perdit. Alter verò, præter aliarum virtutum chorum, à quibus nec Iſaacius alienus eſt, nec à clementiâ quidem, re præclariſſima, abhorret: ſed in loco cedere, & obſecundare novit, & rationis imperium ſequitur. Quoniam igitur animi candore, quo & David rex, idemq; Propheta, ornatus fuit, quam enſiferæ manui, & ingenio in ſubtiliter exquirendo ſubditorum delicta intento, parere malumus homines: Manuelem Imperatorem creandum eſſe duxi. His peractis Romanæ legiones convocatæ, Manuelem Romanorum Imperatorem ſalutârũt, unoquoque procerum, cum ſuâ cohorte ſeorſim ſtãte, & Imperatorem clarâ voce conſalutante. Deinde prolatis Divinis oraculis, ſtudium quisq; ſuum & fidem confirmat. Harum rerum omniũ dux & auctor fuit Magnus Domeſticus, eo conſilio, ut ambitioſorum hominum vanitatem & motus, & plurimorum concurſum ad quosdam regii generis homines, ſedaret, qui prærogativã

ætatis,

ætatis, ut magnum quiddam & venerabile, prætendentes, & Imperatoriam affinitatem exaggerantes, ſe Imperio digniores arbitrabantur. Quæ cùm tranſacta eſſent, aliquot diebus pòſt Imperator moritur.

9. Nicetas autem, hujus Imperatoris mores, ita deſcribit. Vir fuit, qui & principatum optimè adminiſtravit, & vitam piam egit, moribus neque diſſolutis, neque intemperantibus, quiq; & in donationibus, & in ſumptibus, magnificentiæ ſtuduit. Idque declarant & crebræ aureorum in populo urbano diſtributiones, & templa pulcherrima & maxima è fundametis extructa. Sed & gloriæ, præter alios omnes appetentiſſimus fuit: in eo ponens omnia, ut maximum nomen apud poſteros relinqueret. Domeſticæ diſciplinæ ac decori tam diligens obſervator, ut & in tondendis capillis, & formâ calceorum proportionem requireret. Inania & obſcœna verba à publicis conventibus, & luxum veſtium ac menſarum, tanquam corruptelam ac vitæ peſtem, à palatio pepulit. Cùmque exemplum diſciplinæ ſemetipſum graviſſimum proponeret, atque omnes familiares imitatores ſui efficere ſtuderet, omne virtutis genus colere non deſtitit. Neque tamen interim, à Gratiis alienus fuit, neque in auditu aut congreſſu aſper, tetricus, ſuperciliosus, aut inhumanus: ſed cùm in publico actionũ optimarum exemplar ſe præberet; per ocium à Rep. remotâque turbâ (quam tanquam tympanum obſtreperum & garrulum cavebat) etiam comitatem honeſtam admittebat, & ab urbanitate non abhorrebat, neq; riſum prorſus opprimebat. Itaque cùm parùm à ſummâ continen-

tiâ, & integritate receſſerit, & ab exquiſitiſſimâ vitæ ratione haud multum aberrârit, nec totius Imperii tempore, vel vitâ privarit quenquam, vel quocunq; modo corpora mulctârit, in hunc usque diem omnium laudibus celebratur.

CaloIohannes Comnenus, patri ſuccedit, nec ab Eccleſiâ Latinâ alienus eſt, 1.

Conſpirationes in eundem, à ſorore Anna, ejusq; marito procuratæ. 2.

Imp. ſoror crimen Majeſtatis condonat. 3.

Imp. qui abſit non quærendus: nec qui adeſt pellendus. 3.

CaloIohannis bella. 3. 4.

Milites, ob continentes expeditiones, malè contenti. 4.

Milites, idem quod Imp. velle, nec continuis expeditionibus fatigari debent. 4.

CaloIohannes, ope Dei genitricis, victoriam contra hoſtes ſe obtinuiſſe reputans; eidem ſolemnem Triumphum inſtituit. 5.

Imp. in Venatione manum ſibi vulnerans, morti occaſionem præbet. 6. 7.

Latinos in Aſia ſibi ſubiicere parat, & Antiochiam fruſtra tentat: multaq; crudelia, in circuitum perpetrans Divinam in ſe ultionem concitat. 7.

Imp. Oratio ad ſuos, in lethali morbo. 8.

Magna, & ad ſpeciem ſancti conatus, eventu ſæpè deſtinato carent. 8.

Principem bonum nanciſci, felicitatis humanæ maxima pars. 8.

Filio minori, magis apto ad imperandum quàm major, deſtinat Imperium CaloIohannes. 8.

Imperatoriæ Virtutes aliquot recenſentur. 8. 9.

Imperatoris hujus mores. 9.

XXX. *Manuel Comnenus.*

A.C. 1143.

1. Manueli Conradus Romanorũ Re-
mat

monio junxit ſororem cõjugis ſuæ.
enſ. lib. 7. cap. 28. & de geſtis Friderici,
ap. 23. & ſeq. quæ licet virtutibus ex-
uerit, & ideò fucum omnem abo-
etur: minùs tamen accepta fuit E-
eli, qui propterea vagas libidines ſe-
atur. *Nicetas, in vita hujus Imp. lib. 1.*

Verba Nicetæ ita ſe habent: Vxorem duxit
nnam, ex illuſtri Principum familia na-
quæ non tam formam corporis curabat,
animi pulchritudinem. Itaque omnibus
& alcitiis ornamentis repudiatis, ut quæ
es, mulierculas decerent, naturali rubore
nta, virtutum ornamentis fulgebat, con-
a & gravitate animi gẽtilitiâ prædita. Quo
, ut Imperator, etſi ei ſolium altiſſimum,
es, honorem & ſplendorem regium mi-
negabat: tamen parùm eam diligebat, ne-
dem conjugii ſervabat, ut homo adole-
, libidinoſus, diſſolutæ & delicatæ vitæ de-
, cæterisque rebus, quas ea ætas & amoris
bræ ferunt. Vſus eſt & neptis ſuæ conſue-
e, non ſine gravi dedecore & labe: quâ fa-
us, ut formoſiſſima facies, turpi nævo, de-
ta eſt. De matrimonio hocce, videri etiam
t Cruſius. *part. 2. lib. 10. cap. 6.* qui probat, filiam
ce fuiſſe, Berengarii, Comitis Sultzbacenſis
varia filiam; nomine Bertham. De hoc itẽ
rimonio, Aventin. lib. 6. Bavariæ Germani-
Emanuel der Griechiſch Kayſer von Con-
ntinopel / nam zu der Ehe Jungfraw Bertha /
aff Peringers von Sultzbach vnnd Amerthal

Tochter : ſo ein leibliche Schweſter war der Rö-
miſchen Königin Gerdraut/König Conrads Ge-
mahel. Es hat ein beſonder glück dieſer Bayeriſch
Graff gehabt. Die mächtigſten zwen Herꝛen der
Welt / ſo geweſen der Römiſche vnd Griechiſche
Kayſer: ſeind ſeine Eyden geweſen. Biſchoff Em-
brich von Würtzburg / führet die Braut gen Con-
ſtantinopel.

3. Cæterùm Manuel in ipsâ adoleſcentiâ ſe-
nes prudentiâ anteibar, bellicoſus, audax, in pe-
riculis imperterritus, & magnanimus, ad com-
mittenda prælia promptus. Adhæc è vultu ado-
leſcentis gratia quædam elucebat, & arridentes
oculi neſcio quid illecebrarum in ſe habebant;
procera ſtatura, quamvis nonnihil inflexa : co-
lore neque albo & niveo, ut qui in umbrâ edu
cati ſunt; neque etiam admodum fuſco, ut ii qu
à ſole ſunt aduſti : ſed ita inter nigrum & cand
dum medio, ut quamvis ad nigredinem tend
ret, tamen decorus eſſet. Quamobrem à civibu
obviis, quod ajunt, ulnis exceptus, & pleno o
cum applauſu celebratus, palatium ingreditu
Dum autem equo Arabico inſigni vehitur, po
tam ingreſſurus, poſtquam ſolis Imperatorib
deſcenſus è ſella permittitur: equus clarè h
niit, & ſolo ungulis crebrò pulſato, ſolenter erc
progreſſus, & férociter in gyrum actus, ſerò t
dem limen tranſcendit. Id quoq; bonum om
viſum eruditis, præſertim iis, qui cœlo inhi
tes, vix ea vident, quæ ante pedes ſunt : &
equinos geſtus, & crebros flexus, longam vi
Imperatori portendi vaticinabantur. *Nicetas,*
ta Manuelis, lib 1.

4. Cuſpinianus de eo ita ſcribit: Manue
à

[illegible] Hemmanuel appellatur, à quibusdam [illegible] Calojoannis, cui in Imperio ſucceſſit. Alii [illegible] ab uxore Alexii, contra [illegible] Senatus, in conjugem ſimul & Imperium aſſumptum ſcribunt. Sunt item, qui A-[illegible] Flavium vocant, ut Scilax Gręcus autor. Tanta [illegible] Hiſtoriarum varietas, & incerta apud Latinos cognitio Ita Cuſpinianus. Sed hæc omnia falſa vel ex invidia conficta eſſe, abunde [illegible] conſtat ex iis, quæ jam ſuprà ex Niceta relata fuere.

5. Habuit is etiam callidum admodum Quæſtorem Iohannem Pucenum, qui ut Nicetas inquit [illegible] vectigalium veterum exactor acerrimus, novorumque inventor ſolertiſſimus. Moribus ad ſeveritatem & rigorem ita compoſitis, ut aſperrima rupes facilius emolliri poſſet, quã ille a ſententia deduci, & quod mirabilius eſt, non modo lacrymis non movebatur, ſupplici vultu non flectebatur, argenti machinis non cõcutiebatur, auri præſtigiis non capiebatur: ſed ad inhumanitatem usq; odioſam, à congreſſibus abhorrebat: neque ferè (quod moleſtiſſimum erat hominibus, & penè intolerabile) iis, à quibus adibatur, reſpondebat, ſed ſilentio plerumque tacitus præteribat. Tantum autem authoritatis & potentiæ habebat, ut Imperatoria edicta quæ vellet, repudiaret & laceraret, quædã in publicos codices referret. Ejusdem monitu, res utiliſſima, & omnibus inſulis ſalutaris, & à ſuperioribus Imperatoribus conſtanter obſervata, inutiliter abrogata fuit. Nam vectigalia nautica, olim in claſſem conferri ſolita, hic in fiſcum referenda curavit: ac triremes, quę ex edi-

ĉto ab inſulis præbebantur, penè cum ipſis vectoribus in mare demerſit, cùm diceret, triremes non ſemper Reip. eſſe utiles: ſumptus verò, qui in eas fierent, & annuos eſſe & immenſos. Eos igitur in fiſcum referendos, neceſſitate verò poſtulante, ex Imperatoris theſauris ſtipendia promenda eſſe. Quæ cùm dixiſſet, vir optimus, & rerum gerendarum peritiſſimus eſt habitus; cùm reverà ſententiam crudeliſſimo piratâ dignam dixiſſet. Imperatorem enim ſumptuum magnitudine decepit, & parvitate impenſarum rurſus exhilaravit. Quâ ſive temeritate, ſive tenacitate, factum eſt, ut piratæ optatiſſimâ occaſione mare teneant, & maritimæ provinciæ latrociniis vexentur. Is porrò ubi potentiam ſuam infringi, authoritatem decreſcere, potentiamq; langueſcere vidit, quòd alii quoq; apud Imperatorem multum poſſent, ac poteſtatem ſuam immodicam everterent, translatis, quos ſibi præfixerat limitibus, tempori ſervire, & ſtatui rerum ſe accommodare pro virili inſtituit, & ad quendam familiarium ſuorum, mutatâ planè ſententia dixit: Age nos quoque diteſcamus, ductâqu[e] uxore ex abjectâ obſoletâque nobilitate, int[er] liberos ex ea ſuſceptos, ingentes opes, quæ v[o]luptatibus alendis abundè eſſent, diſtribuit, h[o]mo parciſſimus, & tenaciſſimus, qui ne ſuper[ci]lium quidem ad intuendos pauperes attoll[e]auderet, ſed divitias perpetuò vinculis in ſolu[…] libus conſtrictas teneret, nec eas magis in [pu]blicum prodire pateretur, quàm olim Dan[ae] Acriſius, adeò ſordidus, ut eſculenta & pi[ſces] maximos ac pinguiſſimos ſibi miſſos, ter[…]

qu[…]

quando in foro venditos, toties reciperet ab iis redemptos, qui operâ ejus egebant.

6 Cæterum, ut ibid. Nicetas habet, Iohannes, à Theodoro Styppiota, ſibi Collega dato, è regia tanquam è cœleſti ſpecula, in extremum angulum Præturæ Græciæ & Peloponneſi exactus eſt. Eoque iter adhuc adornante, fortuna diſceſſu ipſius non exſpectato, ad Styppiotam tranſiit: eumque cupide & familiariter amplexa, ad omnes dignitatum gradus pro temporibus evexit, & gloriam gloriâ cumulavit. Tandem ad Caniclii magnificum munus, & intimam Imperatoris familiaritatem promotum, magis etiam extulit: alterum verò exoſa, ad extremam inopiam redegit; nec mutavit decreta, ſed contra conſuetudinem ſuam in eodem ſtatu perpetuò permanſit. Ex eo ille res omnes arbitratu ſuo adminiſtrabat, homo profundi conſilii, cordatus, ſuavibus moribus, & volucri prædictus ingenio. Quæ Imperator volebat, exequebatur: ille verò jubebat, quæ hic volebat.

7 Erat tum etiam Imperator à turpi quæſtu alienus, munificētię pelagus, miſericordiæ abyſſus, ob comitatem aditu facilis, regiis virtutibus cedens nemini, animo fraudis & curioſitatis expers. Nam ut è natu majoribus, illius ætatis Nicetas accepit; homines aurea ſecula, quæ obliquis verbis celebrantur, ſibi reſtituta putabant. Ac qui fiſcum Imperatorium accedebant, examinibus apum erant ſimiles, è concavâ petrâ cum bombis provolantium, neque pauciores iis, qui in foro conveniunt, nulli non commodi aliquid expectantes: adeò ut ad portas premerentur invicem, atque alii alios urgerent: hi ingredi, illi

egredi properantes. Eodem tempore, ex publicis theſauris ſubindè aliquid ad pauperum neceſſitates levandas benignè redundabat. Nam Iohannis Imperatoris tributa, unde juſtitiæ & DEO pars dabatur, & frugi nummorum diſpenſatio, Manueli acervos pecuniarum reliquerat: eandemque nominis quoque benignitas auxerat, quemadmodum in Evangelio, & merces cœleſtis, & multiplex compenſatio, certò promittitur.

8. Cæterùm Manuel in optimo hoc inſtituto non diu permanſit. Nam vir factus, pro Imperio res adminiſtravit: & eos, quibuscum res erat, non ut ingenuos, ſed ut ære empta mancipia tractabat, & largiendi munificentiam reſtringebat, ac potiùs in contrarium vertebat, iis etiam diſtributionibus, quas ipſe ordinârat, abrogatis; non tam, ut ſæpè dictus Nicetas, *lib. 1. de vita Manuelis*, arbitratur, ſuâ voluntate, (nam res dubiæ in optimam partem interpretandæ ſunt) quàm neceſſitate coactus, ad ſumptus immenſos tolerandos. Et idem Nicetas, *lib. 7.* Eum, inquit, tributa exaggerâſſe, & magiſtratus publicanis vendidiſſe, & fertiliſſimos agros ſuis aratris proſcidiſſe, nec ipſe diſſimulare poſſum. Sed pecunia hoc modo collecta, non tam in theſauros referebatur, quàm utrâque manu liberaliter effundebatur, partim in monaſteria, ſacras ædes, & pauperes Romanos, partim verò, & maximâ quidem ex parte, in varias gentes, Latinas præſertim. Nam ex munificentiæ oſtentatione effuſè ſpargebat, & inſumebat ea, quæ utrâque manu collegerat, & acerbiſſimos exactores quæſtores deſignabat. In juſtâ ſumptum parte illa etiam

jam numerabantur, quæ in cognatos & familiares conferebat. Nam neptis ejus Theodora, cujus (ut jam ſuprà dictum fuit) cõſuetudine utebatur, quamvis expers diadematis, tamen comitatu planè regio utebatur; mulier ſuperciliosa & arrogans, quæ palatium, niſi exquiſitè perpurgatum, ingredi recuſabat. Sed & filio ex eâ procreato, & aliis pluribus, tota maria pecuniæ affluebant. Eunuchis quoque cubiculariis, aliisq; miniſtris ex peregrinis ortis nationibus, ſemibarbaris, qui expeditiùs ſpuebant quàm loquebantur, erat facilis, & benignus; eosque in divitum numerum referebat, ut acervis pecuniarum, & omni genere ornamentorum, tanquam maximarum gentium proceres circumfluerent: idque [illegible] omnis eruditionis expertes, linguæ Græcæ [illegible] perſequerentur, ut ſpeculæ & rupes [illegible] ſonum paſtoralium canticorum. His tanquam obſervantiſſimis & fideliſſimis miniſtris, non modo ſummos Magiſtratus tradebat, ſed pro tribunali juris dicundi provinciam in cauſis difficillimis, quæ vel peritiſſimis legum [illegible] tium faceſſerent, aſſignabat. Cùm aliqua provincia deſcribenda erat (id autem fiebat ſæpius) iſtiusmodi cœtus eruditis præponebantur: Quod ſi quando nobilis aliquis Romanus eis adjungebatur, vir prudens & cordatus: is de eâ [illegible] mittebatur, ut deſcriptionis munus obiret, cæterosque labores colligendi tributi ſuſtineret. Barbarus verò pecuniam accipiebat, & [illegible] obſignatos ad Imperatorem mittebat. Sed plèraque contrà eveniebant, quàm ſperabat ille. Nam dum Romanos peculatus ſuſpectos cavebat, non animadvertit, ſe avaros Barba-

ros locupletare, & homunciones infelices beare: atque interim Romanos à ſe alienare, ut fidei & naturâ inſitæ, & doctrinâ comparatæ obliviſcerentur.

9. Verùm Imperator hicce multa bella geſſit cumq; aliquando in prælio contra Perſas, aquã è præterfluente fluvio hauſtam afferri ſibi juſſit, quâ ſummis labris guſtatâ & effusâ, quòd ex inſuavi ſapore tabo infectam cognoviſſet, cum ſuſpirio, infeliciter, inquit, Chriſtianorum ſanguinem libavi. Ibi quidam audax & importunus homo, & illo acerbiſſimo tempore acerbior: Non nunc, inquit, Imperator, nõ nunc primùm, ſed olim & ſæpè, & ad ebrietatem usque Chriſtianorum ſanguinem hauſiſti, dum pauperes ſubditos exactionibus vexas & deglubis. Eum conviciatorem Manuel ita æquo animo tulit, ac ſi ſurdus eſſet, & cùm vidulos, in quibus ſignata pecunia erat, à Perſis diripi & effundi videret, Romanos hortatus eſt, ut impetu in barbaros facto, pecuniam illam ipſis potiùs debitam arriperent. Tum rurſus idem ille, impudentem in Imperatorem invectus: Ultrò, inquit, iſta priùs Romanis danda fuit, non nunc, ubi cum difficultate & ſanguine paranda eſt. Quodſi vir fortis eſt, ut gloriatur, & chlamys poſtulat (Imperatorem notans) in raptores Perſas impetum faciat, iisque fortiter cæſis, rapinas recuperet. Tacuit & ad ea verba hominis importuni Manuel, ſine ullo murmure, non ſecùs atque olim David ſemeis intemperies luit. *Nicetas, lib. 6.*

10. Audiens autem, Conradum regem Romanorum, & Ludovicum Regem Francorum, expeditionẽ Hieroſolymitanam meditari, Oratores

tores Conrado,quemadmodum & Caloloannes (pater) cum maximis muneribus mittit: fœdus amicitiæ rogabat, quod à Caroli Magni temporibus fuit obſervatum,ut ambo Impp.pro diverſis opportunitatibus confœderationem inirent. Simul etiam confœderationem affinitate petit roborari,ut Rogerium,utriusque Imperii invaſorem,compeſcere faciliùs poſſit.Ejus enim nūcios, quos & Rogerius pro pace miſerat, detinuit carcere mancipatos. Ob id Rogerius iratus, miſſo navali exercitu, Corinthum ſpoliavit, cū multis urbibus, ac Caſtellis Græciæ, ablatâ diverſi generis paludamentorum & veſtis precioſæ multitudine, cum auri & argenti immensâ copia. Cepit & Curfolium inſulam, in cujus portu fortè extruxit præſidium. Cæterùm Conradus Rex, fœdus innovavit literis confirmatoriis: quarum exemplar invenies in Hiſtoria Friderici Primi,apud Ottonem Friſingenſem Antiſtitem. At poſtquam noſtri trajectò mari in aliâ terra conſtiterunt,odio cœpit & invidiâ, ſucceſſus eorum vir ſceleratus & Græco ingenio fraudulentus, perſequi. Nam cùm rex Conradus ingentem bellatorum exercitum per boſphorum, ſuaſu Manuelis,ad hoſtes traduceret, commeatusque ſufficientes polliceretur; facinus commentus deteſtabile, gypſum contuſum in farinæ ſpeciem triticeis immiſcuit commeatibus: aliqui calcem ſcribunt, utrumque perniciofum humanis corporibus, ad caſtraque regis miſit. Quo cibo brevi magna militum conſumpta eſt multitudo, coactusque eſt Rex retrocedere: Sed revocatus ab Imperatore Græcorum, navibus ejus Hieroſolymā eſt perlatus. Simili frau-

de fertur, Ludovicum Francorum regem, qui etiam Hieroſolymitanæ expeditioni intererat, decepiſſe. Perſuadet enim per deſerta ſyriæ loca copias ductare. Vbi inopiâ rerum omnium adeò affectus eſt, inediâ longâ exercitus, & Turcorum aſſultu fatigatus, ut fame nimiâ cruciatus, coactus ſit equorum aſinorumque carnibus veſci, ac re infectâ per Seleuciam Antiochiam petere. Palæſtinam tandem delatus, cum multo labore & damno, multis fame morboque mortuis. Vnde Manuelis nomen Francis odioſiſſimum tum erat, qui Chriſtianis tam exitiale ac peſtiferum conſilium dederat. Ob id Rogerius, Siciliæ Rex, indignatus, bellum illi indixit, indictum fortiter geſſit, vaſtatâ omni orâ Græciæ: & tandem per ſuos Duces in Byzantium impetum fecit, quò adeò ingenti claſſe exercitum traduxit, ut ſuburbia igne & flammâ conſumeret, in Imperatoriam domum regiosque hortos, ſagittas argenteas aureasque mitteret, ac omnia finitima loca incendio devaſtaret. Sic è manibus barbarorum incolumem Ludovicum Conſanguineũ eripuit, ut in Franciam felicior rediret. Tam atroci injuriâ Manuelem continuò affecit, ut de ejus penè Imperio actum eſſet. Hæc Cuſpinianus conſulendus quoq; eſt, Guilhelmus Tyrius, *lib.16.cap.22.* Plura etiam Cruſius habet. *part. 2. lib. 10.ca. 7.* qui tandem, ex Guil. Tyrio ſubjungit: Malum omne Teutonicis Manuel ſtruxit: quòd omne ipſorum incrementum oderat. Moleſtè ferebant Græci: quòd illorum Rex, ſe Romanorũ vocabat Imperatorem: quia hunc titulum ſuo tantùm Imperatori convenire putabant. Nicetæ item firmiſſimâ conſtat authoritate, ne quis

Lati-

Latinis æmulationis gratiâ commentum exiſti-
[illegible] Conradi Imperatoris exercitum, dolo Græ-
corum, arte Pelasgâ, Manuele id agente, à Tur-
[illegible]ulum, peſſundatum ac perditum fuiſſe.

[illegible] De expeditione etiam hâcce Latinorum, ita Nicetas: Hoc Imperii ſtatu, hoſtilis nubes horrenda & peſtilens, ab Occidente in fines Romanorum irrupit: de motu Alemannorum loquor, & cognatarum eis gentium: inter quos & mulieres erant, non conjunctis pedibus, ſed virorum inſtar diviſis, ſuper palliis equitantes, haſtatæ atque armatæ, atque virili habitu ornatæ, Martio vultu, Amazonibus audaciores. Inter quas una excelluit, quaſi altera Pentheſilea, quę cui veſtigia, & limbum veſtium auro intertextũ, Auripes vocabatur. Expeditionis cauſa prætendebatur, Dominicum ſepulchrum, & præparationis [illegible] rectæ, & non inſidioſæ popularibus ſuis Hieroſolyma aſcenſuris, neque ſe quicquam ſit[illegible] vacuum advehere; ſed ea duntaxat, quæ ad [illegible] complanandam maximè neceſſaria eſſent, [illegible]ferebantur, per quæ non ventilabra, non cel[illegible]on ligones, ſed galeas, thoraces, gladios, & [illegible]lio bello apta ſunt, innuebant. Hanc ſibi [illegible]is cauſam eſſe jurati affirmabant, neque id [illegible], ut poſteà cognitum eſt, ac per legatos ab [illegible] petebant, ſibi per ejus provincias pacatum [illegible]itum dari, & forum præberi, quò commea[illegible] pro hominibus & jumentis comparare poſ[illegible] Imperator verò etſi re inexpectatâ, & novâ, [illegible], territus, tamen ſuis rebus non defuit. Nam & [illegible]is pro tempore benignè reſpondit, & eo[illegible] inſtitutum probare ſe, & pios conatus ad[illegible] ſimulavit, ac ſtatim rerum venalium co-

piam præparaturum pollicitus eſt, quas accepturi eſſent, non quaſi per alienam provinciam, ſed quaſi per ſuam patriam tranſirent. modò fidem darent, tranſitum ſuum verè pium eſſe, & ſine maleficio Romanorum finibus exceſſuros. His peractis, edicta quóvis dimittit, ut commeatus in viis, per quas occidentales tranſituri ſint, venalis exponatur, idque fit ſtatim. Sed quia vexebatur, ne in pellibus ovium, lupi venirent, aut contrà quàm fabula narrat, ſub aſini exuviis leo lateret, aut leoninam pellem vulpina obtegeret, Romanas legiones convocat, publicè de Rep. deliberat, quanta multitudo copiarum tranſitura ſit, exponit, quantus ſit equitatus, quantum gravis armaturæ, quàm infinita multitudo peditum; ut toti æreі ſint, ut cædium aridi, commemorat, ſcintillare oculos, & cruòre delectari magis omnes, quàm alios aquæ aſperſione. Ideò in locis opportunis, & anguſtis tramitibus, inſidias collocandas cenſuit, quibus non pauci ex iis exercitibus perierunt. Quin & cives, portis clauſis, forum Alemannis non præbebant: ſed funibus de muris ſuſpenſis, pecuniam priùs attrahebant: iiſque rurſum quantum vel panis vel aliarum rerum libebat, demittebant. Quibus injuriis Alemanni exacerbati, oculum inſpectorē omnium rerum, contra eos, qui injuſtis ponderibus uterentur, nec advenarum, & eidem religioni addictorum miſerti, adeò nihil de ſuo cōferrent, ut cibos etiam de faucibus eriperent, ultorem invocabant. Verùm peſſimi incolæ, & inhumanitate ſingulari præditi, ne minimum quidem demittebant: ſed auro argentóve attracto, atque in finibus recondito, ex mœnibus ſe ſubdu-

ſubducebant, quidam etiam calce farinæ immi-ſtâ, cibum peſtiferum reddebant. Id utrum juſſu Imperatoris factum fuerit, ut ferebatur, compertum non habeo. Vtut ſit, iniquum & nefarium facinus fuit. Illud certè conſtat, ejus juſſu ex improbo argento monetam eſſe cuſam, quæ iis daretur, qui ex Italico exercitu aliquid vendituri eſſent. Breviter ut dicam, nullum mali genus fuit, quod Imperator non vel ipſe in eos machinaretur, vel aliis machinandi author eſſet: ut ſcilicet eorum poſteri perpetuis monimentis ab invadendis Romanis deterrerẽtur. Idem & Turci tentati ſunt, Manuelis literis ad bellum Alemannis faciendum concitati. Itaque circa Balbum, Pamplano quodam duce, prælio victores multos occiderunt.

12. Teſtatur etiam Nicetas *in Manuele, lib. 7.* eundem Imp. ſummo conatu egiſſe, ut tum Papam Alexandrum III. tum Longobardos, & alios, quos voluiſſet, Principes, adverſus Fridericum cingeret, quos etiam pecuniis fovebat, quòd ſciret, ejusdem Friderici Imp. animum ad Orientale Imperium occupandum eſſe propẽſum. Nam verum eſt, inter alia ipſum tentâſſe, Corcyram Inſulam occupare, datis de hoc literis ad Georgium Metropolitam ipſius. *Baron. An. Ch. 1176. n. 21. & ſeq.* Verba Nicetæ ita ſe habent: Imperator (Manuel) quia gentes ſinus Ionii, bello petere non poterat, imò potius incurſiones earum in Romanus provincias perpetuò timebat, haud ignarus copias Occidentales Romanis eſſe longe ſuperiores; præſertim verò formidabiles eas fore, ſi in unum conſpirarẽt: multò antè ſe quoquo modo contra illas muniebat. Nam Orien-

tales.

tales quidem Barbaros licere ſibi & pecuniâ cõciliare,& armis intra fines ſuos continere: ſed Occidentalium gentium multitudinem timere ſe: quòd viri ſuperbi ſint,indomiti, ſanguinarii, nec tantùm opibus & armis abundent, ſed irreconciliabili etiam odio Romanos proſequantur. Proinde Venetias, Genuam, Piſas, Anconam,& reliqnos oræ maritimæ accolas, Romanis conciliabat; jurejurando devinciebat,omnis generis officiis alliciebat, & in urbe Impetrice hoſpitiis excipiebat. Et quia verebatur, ne quis occidentalium Regum,opibus auctis,Romanos invaderet: potentiorum injuriis obnoxios populos pecuniâ reficiebat, in armis exercebat, & ad reſiſtendum animabat. Ac Italos contra Alemanniæ Regem Fridericum, qui eos ſuæ ditionis facere maximè cupiebat, ſæpè concitavit, per legatos hortatus, ut fortes viros ſe præberet, & Regis dolos caverēt, quem coronæ accipiendæ gratiâ ſæpè veterem Romam ingreſſurum, impediit. Papâ per literas monito, ne ſuam gloriam alteri daret, néve limites Patrum transferret: ne temeritatis & negligentiæ tum demùm pœniteret, cùm accepta mala corrigi non poſſent. At Imperatori res ita adminiſtranti, crimini dabatur à Romanis, quòd ex ambitione longinqua deſideraret, & oculos in extrema terrarũ extenderet, multa audacter, temerè multa ageret,& ultra limites, à ſuperioribus Imperatoribus præfinitos, multum evagaretur, & pecuniã à ſubditis acerbè & per injuriam, exactam, inutiliter dilapidaret. Verùm perperàm iſta reprehendebantur,non ab inani ſtudio novitatis profecta,ſed Latinarum gentium metu, quarum vires

tes inexpugnabiles eſſent: quæ ſi conſpiráſſent, verebatur, ne torrētis inſtar noſtrum Imperium vaſtarent. Ea de cauſâ, vel exiguum fomitem, ut magni incendii cauſam, ſuſpectum habebat: & nascentia incommodorũ ſemina, ſtatim extirpabat, optimi agricolæ more, qui ſpinas adhuc teneras, & degeneres frutices runcare ſolet. Atq; hoc ejus obitu declaratum eſt, cùm ſapienti gubernatore amiſſo, Reip. navis penè demerſa eſt. Eaque de re, & alia loca, aliorum ſcriptorum, Crufius adducit. *part.2.lib.9 cap.4.* Sic enim Platina: Emanuel Orientis Imperator, ab Alexandro Pontifice (non ignarus inimicitiarum ejus, cum Friderico Barbaroſſa) magnis pollicitationibus ac donis, Occidentis Imperium ambiebat. Sic & Blondus. Emanuel, miſſis legatis Romam, obtuliſſe cum omni Eccleſia Orientali, velle Pontificem Roman. orbis Chriſtiani caput recognoſcere: easque copias in Italiam mittere, per quas facilè Fridericus indè expelli poſſet: pecuniasq; ingentes promiſit, ſi ad Imperium Occidentis, univerſalemque Monarchiam, redintegraretur. Ad quam rem exploratiùs intelligendam; Hadrianus quartus Pontifex, Legatos Conſtantinopolim miſit. Sic & pater ejus antea, à Pontifice (teſtante Aventino) petierat: ut Romani ad ſe, tanquam antiquum & legitimum Imperatorem, redirent.

13. Manuel etiam Imperator Sclerum Sethũ, & Michaelem Siciditem, juſtâ irâ permotus, cæcari juſſit, qui ſub Aſtronomiæ profeſſione, Magiæ & Dæmonum impoſturis operam dabant. Nam Sclerus cùm nubilem quandam virginem, à qua contemnebatur, adamaret, ac manifeſtè

ſolli-

ſollicitaret, per lenam ei malum perſicum mittit: quo puella in ſinum recepto, amore & libidine inſaniens, ab illo corrumpitur. Puellæ verò cognati, facinus id indignè ferentes, & ſtrenuè contra dæmonem pudicitiæ puellarum infeſtū, & pomo inſtar maleficii iſtius ſerpentis inſidiatem; quas caſtitate tanquam Edemio horto ejiceret, vociferantes, effecerunt, ut ejus aſpectu penitùs privaretur, quam impudicè aſpexerat. Sicidites verò præſtigiis quibusdam rerum earum conſpectum eripiebat, quas oculi intuebantur, & totas Dæmonum cohortes, immittebat iis, quos volebat exterritos. Cùm autem aliquando ex editiore palatii loco naviculam vidiſſet, quo ollæ & patinæ vehebantur, aſtantes interrogavit, quid daturi eſſent, ſi efficeret, ut nauta alienatâ mente, navigatione omiſsâ, remo ad comminuenda fictilia uteretur? qui cùm ei pollicerentur, quicquid poſtulâſſet, nauta paulò pòſt exurgit, & vaſa non priùs ferire deſtitit, quā in pulverem redegiſſet. Quo conſpectu illi riſu emori, factum illud admirantes: nauta verò paulò pòſt, barbâ prehensâ lamentari, amotâque caligine illâ, ſe ut irâ numinis agitatum deplorare. Rogatus, cur merces ſuas ita tractaſſet? cum dolore narrabant, ſe remis intentum, horribilem ſerpentem ſupra vaſa porrectum, oculis inconvenientibus in ſe converſum inſtar devoraturi vidiſſe; qui priùs volutari non deſtiterit, quàm fictilia confracta eſſent: indè ſubitò ex oculis evanuiſſe. Fecit & aliud non diſſimile. In balneo lavans, rixari cum quibusdam cœpit, & è conclavi egreſſus eſt. Paulò pòſt & cæteri anhelantes & trepidi, præ metu ac feſtinatione invicem con-

conculcantes, narrant; ex canali calidæ aquæ viros pice nigriores exiliis ſe, à quibus nates ipſorum plantis pedum ferientibus, balneo exacti eſſent. Ob hæc igitur, aliaque graviora facinora, uterque oculis orbatus eſt: ac Sethus quidem iiſdem rebus deinceps ſtuduit: alter verò Monachus factus, ſcriptum ſpurciſſimum, ut homo divina gratiâ indignus, de Divinis myſteriis compoſuit. *Nicetas, lib. 4. de Imper. o Manuelis Comneni.*

14. Porro & hoc addere placet: Manuelem Monachis non prædia, ſed victum præbuiſſe: quâ de re ita Nicetas, *lib. 7.* Templum D. Irenæ maximum & pulcherrimum, à Martiano Imp. conditum, & incendio abſumptum, inſtaurare aggreſſus, cùm partes quasdam ex fundamentis extruxiſſet, deſtitit: & Monaſterium in Ponti faucibus, loco qui Cataſcepe dicitur, Archiducis Michaelis nomine extruxit, in quo celeberrimos quosq; & præſtantiſſimos monachos collocavit; eâ ratione, ut ſolitariam & quietam vitam, ſine ulla ſolicitudine poſſent degere. Cùm enim monachos poſſeſſionibus & negotiis turbatos, & tranquillitate animi, & DEI cultu excidere intelligeret, nullas eis vineas, nullos agros, nullas poſſeſſiones, quas nec eorum proſilio admittit, aſſignavit: ſed ex fiſco tantum pēdi juſſit, quantum ad victum & cultum opus eſſet. Videtur nimirum immodicam cupiditatem ſtruendi monaſteria improbâſſe, & exemplum prodere poſteris voluiſſe, quo pacto Templa cōdenda, & quæ vivendi ratio eremitis, pauperibus, & a terrenis rebus ſe abſtrahentibus, proponenda ſit. Tantum autem abfuit, ut eorum inſtitutum laudaret, qui monaſticam vitam profeſſi, &

ſi, & opibus affluunt, & multitudine curarum magis diſtrahuntur,quàm ii, qui hujus vitæ deliciis occupātur: ut ſanctionem Nicephori Phocæ,fortiſſimi & cordatiſſimi Imperatoris, olim abolitam,de non augendis monaſteriorum latifundiis,quaſi poſtliminiò revocârit: neque patrem, avum, cæterosque cognatos ſuos omnes, qui monaſteriis ampliſſima prædia donârant, incuſare deſtiterit; non quòd de ſuis opibus DEO aliquid conſecrâſſent,ſed quòd rem bonā, malè adminiſtrâſſent. Nam cùm monachis habitationes in abditis & deſertis locis, in antris, & montium cacuminibus aſſignandæ eſſent: & Conſtantinopolis, tanquam ſirenum cantus vitanda,gloriola ductos, incruſtata ſua ſepulchra, & vario marmore exornata, iis qui templa ingrediantur, ſpectanda propoſuiſſe, & mortuos quoque coronari ſe,& hilari ſplendidoque vultu conſpici voluiſſe, & in foro ac triviis monaſteria ædificâſſe: & ibi nullo cum delectu virtutis,velut in caveâ cōcluſiſſe eos, qui monachos, non ultra tonſum capillum, & mutatum habitum, promiſſamque barbam exprimerent. His igitur de cauſis, ſive ut monaſticam ſanctimoniam nutantem,ac potiùs humi ferè proſtratam fulciret,ſive metuēs, ne ipſe ea facere diceretur, quæ reprehenderet, rationem à ſuis majoribus diverſam eſt ſecutus.

15. Baronius verò *ſub An.Ch.1148.num.42. & ſeqq.* Auream Bullam, Medicatricem appellatā, ejusdem Imp. refert;quâ mederi voluit titulis & juribus omnium Eccleſiarum, ubi inter alia ita reſcribit: Volens,ut firmitas & ſtabilitas Eccleſiæ, quæ omnibus præeſt,ſervetur,& omnibus dictis Anti-

Antistitibus ſanctarum, quæ ubicunq; ſunt, Ec-
cleſiarum, & ſecuritatem titulorum ac jurium,
quæ illis adſunt, in ipſorum immobilium de-
tentione firmiùs conſtituens, & præterea corri-
gens, ſi quid in eorum juribus claudicet, & me-
liorique ſit deſtitutum: non ſolùm hoc, ſed & ſi
quod jus conſequi debeat ad ejusmodi immo-
bilium dominationem, detentionem, & proprie-
tatem, id fortaſſe priùs factum non eſt. hanc Im-
perii mei Bullam Auream, ejus quod deeſt, *Me-
morandum* illis tradidit, quæ veluti perfectum &
integrum, & omnino inconcuſſum jus ejus o-
ſtendit, per quam confirmat quidem, & tutius
[illegible] quodcunque jus adeſt ſanctis Eccleſiis, ei-
que quæ illis præſidet, in ipſarum immobilibus,
[illegible] modicunque fuerint, & ubicunque ea ſita
ſint: & quod bonum eſt, melius facit Imperii mei
ſententiâ & calculo.

16. At quo Statu eſſet Orientalis Eccleſia hoc
tempore, in his quæ ſpectant ad jura Eccleſiaſti-
ca, ipſamque immunitatem Eccleſiæ, & liberta-
tem conſervandam, ex Theodoro Balſamone
diſcamus, ubi tractat de canone 15. Concilii
Carthaginenſis, quo agitur de non trahendo
Clerico ad Laicorum tribunal. Quibus oſtende-
re ſtagit, ad ima prorſus jam demerſa fuiſſe o-
mnia Eccleſiaſtica privilegia; undè opus fuiſſe,
[illegible]ſcente nomine, Imperatores privari Impe-
rio, & redigi in ſervitutem, cùm cogerent Eccle-
ſiam ſibi ipſis ſubiici ſervituti. Sed audi ipſum
Theodorum: Hodiè autem, inquit, hæc negligū-
tur: propter quam cauſam, neſcio. Multi enim
non ſolum Laici, ſed etiam ſacrati, Epiſcopos,
Clericos, & Monachos, ad civilia judicia attra-
hunt,

hunt,nec Imperatoris quidem mandatum de eâ re exhibentes, & neque incompetentis judicis præſcriptio ſeu exceptio prodeſt iis,qui rei agũtur. Eos enim cogunt vel invitos judicio contendere; nec ſacrati, qui eos traxerunt, aliquid penitùs damni ſensére.Sed nec monachi vel clerici,adverſus quos in foro Eccleſiaſtico agitur,ſi id quidem recuſaverint, civilem autem examinationem petiverint:ulla in re puniti ſunt.Quẽadmodum nec clerici,vel monachi, qui in ſeculare judicium tracti ſunt, & in eo litigare non recusârunt.

17. De moribus etiam hujus Imper. Nicetas, *lib.ult.* Iam quia Romanis ac Barbaris etiam, ut opinor,eſt in more poſitum,ut ſtipendia militibus ſolvantur, & ii ſæpè in medium producantur,ut exquiratur, an armis inſtructi ſint, an equos probè curatos habeant: Item ut tyrones, priusquam in catalogos referantur, explorentur,an corporibus valeant,an ſagittare ſciant,an vibrandâ haſtâ ſe exercuerint: hic Imperator ſtipendia militaria, in fiſcum, tanquam aquas in ciſternam coegit; & exercituum cupiditatem donativis,quę incolarum dicuntur,levavit,abuſus re à veteribus Impp.inventâ, & raró uſurpatâ in eos, qui hoſtes ſæpè cæciderant. Hinc factum eſt,ut & milites enervarentur, & maximũ pecuniæ flumen in ignavos ventres effunderetur, & Romanæ provinciæ malè tractarentur. Nam & ſtrenui milites,cùm non ampliùs id exſpectarent, quo peculiariter ad virtutem bellicam excitabantur, quòd tum promiſcuè omnibus idem præmium propoſitum erat, alacritatẽ illam in periculis adeundis abjecerunt, & pro-

vincia-

provinciales, qui olim fiſco pecuniam numerabant a militari avaritiâ peſſimè ſunt tractati, ereptâ non pecuniâ tantùm, ſed & intimâ tunicâ, aliquando etiam à liberis & uxoribus avulſi. Proinde quilibet militiæ nomen dabat, & multi ignaviſſimi & ſordidiſſimi opifices, vel equo Perſico donato, vel paucis aureis datis, nullo delectu acto in militũ catalogos relati literis Imperialibus, irrigua prata & rura fertilia, & Romanos tributarios accipiebant, ut eis aliquando ſervili habitu miniſtrarent: & vir Romanus, gravi vultu, rei militaris peritus, & tantò excellentior, ut illi comparatus Achilles videretur, aut duabus manibus armatus: cum eo compararetur, qui neutram incolumem haberet, tributum penderet homuncioni ſemibarbaro, qui inſtructam aciem nunquam viderat. Enimverò perturbationis hujus, Romanæ provinciæ graves pœnas dederunt, quarum aliæ ante oculos noſtros a Barbaris ſpoliatæ & occupatæ ſunt: aliæ a noſtris tanquam alienæ vaſtatæ & everſæ.

18. Et idem Nicetas: Hic quidem Imp. natura facundus, & ſuavis ſermonis affluentiâ ornatus: non elegantes tantùm epiſtolas ſcribebat; ſed & religionis inſtitutiones parturiebat, ac publicè declamabat. Tandem etiam de divinis dogmatibus & de DEO diſſerebat, ſæpè etiam dubitationem præ ſe ferens, quæſtiones è ſcripturis proponebat: earumque ſolutiones, eruditis omnibus invocatis, requirebat: quanquam in his etiam laudari potuiſſet, niſi curioſitate ingenii eas etiam quæſtiones agitâſſet, quæ attingi ſe nullo modo patiuntur: aut ſaltem omiſſa pertinaciâ ſcripturarum, ſententiam in multis

ad

ad ſuam opinionem novis interpretationibus non accommodâſſet, veris declarationibus veterum repudiatis: quaſi ipſe totum Chriſtum comprehendiſſet, & ab ipſo de natura ejus dilucidiùs ac diviniùs edoctus eſſet. Ortâ igitur quæſtione de illo dicto, quo dicitur, incarnatum Deum, ſimul & offerre & offerri, & eruditis inter ſe diſſentientibus: diſceptatio longo tempore eſt extracta, multis & confirmationibus & confutationibus utrinque allatis. Verùm Imperatore piæ & veræ ſententiæ, poſt ſolertem controverſiæ explicationem aſſenſo: adverſarii loco moti ſunt, ut perperàm ſentientes. Ferunt, cùm hæc controverſia agitaretur, & publicè agitanda proponeretur, alieno anni tempore ingens erupiſſe tonitru, & auribus eorum omnium, qui tum Pelagoniæ cum Imperatore erant, ita inſonuiſſe, ut nonnulli humi prolaberentur: & Eliam quendam, hominem eruditum & celebrem, aperto libro, qui de tonitribus & terræmotibus diſſereret, & iis lectis, quæ ad tempus illud pertinerent, ſcriptum inveniſſe, *Caſus Sapientum.* Et certè tum Doctorum eruditiſſimi, Eccleſiis pulſi, & omnibus ſacris miniſteriis interdicti ſunt. Aliquot annis pòſt, quæſtione de DEI hominis dicto, *Pater major eſt me*, propoſitâ, parùm curatis patrum explicationibus, iiſque variis, & ad controverſiæ explicationem & declarationem ſufficientibus, ſuas interpretationes attulit, easque pertinaciter defendit: & ad ſuam voluntatem & ſententiam, univerſalium Doctorum ſententias, non modò veritati non adverſantes, ſed Divinitùs editas accommodavit. Nã cùm alii dicant, patrem, ut filii auctorem, dici majo-

majorem : alii de naturâ humanâ id intelligant, & id dictum non Verbo; ſed aſſumptæ Carni attribuant, ut & illa de profectione ad patrem, de adventu principis mundi, qui nihil in ipſo evenit: alii, & ſi de verbo vocem *major* accipiant, non abſolutè tamen & eſſentialiter, ſed ob inhumanationis ſummam extenuationem & humilitatem: atque alii aliter, piè tamen, explicent, neſcio quomodo, ut propoſitæ queſtioni non ſatisfacientibus, improbatis, aliam attulit interpretationem: indictoque Concilio, & omnibus eruditis literarum ſtudioſis convocatis, ſingulos hortatus eſt, ut ei decreto hoc modo ſubſcriberent. Equidem etiam S. Patrum voces de illo dicto, *Pater major eſt me*, amplector: ajo tamen id ſolum pertinere ad carnem in eo conditam, & paſſibilem. Quod neſcio quomodo filio incarnato minùs tribuit quàm patri: perinde ac ſi ob naturæ humanæ aſſumptionem & peregrinationem in terram, pari dignitate excidiſſet, ac ſuam auctoritatem amiſiſſet, & intra limites extenuationis conſtituiſſet: ac non deificâſſet, & extuliſſet humilia, & ſuâ gloriâ per unionem illam ornâſſet potius, quam eâ re ipſe depreſſus eſſet, quod abſurdum eſt. Hæc Nicetas, *lib. ult.*

Refert etiam Nicetas *ibid.* aliam ſubortam diſputationem, cùm ait: Extat inter cæteras Catecheticæ tabulæ ſanctiones, anathema in Mahometi Deum, quem nec genuiſſe, nec genitũ, holoſphyrum eſſe affirmat. Id anathema ex omnibus Catecheticis libellis aboleri voluit, ab ipſa magnæ Eccleſiæ tabulâ auſpicatus, idq; ratione probabili ſcilicet. Ajebat enim blaſphemiis in DEVM qualibuscunque offendi Aga-

renos, qui ad piam noſtram religionem deficerent. Proindè maximo Theodoſio accerſito, qui principē ſedem curabat, atq; ornabat, & priminariis ſacerdotibus, qui tū urbe erant, eloquentiâ & virtute præſtantes, quæſtionem cum tumido exordio proponit. Qui cùm omnes refragarentur, nec ullo modo illa admitterent, ut abſurda & à verâ de Deo ſententiâ abducentia, atque anathema illud offenſionis plenum piè explicarent. Nec enim DEVM, cœli & terræ conditorem, ullo modo anathemate notari, ſed holoſphyrum illum DEVM, quem delirus & furioſus Machometus, nec genitum nec gignentem confingeret. Nam apud Chriſtianos DEVM patrem celebrari, quod deteſtandis Machometi nugamentis planè prohibeatur. Deinde ſe non ſatis intelligere, quid ſit illud holoſphyrum, eis animo nihil mitigato contemptis, ſuapte autoritate, & aulicorum eruditorum, quos tempori ſervire nôrat, miniſterio, decretū proponit, quo & Machometi delirium (cur enim Theologiam dicam?) defendebatur: & ſuperiores Imperatores, ſacrorumque antiſtites, apertè taxabantur, qui DEVM verum ineruditè & inconſideratè anathemate notari paſſi eſſent: & id decretum in ſacro palatio publicè recitandum curat; Principibus Senatus, & cognatis ſuis literarum ſtudioſis, qui veluti viam prępararent, & applauderent præmiſſis. Erat autem oratio adeò probabilis, non ſpiritualium verborum gravitate, ſed humanæ ſapientiæ ſuavitate; ut aures non eorum duntaxat, qui variam ejus compoſitionem & jucundam vanitatem ſpectabant, ſed eorum etiam, qui ipſius ſcripti ſententiam indagabant, prope-

propemodum ſuſpenſas teneret. Ac forſitan veri DEI gloria Machometano illi DEO, quisquis eſt, tributa eſſet, niſi Patriarcha ſtrenuè adverſatus, nec ipſe id ſcriptum curâſſet, quo nova & periculoſa dogmata introducerentur: & cæteros, ut id tanquam venenum ſuſpectum haberēt, monuiſſet. At Imperator, ut gravi affectus injuria, Pontifices conviciis inſectabatur, & homines omnium mortalium ſtultiſſimos appellabat quippè ex morbo graviſſimo, qui exitium ei attulit, pronior ad iram factus. Sed illi tandem ægrè aſſenſerunt, ut anathema à Deo Machometi, in ipſum Machometum & omnem ejus doctrinam & ſectā in Catecheticis libellis transferretur. Quo, poſt multos congreſſus, decreto & confirmato, tandem quieverunt. Inter alios Manuel, graviter refragantem habuit, Euſtathium, Archiepiſcopum Theſſalonicenſem: cujus commentaria, in Homerum, & Dionyſium Afrum, habemus. *Cruſius part. 2. lib. 11. c. 10.*

[illegible]. De obitu verò Manuelis, ita Nicetas: Menſe Septembri obiit, nec de Imperio quicquam præclari ordinavit: in iis, quæ poſt ſuum obitum facienda eſſent, mandandis & præſcribendis ſegnior. In cauſa fuit, quòd nequaquam credebat inſtare ſibi mortem, ſed ſcire ſe affirmabat, 14. vitæ annos adhuc reſtare, idq; ad ipſum Patriarcham Theodoſium dixit, à quo monebatur, ut pro paterna pietate Reip. curam, integris adhuc ſenſibus, maturè ſuſciperet: & Curatorem fidelem filii ſucceſſoris, impuberis adhuc, & Imperatricis, quæreret. Sed peſtilentes impoſtores ASTROLOGI, Imperatorem paulò pòſt ex morbo recreatum, vacaturum eſſe amoribus,

 & bar-

& barbaricas urbes everſurum, imprudenter aſſerebant: & quod incredibilius eſt, homines præcipiti linguâ, & aſſueti mendaciis, motum univerſi orbis, & maximorum ſiderum congreſſus & concurſus, ventorumque procellas ingentes, & univerſitatis rerum penè mutatione prædicebant, Engaſtrimythi potius quàm Aſtrologi. Neque verò annos duntaxat, & menſes, & hebdomadas numerabant, ſed dies etiam, & horæ punctum deſignare non verebantur; quæ ſuæ poteſtati reſervavit pater, & ſervator ſuos diſcipulos percontantes caſtigavit. Proindè non ipſe modò Imperator ſpeluncas & meatus ſubterraneos contra ventorum impetum inquirebat, ad habitandum præparabat, & palatiorum faſtigia demoliebatur, ut minùs impetu ventorum læderentur, ſed & miniſtri, & cognati, & adulatores ejus, iiſdem rebus intenti, partim terram, formicarum inſtar, effodiebant, partim tentoria tripliciter conſuebant, & vectes cubitales, quò minùs tabernacula concuterentur, acuebant. Sed morbo, ut dixi, ingraveſcente, balneo uſus, cognovit ſpem vitæ evaneſcere, & terminum inſtare inevitabilem, ac pauca cum aſtantibus de Alexio filio locutus, oratione ſuſpiriis interpolatâ (quia prævidebat, quæ poſt ſuum obitum tēpeſtates impenderent) Patriarchæ monitu, brevi chartæ de Aſtrologia ſubſcripſit, mutatâ priſtinâ ſententiâ. Denique admotâ ad arteriam manu, & pulſu pertentato, cum alto ſuſpirio femur percuſſit, & monaſticum habitum poſtulavit. Quo dicto, cùm, ut fieri ſolet, tumultus eſſet ortus, & ſpiritualem veſtem, nigro panno, omnis ornatus expertē, miniſtri, neſcio ubi nacti, mol-

libus

libus & regiis veſtibus detractis, & aſpero illo Divinæ vitæ indumento illi induto, in ſpiritualem eum convertunt militem, & galea thoraceque inſigniore ornatum, in cœleſtis Imperatoris catalogum referunt. Ea lacerna, quippe brevior, crura heroici illius corporis non tegebat: ut nemo, qui id cernebat, à lachrymis ſibi temperaret, humanæ imbecillitatis cogitatione, & vilitate corporis in morte, quo animus tanquã teſtæ incluſus coaleſcit.

Manuel Romani Regis ſororem ducit; cui tamen fidem matrimonii non ſervavit. 1.

Exemplum caſtæ, & naturali pulchritudine contentæ uxoris. 2.

Manuelis prudentia; ac faciei & corporis decor. 3.

Omina captare vanum eſt; ſed eorum eventus interdum correſpondit. 3.

Calidiſſimi quæſtoris, exactionumque artificis deſcriptio. 5.

Non omnes ſumptus, ſunt neceſſarii qui videntur, decurtandi ſunt; præſertim ſi ab antiquo uſurpati. 5.

Mutatio fortunæ, in Aulis perpetua. 6.

Perfectio Aulici in eo conſiſtit, ut exequatur quæ princeps vult; & ut Princeps jubiat, quæ Aulicus cupit. 6.

Felicitas ſeculi, ubi princeps reditus ritè diſtribuit. 7.

Exactiones Manuelis. 8.

Sæpius Principes in deteriùs mutantur, quàm è contrà: idque quandoque extemporum infelicitate fieri ſolet. 8.

Barbaris, & peregrinis rerum gerendarum ignaris, nulla officia concredenda. 8.

Manuel convitiatorem patienter tulit. 9.

Manuel prodit & impedit Latinos, Orientem aggredientes. 10. 11.

Græci, ex ratione ſtatus, Religioni præponderante; La-

tinos Turcis produnt: à quibus tandem ſunt in ſervitutem miſerrimam redacti. 11.

Manuel, Occidentis Imperium affectat: eoque nomine cum Pontif. Romano agit. 12.

Subditi non debent, nec etiam poſſunt judicare, de Principum magnorum correſpondentiis peregrinis, magnisque auſis. 12.

Duo præſtigiatores, & Magi, puniuntur. 13.

Monachis prædia adimuntur: & num id rectè fiat. 14. 15.

Clerici illo tempore, ſeculari juriſdictioni ſubjecti: conculcatâ immunitate Eccleſiaſticâ. 17.

Neglectus militaris diſciplinæ Imperium Græcum perdidit. 17.

Principes nimis curioſè Religioſas quæſtiones tractantes, innovatores non rarò fiunt. 18. 19.

Non rarò Principes, & Aulici, plus in rebus Theologicis ſcire ſe poſſe putant, quàm ejus rei Antiſtites: quod non niſi hæreſes & ſchiſmata parit. 19.

Manuel, deceptus vanis prædictionibus, longiorem vitam ſperans; priùs, quàm de Imperio aliquid diſponeret, moritur. 20.

Monaſtico habitu, paulò ante mortem, indui cupit. 20.

XXXI. *Alexius Porphyrogennitus, cognomento puer.*

A. C. 1180.

EMmanueli morbo diuturno extincto, ſucceſſit Anno Chriſti 1180. filius Alexius Comnenus, Porphyrogennitus, tredecim annorum puer.

2. Hic, ut Nicetas *in vita Manuelis lib 5.* refert, vivente patre, Imperator deſignatus fuit. Cùm enim Imperatrix partui propinqua eſſet, deprompta & adornata eſt purpura ad puerum ſuſcipiendum. Doloribus verò urgentibus, eâ in purpu-

purpura collocatâ, adeſt & Imperator, ſuâque præſertim conjugem ſolatur, & ſublevat: magis tamen in ſtellas, & punctum edendi fœtus animo intentus. Nato filio, quem Aſtronomia docebat divitem fore, atque unigenitum, & paterni Imperii ſucceſſorem, DEO gratiæ agebantur, omnesque ſubditi plaudebant & lætabantur. Ipſe verò Imperator, ut diem natalem celebriorem redderet, cives honoratiores (uti moris erat) ramos geſtantes, conviviis excepit, & puerum Alexium nominavit. Idque non temerè, nec tàm ut eum proavi ſui nomine honoraret; quàm propter oraculum, quo ei per ambages reſponſum fuerat, ſeriem Comneniæ familiæ duraturam tantùm quoad literas nomen AIMA, hoc eſt, ſanguis, complecteretur. Ac per A. Alexius, per I. Iohannes, per M. & A. Manuel & filius ejus alter Alexius haud obſcurè ſignificabantur. Cùm puer ætate procederet, & inſtar fœcundæ plantæ creſceret, aliud conſilium capit Imperator: & jusjurandum de Imperii ſucceſſione à filia Maria, & ejus marito Alexio Pannonio, in filium transferre inſtituit. Proinde cum filio & civibus in ampliſſimo Templo DEI genitricis convenit, & per jusjurandum Imperii ſucceſſione in filium, ut putabat, translatâ.

3. Imago eſt vita hujus Imp. infelicitatis Imperii puerilis, de eoque ita Nicetas: Manuele Comneno ad hunc modum defuncto, filius Alexius, ferè impubes adhuc, & puer, qui pædagogi, & nutricis operâ nō ſatis commodè careat, ſucceſſit. Itaque Romana Reſp. perperam adminiſtrabatur, & pejus ſe habebat, quàm cùm Phaeton paternum currum per Cœlum regere conatus

tus eſt. Nam Imp. ob immaturam ætatem, & inopiam Conſilii, nullam officii rationem habebat, inani ſuperbiâ elatus & vix ſatis gnarus, quæ res triſtes aut jucundæ eſſent; venationi & equitationi incumbebat: puerorum, cum quibus colluderet, familiaritate utebatur, vitâ peſſimè inſtitutâ. Paterni verò ejus cognati & amici, aliis rebus intenti, illius educationem aliis rebus omnibus antevertendam, negligebant, nec interitum Reip. curabant. Nam alii Imperatricis amore flagrabant, & ejus pudicitiam haud diſſimulanter tentabant: calamiſtris, unguentis puerilibus, mitris muliebribus, aureis torquibus ornati, defixos in eam oculos habebant, & mutuum illius amorem captabant. Alii homines avari & rapaces, cùm luxurioſiſſimè viverent, fiſcum depeculabantur, ut crumenam immodicis ſumptibus exhauſtam, pecuniâ reſarcirent. Alii ad Imperii cupiditatem omnia referebant. Denique tanquam ſtrenuo & gravi pædagogo ſublato, confuſa erant omnia; dum ſuum quisque negotium agit, & alteri adverſatur: aut velut columnâ firmâ revulsâ, in partem contrariam omnia inclinabant. Proindè cùm potentiſſimi quique, & cognati Imperatoris, æqualitatē ſpernerent, Reip. cura defecit, congreſſus & conſilia deſerta ſunt.

4. Verùm vix biennio exacto, Andronicus, Manuelis patruelis, qui propter ſcelera exulaverat, & jam Ponto præerat, exercitu collecto, Conſtantinopolim venit: tutores omnes Regis trucidat, & ipſe ſe tu-

ſe tutorem adminiſtratoremque regni fecit. *Guil. Tyrius*. Sed ſtatim omnem Alexii cognationem excindere nititur, & primò viduam Emmanuelis ſuffocari jubet, ac paulò pòſt, Alexium chordâ arcus ſtrangulat, & cadaver in mare demergit; cùm vix annos quindecim natus eſſet.

5. Primò autem Andronicus procuravit, ut unà cum Alexio imperitaret. Alexius enim, ut Nicetas habet, tempori ſerviendum ratus, ſeni cum cæteris adulatus eſt, eumque ad Imperii ſocietatem convocavit; ad quod jam olim magno impetu ferebatur, ac factionis pars acrior, Andronicum tergiverſantem, & confeſſum recuſantem ſcilicet, ambabus manibus comprehenſum, in auratâ ſellâ collocavit: alii pullo & acuto pileo detracto, rubram mitram ejus capiti impoſuerunt; alii ſtolâ Imperatoriâ eum induerunt. Poſtridiè cùm in magnâ Eccleſiâ Imperatores proclamarentur, ordine mutato, Andronici nomen priore, Alexii poſteriore loco eſt pronunciatum; ob cauſam nimirum honeſtam & ſpecioſam, non decere infantem, immaturę ætatis, levibus malis celebrari ante Andronicum, virum canum, prudentiâ venerabilem, excellenti præditum ingenio. Poſtquam verò ipſe Andronicus in ſacram ædem pervenit, ut coronaretur, tum primùm hilarior viſus eſt, truci aſpectu poſito, & multis ſupplicantibus ſpem rerum meliorum fecit, manifeſtâ utique fraude & falſa pollicitatione impoſtoris. Nam illa vultus hilaritas, manifeſtiſſimam humanitatis ſpeciem

ad tempus præ ſe ferens, abſtruſam in eo immanitatem obtegebat. Templum ingreſſus, coronationis ceremoniiſ peractis, cùm ſacroſancta myſteria percipienda eſſent: cum cæleſti pane percepto, ad calicem precioſi & vivifici ſanguinis bibendum accederet, manibus tanquam ad poculum prehendendum extentis, & vultu ad triſtitiam compoſito, per veneranda myſteria, ferè omnibus iis aſtantibus, & audientibus, qui in ſacro adyto erant, jurat, ſe non aliam ob cauſam Imperium accepiſſe, niſi ut Alexium Imperatorem & conſobrinum juvaret, ejusque potentiam ſtabiliret; quem paucis diebus pòſt laqueo præfocatum, in maris fundum demerſit.

Alexius Comnenus 13. annorum puer, fit Imp. 1.
Superſtitio, vana Manuelis, in filii horoſcopo indagando. 2.
Puerile Imperium, raro felix. 3.
Vbi futuri Principis inſtitutio negligitur, non niſi maximo damno Reſp. afficitur. 3.
Andronicus Comnenus, ex Tutore, Collega, & pòſt occiſo pupillo, fit Imperator. 4.
Andronici perjurium; Imperandi causâ perpetratum. 5.

XXXII. *Andronicus & Comnenus.*

A. C.

ALexio occiſo, Andronicus Latinos omnes, qui Conſtantinopoli habitabant, excindere parat. Multi tamen effugerunt, qui cùm plurimi eſſent numero, claſſem Andronici occupant; & eâ ad vaſtandam omnem Græciam utuntur: præterque bonâ amiſſa adæquârunt, ſed conjuges

juges eorum & liberi Conſtantinopoli crudeliter ſunt trucidati. Legatus etiam Pontificis Romani, inter reliquos eſt occiſus. Indè exercitum Andronicus parat, & Urbes, quæ ſeditioſis Ducibus adhærebant, bello petit, inprimis Nicæam, quam deditione capit: ſed in dedititios crudeliter graſſatur. Pruſiam pôſt vi capit & excindit. *Spondan. An. Ch. 1183. n. 5.*

2. Cauſam tantæ in Latinos ſevitiæ, prodit Cruſius. *part. 2. lib. 11. c. 10. & 13.* ubi ita ſcribit. Alexio deſponſata fuit filia Regis Galliarum Ludovici, 8. annorum puella Agnes: quam Genuates ad ſe advectam, honorificè exceperant; ac triremibus ſuis Conſtantinopolim deportaverant. Debebant nuptiæ fieri, ubi Alexius adoleviſſet. Interim tamen ſponſalia, magnificentiſſimè peracta ſunt: & utriusque ſponſi ac ſponſæ, coronatio diademate facta: *Vinne in queſti tempi* (inquit Paullus Interianus, rerum Genuenſium ſcriptor) *alla citta, la figliuola del Re di Francia: spoſata con Aleſſio, figliuolo di Emanuele, Imperador Greco: de molti Baroni di Francia accompagnata; per eſſer in Conſtantinopoli condotta. A cui ricenimenti, da quanto à donna di tal ſtirpe ſi convenia, furono fatti.* At Andronicus, patruus Imperatoris Alexii, indignatus: quòd is dixiſſet filiam Regis Francorum, & multos Latinos haberet ſecum, ſibi familiares; volebat eos exterminare. Itaque conducto Solidano Iconii, & multis Saracenis fraudulenter introductis, multos Latinos interfecit: & multi Saraceni interfecti ſunt. Pax tamen tandem facta eſt. Attamen Androni-

cus (*Æmil. lib. 5*) Imperium occupavit, & Latinos (multos nobiles, qui cum Hagne Franca venerant, in Aula gratioſiores Græcis) expulit.

3. De Andronico verò ita Cuſpinianus: Andronicus Comnenus, ſanguine junctus Manueli Imperatori, & ideò Alexii tutor datus; deſciverat olim ab Imperatore; cùm aliquot loca injuſtè occupâſſet. Sed cùm ejusdem eſſet familiæ, tandem in gratiam reverſus eſt. Alii ob inceſtũ cum ſorore perpetratum, extremum à Manuele timuiſſe ſupplicium, ad Turcas in Aſiam ſeſe contuliſſe tradunt. Sunt qui narrant, ipſum Byzantii res novas molitum, juſſu Manuelis cuſtodiæ datum. Indè cùm jam meliorem de ſe ſpem daret, Ponticæ oræ ab eo præfectum. Vtcunq; ſit ex Ponto acceſitus vir callidiſſimus ac ſævus, curator Alexio datus, cùm regnandi libidine ſuſtuliſſet Alexium, Imperio potitus, vertit crudelitatem in Alexii amicos fautoresq;, quos multos ſecum habuit, ac quorum virtus ſuſpecta ei erat & formidanda: his partim occiſis, partim in exilium miſſis, diis ſeſe & hominibus reddidit infeſtum.

4. Fuére tùm multi præclari viri, ab Andronico ſupplicio affecti. Affectus autem populi, Tyranno graſſante, ac quomodo ille legum authoritatem ſuæ crudelitati prætexerit, ita deſcribit Nicetas: Actum primùm Conſtantinopolitani ea cum luctu viderunt, à quorum commemoratione priùs aures abhorrebant, atque id facinus reputantes attonitis ſimiles, quò ſe verterent, neſciebant; duplices pœnas luentes. Nam & popularium calamitate movebantur, & quia idem periculum jamjam ſibi quoque imminere

puta-

putabant,longiore cruciatu afficiebantur,quàm ii, qui jam in mediis tormentis erant. Nam hi quidem mala timere deſierant, oppreſſi malo, quod animus priùs augurabatur. Illi verò, quia malum ſubinde providebant, & futura, tāquàm præſentia cernebant, neque noctu ſomnum capere, nec interdiu quietis animis eſſe poterant, conſcientiæ quaſi flagellis excruciati. Neque vero ii ſolùm ſic affecti erant, qui animi parum amici erga Andronicum ſibi erant conſcii; ſed quod magis mireris, ii quoque quibus favebat Andronicus, & ſubindè aliquod bonum impertiebat. In cauſa erat, quòd acerbitatis, implacabilitatis, & ſævitiæ hominis gnari, periculi aciē ne ſe quidem evitaturos metuebant. Eſt & hoc memoratu dignum. Quidam homines apud Andronicum gratioſi petebant, ut ſuſpenſorum corpora tollerentur. Is verò, iis verbis non offenſus, rogavit, num pridem eſſent mortui? Vbi ex carnificibus audivit, malos malè periiſſe; ſe dolere vicem illorum dixit, ac id dictum lachrymis proſecutus, adjecit, legum ſeveritatem & authoritatem, ſua voluntate & propoſito plus valere, & judicum ſententias ſuo judicio præpellere. O lachrymæ, quæ & olim à nobis in animi mœrore fundebamini, ex corde tanquam imber è nubibus deſtillantes. O gravioris triſtitiæ ſigna, & eorum quæ intus urgent, argumenta certiſſima, quamvis aliquando etiam præ gaudio, ex oculis veluti guttæ exuberetis. Alia verò natura eſt apud Andronicum, internecionis eſtis prænunciæ, & in Acherontem ac Stygiam paludem, vel ipſo nomine deteſtabilem damnatis. O quàm multorum pupillas veſtrum profluviū

extinxit? O quàm multos in Orcum adegiſtis? O quot demerſiſtis? O quales viros in ſepulchrũ conjeciſtis,& ultimo lavacro abluiſtis,tanquam inferiæ effuſæ?

5. Andronicus verò tyrannus, qui ab initio, viſus eſt pugnâſſe adverſus Imperii perduelles, pro Alexio puero,ubi illis è medio ſublatis, ceſſerunt ipſi omnia ex ſententia, ut ſolus ſibi adſciſceret ſummam totius Imperii, infelicem Imperatorem Alexium crudeliter è medio ſuſtulit, ſtrangulato ipſo nocte arcus nervo: abſolutione à juramento, quod viventi præſtiterat Imperatori,ab Epiſcopis pollicitatione redempta. Deſcribit omnia iſta pluribus Nicetas. At quæ ante iſta in Latinos populos Conſtantinopoli commorantes, ab eodem Andronico mota ſint prælia; atque publica vi in eos facta ſit graſſatio, & ſæviſſima perſecutio, Nicetas ſic rem paucis attingit: Andronicus alacrior factus, victoriâ potitus, Protoſebaſto capto,miſſis triremibus,quæ magnum Ducem ſequebantur,& delectis ex ſuo exercitu cohortibus,bellum Latinis in urbe verſantibus infert. Cùm autem urbana quoq; multitudo animos contra eos ſumpſiſſet,& invicem ad ſtrenuè pugnandum cohortati eſſent; terrâ marique ſimul pugnatum eſt: & Latini à duobus exercitibus circumventi, quia ſe defendere non poterant,ut quisque potuit,ſalutem quæſiverunt,apertis ad diripiendum ædibus;quæ plenæ divitiarum omnis generis,eorumque bonorum fuerunt,quæ mortales appetere ſolent. Neque enim conſiſtere, neque Romanos invadere (ita Conſtantinopolitanos nominat)neque eorum impetum ſuſtinere audebant. Itaque alii,

quò

quò ſors tulit, in urbe ſunt diſperſi: alii in magnatum ædes evaſerunt: alii longis navibus ſuorum popularium conſcenſis, ferrum vix evaſerunt. Qui comprehenſi fuére, capitis ſunt damnati: omnes rei familiaris jacturam fecerunt. Triremes verò fugitivis plenæ, ex portubus urbis in Helleſpontum provectæ, eo die ad Inſulas Principis & Protam, cæteraſque urbi vicinas, non in alto ſitas appulerunt. Poſtridiè nonnullis earum Monaſteriis incenſis, velis remiſque diſceſſerunt. Nemine autem perſequente, ubi placuit, exſcenſu facto, Romanis quicquid potuere, nocuerunt. Hucuſque Nicetas, tantam tragœdiam inumbrans potiùs, quàm deſcribẽs, cum plurima præteriit horrenda auditu, amore ſuorum, non verò veritatis.

6. Ex ejuſdem temporis auctore Wilhelmo nempè Tyrio, rem geſtam, deſcribit Baronius *Anno Christi 1183. n. 10. & ſeq.* Noſtri, inquit Tyrius, poſt proſtratum Protoſebaſtum plurimum mẽte conſternati, timentes, ne civium ſuper eos repentina fieret irruptio: præmoniti à quibuſdam, qui conjurationis habebant conſcientiam, qui validiores erant, alii in galeis quadraginta quatuor, quas in portu repererant, Græcorum effugerant molimina: in navibus, quarũ in portu maxima erat copia, omnem domum imponentes, evaſerunt diſcrimen. Qui autem ſegniores erant, vel infirmi reperti ſunt, & ad fugam minùs idonei, ii in domibus ſuis relicti, impietatis, quam alii effugerant, rabiem perpeſſi ſunt. Nam parato clàm navigio, ſæpè dictus Andronicus, univerſas, quas ſecum trahebat, in urbem introduxit copias, quæ vix ingreſſæ, unà cum civibus;

vibus in eam urbis partem, quam noſtri incolebant, irruentes, reſiduum populi, qui aliis abeũtibus, aut noluerant, aut poterant exire, deſævientibus gladiis peremerunt: & licet pauci eſſent, qui ad arma poſſent ſufficere, reſtiterunt tamen diu, & cruentam de ſe hoſtibus reliquerunt victoriã. Immemores igitur fœderis & obſequiorum, quæ plurima Imperio noſtri contulerant; peremptis iis, qui reſiſtere poſſe videbantur, ignem eorum domiciliis ſubiiciunt, & univerſam eorum regionem ſubitò convertunt in favillam, mulieribus & parvulis, ſenibus & valetudinariis incendio conſumptis. Nec ſufficiebat eorum impietati, in loca deſævire profana; verùm Eccleſias, & loca quælibet venerabilia, ſuccendentes, qui ad ea ſalutis causâ confugerant, cum ipſis pariter ſacris ædibus concremabant. Nec erat differentia plebejorũ & Cleri; niſi quòd atrociùs in eos deſæviebant, qui religionis & honeſtatis habitum prætendebant. Monachis enim & ſacerdotibus primas irrogabant injurias, & exquiſitis perimebant cruciatibus. Inter quos virum venerabilẽ, Ioannem nomine, Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconum, quem pro negotiis Eccleſiæ, Papa Rom. illûc direxerat, comprehendentes, in contumeliam Eccleſiæ decollaverunt; caput ejus ad caudam canis immundæ religantes.

7. Robertus autem & ipſe hujus temporis ſcriptor, hunc Ioannem Cardinalem fuiſſe tradit, atque ita contigiſſe immane facinus narrat: Cùm Latini occiderẽtur, per crudelitatem iſtius Andronici, quidam Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, Ioannes nomine, quem Romanus Pontifex miſe-

miſerat Conſtantinopolim, ad petitionem Manuelis Imperatoris, qui erat vir religioſus, & vobat per prædicationem illius Cardinalis, revolecare Eccleſiam Græcorum ad inſtituta & ſubjectionem Romanæ Eccleſiæ: hic, inquam, Ioannes, cùm Latini occiderentur, erat in hoſpitio ſuo; veneruntque ad eum quidam religioſi viri, ſuadentes, ut diſcederet, ne occideretur. Quod cum audiret, dixit: Abſit, hoc ne fiat. Ego hic ſto pro unitate Eccleſiæ, & præcepto Papæ Alexandri, Domini mei: qui miſerat eum illuc. Tunc irruentes in illum Græci perfidi, occiderunt eũ, & ligantes canem cum eo, ita quòd cauda canis eſſet in os ejus, traxerunt per vicos civitatis, & factâ foveâ ibi combuſſerunt eum, & poſtea viri religioſi de fovea tulerunt corpus ejus, & optimè ſepelierunt illud, ubi crebro fiunt miracula. *Hæc Robertus.*

8. Sed nec Latini adverſus Græcos inultum eſſe permiſerunt tantum, & à ſeculis inauditum facinus, ut ibidem ex Roberto Baronius refert. Wilhelmus item Siciliæ Rex, in vindictam prædicti ſceleris, Dyrrachium & Theſſalonicam cepit, cujus captæ urbis miſerias ita deſcribit Nicetas: Deditionem ingens malorum pelagus eſt conſecutum. Omnes ædes ſunt deſertæ, nulla fuit domus, quæ ſervaret, nullus angiportus ab homicidis defendebat, nulla caverna erat, quæ diu celaret, nullæ preces, nulli geſtus miſerabiles, miſericordiam impetrabant; graſſatur ubiq; ferrum, ira non niſi lethali ictu lenitur, fruſtrà vulgus in templum concurrit, fruſtrà ſacris imaginibus fidit. Nam Barbari Divinis humaniſq; rebus confuſis, nulla religione movebantur; neque

que in ſacras ædes confugientibus parcebant. Illud ſaltem proficiebant miſeri, ut aut ſtatim gladio caderent, aut bonis omnibus ereptis dimitterentur, quod vaſtatores illi ſummum beneficium judicabant. Idem exitus manebat eos, qui in Fana ſe conferebant; & accedebat malum gravius, quòd infinitæ multitudinis concurſu, multi & ex compreſſione exanimabantur, & ab hoſtibus in ſacra irruentibus trucidabantur, & obvii quiq; pro hoſtibus crudeliter mactabantur. Et qui pepercisſent hominibus, qui Divinis rebus inſultabant, & Deum planè contemnebãt? Neque verò tam illud erat novum, quòd ſacra donaria rapiebant, & profanis manibus nõ tangenda contrectabant, ac caninis oculis ea intuebantur, quæ aſpicienda non ſunt; quàm hoc nefarium, quòd ſacroſanctas Chriſti & famulorũ ejus imagines terræ allidebant, & pedibus inſiſtentes, ſi quod ornatus ex materia precioſa inerat, eo utcunque direpto ipſas in trivia efferebant; ut à prætereuntibus conculcarentur, aut ad cibum concoquendum foco apponebant. Illud autem maximè nefarium eſt, & piorum auribus deteſtabile, quòd in ſacra & ipſis angelis venerabili menſa, indecorè ſaltabant, & Barbarica quædam cantica pſallebant. Deinde pudendis apertis, Sacrum pavimentum in orbem permingebant, aſperſione illa & calidis balneis, noxiis dæmonibus utique gratificantes, ut in iis, fatigati cladibus hominum, innatarẽt. Sed cùm tandem malorum finis inſtare, & pugna quietura videretur; Siculi Duces intervenerunt, & turbæ in cædis ruentis impetum repreſſerunt: quorum unus cataphractus, equo inſidens, Theodori mar-

ti martyris, è cujus ſepulchro unguentum ebullit, templum ingreditur, & alios aliquo enſe verberando, alios vulnerando, vix militum intemperies cohibere potuit. Verùm ne ſic quidem tolerabilis fuit Theſſalonicenſium conditio. Etſi enim poſtridiè expugnatæ urbis, à cædibus civium temperatum eſt, tantæ tamen graſſationes in ſuperſtites fuerunt, mille modis ad eundem vitæ exitum tendentibus, ut cum mortuis benè actum videretur, & ut apud Iobum tolerantiſſimum eſt, multi fruſtrà mortem exoptarēt. Nam etſi alii ferè omnes in bello victos hoſtes, ut victoriæ ſuperbia dictat, ſæviūt: Latinus tamen ſuperatis adverſariis, intolerabile malum eſt, & verbis inenarrabile, quòd ſi Romanus ſit comprehenſus, & is Latinæ linguæ rudis, & à peregrinitate ita abhorrens, ut in veſtitu nihil cum eo commune habeat; is verò DEO inviſus habetur, & quovis ſupplicio dignus. Quæ vipera, quis leo, præda vetere omiſſa, & calidum adhuc venatum devorans, ita ſævit, ut Latina immanitas in captivos? non flectitur precibus, non mollitur lachrymis, non blandis lenitur verbis: quāvis ſuavis cantus, ſtrepitus anſerum, aut clangor milviorum habebitur. Si Orpheum cithara, cygnos moribundos cantus dulcedine ſuperes, nihil profeceris, & ut pauliſper barbarica ſeveritas mulceatur, mox tamen ad ingenium redit, in cædes ruit, nec ſupplicum vocibus plus movetur, quàm incus ictu malleorum. Ea gens tātum iracundiæ indulgere novit, & imperatis ejus obtemperare. Quid verò malorum prætermittat homo Romanis infeſtus, eorumque inveterato odio ita flagrans, ut nec vetus ille ſerpens humani

mani generis inſidiator, unquam tantum virus acerbitatis in terras evomuerit? Nam execrabiles Latini, provincias noſtras Paradiſo comparant, noſtrorumque bonorum deſiderio, genti noſtræ perpetuò ſunt infeſti, & ſubindè mala machinantur: quodſi quando temporibus adducti, amicitiam ſimulant, tamen acerrimas inimicitias clàm alunt. Si blandis verbis, & oleo mollioribus utuntur, jacula & ancipites gladii in iis delitescunt. Tanto diſcordiæ vallo invicē dirempti ſumus, nec ullo modo animi conjungentur, etſi corporibus conjuncti in iisdem ædibus habitemus. Illi plerunque erecta cervice, elatoque vultu incedentes, morum noſtrorum levitatem, & ex modeſtia humilitatem cavillari & deſpicere ſolent.

9. Interim, ut Nicetas *lib. 2. in vitâ Andronici* habet, auditâ Theſſalonicæ expugnatione, Andronicus Davidis cuſtodis ejus urbis propinquos in carcerem conjicit, ac pro concione caſum illum extenuat, nihil magni geſſiſſe Siculos, neq; nunc primùm, ſed ſæpè alias progreſſu temporis urbes eſſe expugnatas, & victoriæ viciſſitudinem eſſe. Sed cùm aliàs aliis adverſis nunciis percelleretur, & crebrò adeſſent, qui nunc Amphipolim eſſe captam, nunc finitimis illis provinciis vaſtatis, hoſtes juxta Moſynopolin caſtra habere affirmabant: iis quoque humoribus elevatis, ſe ulturum hoſtes, & funditùs deleturum dicebat; quemadmodum venatores ſingulares apros. Eos enim paulatim à ſaltu recedentes, & eſcam perſequentes, in inſidias & decipulam pellici, ac venabulo transfigi, aut profundū vulnus in viſceribus accipere. Italos eodem modo, quaſi

do, quaſi reſiſtente nemine ſecuros, & ſubinde majoris prædæ cupiditate progredientes, in extremum & improviſum interitum delapſuros, & ſcelerum ſuorum pœnas daturos. Quæ verba nihil erant aliud, niſi futiles rationes viri, qui apertè naturæ rerum repugnabat, & concitatum contra ſe populum lenire ſtudebat: non autem eo pertinebant, ut ex viri fortis officio nihil intentatum relinqueret, quo Barbaros profligaret. Nam quamvis tot & tanta mala inſtarent, ut omnes atrociſſima quæq; timerent, iisq; veluti jam urgentibus angerentur; ille res intolerabiles æquo ferebat animo, & in alienis malis philoſophabatur: idque in ſumma ambitione & cupiditate Imperii, quâ ad inhumanitatem impulſus, omnes tyrannos, qui unquam fuère, ſuperavit.

10. Anno Chriſti 1185. Andronico Imperatori prædicitur à malo ſpiritu, ipſum periturum ante 14. Sept. & trucidatum iri ab aliquo, cujus nomen ab IS inciperet, qui Iſaacus Angelus fuit. Is ergò, ut omen averteretur, die 11. Sept. comprehendendus, acriter ſe defendit, & quosdam trucidat, ac in templum confugit, ubi ſtatim proclamatur Imperator, Andronico capto. Sed quas pœnas Andronicus tyrannidis ſuæ, atque horrendæ in omnes tam Græcos quàm Latinos ſævitiæ dederit, deſcribit qui aderat, Nicetas: nempè duabus gravibus catenis ferreis collo

inje-

injectis, & compedibus oneratus, ad Iſaacium perductus, contumelioſis verbis eſt exceptus, Alapæ ei impactæ, nates pulſatæ, barba vulſa, dentes excuſſi, capilli evulſi: deinde publicè omnium ludibriis expoſitus, etiam à mulieribus pugnis cæſus eſt, ac præcisâ dextrâ in carcerem conjectus, ſine cibo, ſine potu, ſine ullo cujusquam officio Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo Camelo impoſitus, per forum triumphi ſpecie traductus eſt; calvâ glabrâ inſtar aridæ quercus, & ovo nudiore, ac brevi tuniculâ tectus. Quem petulantiſſima plebs, & circumforanea ſordida turba, nullâ ratione habitâ, quòd is nudius tertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adornatus eſſet; quodque ſanctiſſimo jurejurando fidem ſuam, & benevolentiam erga illum teſtati eſſent, efferatis animis in eum ruentes; nihil mali prætermiſerunt, quo non eum affecerant. Alii clavos in caput impegerunt, alii ſtercore nares fœdarunt, alii ſpongias excrementis hominum & pecudum conſpurcatas, in faciem expreſſerunt; alii verubus latera pupugerunt. Impudentiores quidam lapidibus conjectis, rabidum canem appel-

larunt.

lârunt. Scortum quoddam, ollam ferventi aquâ plenam in faciem effudit. Nemo denique erat, quin malè ei faceret. Ac denique ita ignominioſè in theatrum perductum, ac miſero illo Camelo detractũ, juxta duas columellas, quibus ſupernè lapis incumbebat, pedibus ſuſpenderunt. Qui tot mala perpeſſus, & alia ſexcenta, generoſo tamen animo ea perferens, nihil aliud dicebat, niſi, *Domine miſerere*: & ad populum, *quid calamum contritum infringit?* At dementiſſima turba, ne ſuſpenſi quidem parcens, direptâ tuniculá, virilia ejus vexavit, & quidam longum enſem per fauces usque ad inteſtina adegit: duo verò Latini generis, enſes ambabus anniximanibus, in nates adegerunt, ut periculum facerent, uter eſſet acutior. Poſt tot ærumnas ac clades, ægrè vitam abrupit: dexterâ cum dolore ad os admotâ, ut multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem, ob recentem plagam adhuc deſtillantem exſugere. Aliquot verò diebus interjectis, indè detractus, in theatri fornicem quendam, ut beſtia, projectus, jacuit; donec quidam humaniorum in aliũ locum tranſtulerunt, quem tamen Iſaacius ſepeliri non permiſit.

11. Sed

11. Sed tanta crudelitas, juſto Dei judicio, Andronicum apprehendit. Nam & is non ſolùm Alexium Anteceſſorem inhumaniſſimè (ut modò dictum fuit) tractavit; ſed &, teſte Niceta *lib. ult.* ex miniſtris etiam ejus præcipuos, in cuſtodiam dedit, nec multò pòſt delectu ex optimis habito, pleroſque excæcavit. Vnum verò ex ſcribis illius, cognomento Mamalum, quem ultimum devoraret, aſſervavit: & eas epulas tantâ lautitiarum varietate inſtruxit, ut digna eſſent, quæ non alium, niſi primum illum homicidã, convivam haberent, & à menſis Furiarum nihil differrent; quales à nullo unquam coquo eis ſunt appoſitæ. Id porrò erat, ut homo in Hippico cremaretur. Incenſus eſt rogus, & flamma in altũ elata, in Sphendone ſtadii, non aliter quàm Chaldaica illa fornax, napthâ incenſã, & clematide in ſeptuplum inflammata. Producitur ille funibus vinctus, & nudus, ut primùm materna alvo egreſſus, ſolem aſpexerat. Carnifices adoleſcentem, cui prima lanugo malas veſtiebat, tanquam victimam, longiſſimis perticis in medium ignis trudebant. Is verò doloris acerbitate, & vitæ cupiditate, ut humanum eſt, coactus, malum jam inevitabile vitaturus, aliàs ictibus obvium ſe ferebat, cum dolorem flammæ cruciatu leviorem ratus; aliàs à carnificibus in medium flammę conjectus, inſtar jaculi è rogo maximo impetu emicabat. Quod cùm diu duraret, ſpectatoribus lachrymas excutiebat, donec fatigatus ſupinus concidit, & tetro exuſtæ carnis fœtore, circumfuſum aerem & ſpectatorum nares infecit. Temporibus etiam Andronici, ocioſi verbi ratio dabatur, & Tripſychus earum cauſarum

ſarum quæſitor, multos excruciârat, & bonis omnibus ſpoliârat, quòd contra Andronicum nonnihil murmuráſſent, aut malæ alicujus cogitationis reliquias animis celâſſent: ſed is, in eadem mala inclementer incidit, ſuâpte iniquitate circumventus. Quo item die Andronicus ex Propontidis deliciis, & immanitatibus in urbem revertebatur, is dies omninò nefaſtus habebatur. Neque enim aliâ de causâ rediiſſe putabatur, niſi ut mactaret & perderet eos, quos ſibi ſtruere inſidias ſuſpicabatur. Ita Andronici adventus multis detrimentum, & mœrorem, aut vitæ jacturam, aut aliud extremum malum portendebat. Is enim vir, cùm eam veluti lineam in animo ſuo deſcripſiſſet, ad quam crudelitatis ſuæ amuſſim exigeret, eum ſibi diem periiſſe putabat, quæ non excellentem aliquem virum aut jugulâſſet, aut excæcâſſet, aut ſaltem objurgâſſet, aut Tyrannico vultu terruiſſet. Nam ſævo pædagogo ſimilis, ſubinde flagellum in pueros quatienti, & tempeſtivè & intempeſtivè objurgabat, & ad quodlibet verbum ſuis auribus ingratum, commovebatur. Quo fiebat, ut ea tempeſtate, homines mœſti & ſolliciti viverent, nec ſecuri ſomnum caperent; ſed ſubitò territi expergiſcerentur, Andronicum in ſe irruere rati: aut eos cernere, quos aſper ille, implacabilis, & inexorabilis trucidarat. Nam quod DEVS & homo Chriſtus, extremis temporibus futurum eſſe dixit, ut binis in eodem lecto cubantibus, alter abſumatur, alter relinquatur: id omninò illis diebus accidebat; cùm alter conjugum ad pœnas corpore luendas ſubitò raperetur (neque enim mulieribus conceſſa erat impũnitas; quin & ha-

rum non paucæ oculis orbatæ, carcerē, famem, verbera tolerârunt) pater filios negligeret, filii patres non curarent: ſi in iisdem ædibus quini eſſent, terni binis, & bini ternis adverſarentur.

12. Adhæc, (ita ſurgit Nicetas) ut erat luxu corruptus, cum cœtu ſcortorum & pellicum, in loca deſerta & temperata ſecedere, & ferarum more convalles & herboſos ſaltus conſectari ſolebat; ut gallinarum gallus gallinaceus, aut hircus caprarum ductor, aut ut Bacchus Thyadas & Mænadas, ſic ipſe amicas ſuas antecedebat: tantum non hinnuli pelle, & crocoto indutus. Ac certis diebus à paucis aulicis, iisque intimis, veluti per transennam videbatur: tibicinis verò & meretricibus omnem aditum patefaciebat, easque quovis tempore ad colloquium admittebat; voluptati ut Sardanapalus indulgens, qui ſepulchro ſuo incidit, ea ſe habere, quę comederit, & pro libidine egerit. Erat Epicureus & Chryſippeus, morbo luxuriæ corruptus, & amore perditus: Herculem, quinquaginta Thyeſtis filiabus ſtuprandis, imitabatur. Sed quia tantum illi roboris ad laſciviam non ſuppetebat, ut ille Ioleum contra redivivam hydram implorabat; ſic ipſe virilia unctionibus & deliciis firmabat. Veſcebatur item Niloticâ beſtiolâ, crocodili non abſimili, quem Scincum vocant; à quo cibo cùm plerique abhorreant, tamen tentiginem excitat, & ad rem Veneream paratos facit. In palatium à deambulationibus & recreationibus reverſus, non paucos ſecum habebat ſatellites, eosquè ex barbaricis cohortibus, & peſtilentibus hominibus, quibus immodeſtia cordi eſt, linguæ Græcæ maxima ex parte ignaris;

ris; & qui ante cubiculum & fores excubabant, ex iſtiusmodi petulantibus cœtibus conflati erant. Tandem etiam canem aſperum, qui & cũ leonibus pugnare, & armatum equitem humi ſternere poterat, in ſuo conclavi habuit. Nam ſatellites & cuſtodes, noctu procul ab ejus cubiculo cubabant: canis verò ad januam alligatus, ad exiguum ſtrepitum, horrendum in modum latrabat. Ita paulatim Conſtantinopolitanorum ſimplicitati inſultabat, & quaſi naribus ſuſpenſos trahebat: & ut ad omnem Imperatorum obſervantiam & cultum paratos (ignarus, ſe ab illis Imperio dejectum graviſſimas pœnas daturum eſſe) deridebat. Itaque cornua cervorum, quos venatus erat, inſignia, & rari aliquid habentia, in porticibus fori ſuſpendebat, per ſpeciem oſtentandæ magnitudinis ferarum, quas cepiſſet; cum reverâ civitatis mores, & uxorum, quas ipſe corrumpebat, laſciviam notaret.

13. Etſi autem Andronicus adeò iracundus, aſper, & inexorabilis erat, ut aliorum malis gauderet, & aliis evertendis ſe ſuorumq; liberorum Imperium ſtabilire putaret, ac voluptatem inde caperet: tamen non pauca rectè adminiſtravit, nec planè ab omni virtute degeneravit; ſed ut ex viperæ carnibus, ita ex ipſo quoque Panacæã venari licebat, & ſalutare antidotum conſequi, & ex aſperis ſpinis ſuaveolentem roſam decerpere, & ex helleboro & aconito ſuavem victum præbere pſanis & coturnicibus. Nam ſubditos pauperes, largitionibus fovebat, ſi quã modò ſpes ſuberat, eum qui opera implorabat, Andronico ob ſcelera non infenſum eſſe. Procerum avaritiam ita mulctavit, & manus alieni avidas

 ita

ita compreſſit, ut eo imperante multæ provinciæ colonis auctæ ſint, cùm quiſque, ſecundum propheticum dictum, ſub umbra ſuarum arborum recubaret, & vindemia peracta, & frugibus comportatis, hilariter epularetur, & ſuaviter dormiret, non quæſtoris minas timens, non exactorem avarum expectans: ſed ſi Cæſari dederat, quæ erant Cæſaris, nemo erat, qui plus ab eo poſtularet, aut etiam tunicam aliquando eriperet, & violenter ad necem adigeret. Nam quæſtores ad Andronici appellationem ita terrebantur, ut rapaces alioqui manus, facilè ab alieno abſtinerent; ac munera ultrò à provincialibus oblata tanquam peſtes aliquando averſarentur. Et quod majus eſt, cùm magiſtratus in provincias ablegabat, larga eis ſtipendia dabat: ſimulque denunciabat, quas pœnas ſua juſſa negligentibus, irrogaturus eſſet. Neque enim publica munera vendebat, aut levi munuſculo cõciliatus conferebat: ſed gratuitò habitoque delectu Magiſtratus ordinâbat. Itaque multi olim profugi, & publicis calamitatibus penè immortui, quaſi Archangeli tubâ auditâ, ex diuturno veterno experrecti, revixerunt, priſtina felicitate recuperatâ.

14. Tantum porrò abfuit, ut conſuetudinem & tunc & nunc receptam de divinis dogmatibus diſputandi probaret, aut de eo novi aliquid vel dicere vel audire velle (idque cùm noſtram doctrinam, non ſummis tantùm labris attigiſſet) & novarum Patrarum Epiſcopum Euthymium, virum eruditiſſimum, & Cinamum Iohannem, ad Lopadium de illo Chriſti dicto (*Pater major eſt me*) in ſuo tabernaculo diſſerentes objurgarit, & ille

& in Rhyndacum amnem abjecturum minatus ſi, ni deſiſterent. Fuit autem illud argumento, non planè efferatum fuiſſe Andronicum, quòd conditionis rationem habuit: & eruditos non procul à purpura, ſed prope ſolium ſuum collocatos, & muneribus frequentibus fovit, & honores eis non minimos habendo, cœleſtem ſapientiam, divinarumque rerum doctores, diſertos, & juriſperitos, magnam rem & ſummi pretii ſe æſtimare declaravit. Hæc omnia Nicetas.

15. Idem autem Nicetas, de hujuſce Imperatoris occaſione mortis. Cùm undique, inquit, in arctum ſuas copias cogi, & Siculos jamjam ſuo capiti imminere, & tanquam Typhonem 100. capitum oppreſſuros; cives verò mortem ſuam ſitire, & ſuum interitum, divinum beneficium & malorum remedium exiſtimare cerneret: prætereaque ſe propter multiplices procerum cædes, à DEO deſertum judicaret, quamvis ſe ad Chriſti mandram pertinere affirmaret, iiſdemque elementis conſtaret, quibus ii, quos exturpabat, ad futura per noxiorum Dæmonum cultum cognoſcenda ſe convertit, ut & Saulus olim ad Engaſtrimythos tandem abiit, quos antè placandi numinis gratiâ pepulerat. Nam cùm aruſpicinam ante annos plurimos obſoleviſſe, & penitùs abolitam eſſe; auguralem item ſuperſtitionem, ut & ſomniorum & ominum interpretationem, jam olim è Romanis finibus avolaſſe: ſolos verò eos impoſtores, qui è pelvi divinant, & qui Aſtrorum poſitus rimantes, æquè fallunt ac falluntur, supereſſe: tum quidem Aſtrologiam, ut magis familiarem, & futura obſcuriùs innuentem ſepoſuit; ſeque totum permi-

ſit iis, qui futura ex aquis, quaſi per caliginem conjiciunt, & imagines futurarum rerum, velut ex umbra ſolarium radiorum conſectantur. Ac ipſe quidem iis nocturnis ſacris intereſſe noluit, metu famæ, ut arbitror: quæ ea, quæ in occulto ſunt, perſpicit, & omnibus enarrat. Sed nefarium illud arcanum Hagiochriſtophoritæ Stephano, mandat. Is verò Setho adhibito, qui ab ineunte ætate iſtiuſmodi oraculis deditus, oculos præterea Manuelis Imp. juſſu, amiſerat, certo ritu (quem mihi nec ſcire nec explicare jucundum eſt,) percontatur, quis poſt Andronicum ſit imperaturus, aut Imperium ei erepturus? reſpondet malus genius, ac potiùs obſcurè, ut in aquis iiſque turbidis, aliquot primas literas, integro nomine non expreſſo deſignat; unde Iſaacius intelligeretur: ſed primùm oſtenſa literæ S. inſtar dimidiatæ Lunæ, ac deinde ſubjuncta litera I. ut oraculum eſſet obſcurius, & fati veluti ſtimulus, aut, ut veriùs dicam, quòd non ſatis norat, nocturnum illud & infinitæ improbitatis Dæmonium, perplexitate involueret, ne argui mendacii poſſet. Itaque Andronicus eas Iſaurum ſignificare putabat, & eum eſſe Iſaacium Comnenum, qui Cyprum per tyrannidem oppreſſit: eumquè perpetuò ſuſpectùm habebat, ut Imperii ſucceſſorem. Nam ex Iſauria in Cyprum venerat, homo maleficentiſſimus, pernicioſus Telchin, mare calamitatibus exæſtuans, & atrox, furia, in beatos antè inſulares crudeliter graſſata. Andronicus verò miratus oraculum, Non modò, inquit, de ſucceſſore interrogato, ſed tempus etiam adjicito. Facta etiam de tempore quæſtione, aërius ille & terreſtris ſpiritus, carnibus quæ pro-

proferri nefas eſt, evocatus, & cum ſtrepitu in aquam illapſus, Intra exaltationem crucis, reſpondit. Hæc autem initio Septembris acta ſunt. Secundo etiam reſponſo audito; cum inſuavi & falſo, ac planè ſardonio riſu, Vanum, inquit Andronicus, eſt illud oraculum. Quî enim Iſaacius intra tam paucos dies Cypro advenire, meque Imperio evertere poterit? eaque verba penitus neglexit. Cùm autem Ioannes Tyrannus, Beli judex ab Andronico deſignatus, eaque de causâ, cupiditatū ejus fervidus miniſter, dixiſſet: Iſaacium Angelum è medio tollendum eſſe, ne forte oraculo ad illum pertinente, ipſi longinqua imaginarentur, iis, quæ ante pedes eſſent, neglectis: ne ſic quidem divinationi aſſenſus, potiùs hominem deriſit, quòd tale aliquid de Iſaacio Angelo ſuſpicaretur, quem, ut mollem & ignavum, nec ad ullam rem gerendam idoneum, cōtemnebat. Nam fata urgebant, & DEVS utique illo prudentior erat. Cæterum Hagiochriſtophorita Stephanus, homo impiger, quovis modo Domini & Imperatoris ſui ſaluti conſultum volens; Iſaacium Angelum comprehendere ſtatuit, ac primùm in cuſtodiam dare; deinde Andronici arbitratu occidere. Igitur ædes Iſaacii, quæ prope Peribleptí Monaſterium ſunt, 11. Sept. veſperi ingreſſus, Iſaacium deſcendere, ac ſe ſequi juſſit. Illo verò cunctante, ut fit, & ſolū conſpectum ejus extremum malum judicante, vim adhibuit, & miniſtros ſuos increpuit, quòd non ſtatim in Cunctatoris capillos & barbam involantes, præcipitem abreptum, & per ignominiā pulſatúm, in carcerem à ſe monſtratum ducerent. Quibus juſſa executuris, Iſaacius, qui ſe

jam intra caſſes ab illo extenſos eſſe cerneret, & metu & vitæ cupiditate abjecta, ſi quo modo mortem evitaret, vel potiùs, quia fuga undique interclusa erat, nec usquam elabi poterat, fortiter pugnare inſtituit; & ut erat nudo capite, bicolore tunica ad lumbos deſcendente, ac deinde bifariam diviſa, indutus, conſcendit equum, & ſtricto enſe in Hagiochriſtophoritæ caput ruit. Is Iſaacii impetu apertè in cædem ruentis territus, calcaribus mulâ ſubditis, fugam molitur, ſed antequam porta egrederetur, lethalem Iſaacius plagam ei intulit, calva per medium diſſecta, eumque pecudis inſtar, in ſuo ſanguine palpitantem, à canibus devorandum relinquit, & cùm ejus miniſtris alium ſolo ſtricto gladio fugâſſet, alii auriculam amputâſſet, alios dejeciſſet, ut domum quisque ſuam reverteretur, laxis habenis ad magnum templum contendit. Et tūc porrò acta fuerunt illa, quæ jam ſuprà ſunt relata.

16. Vixerunt ea circa tempora aliquot clari viri, Conſtantinus nempe Manaſſes; ſcriptor nō aſpernandus, præſertim in Byzanticis rebus. Edidit autem verſibus politicis σύνοψιν ἱστορικὴν, quā clariſſimus Leunclavius Latinè vertit; vixitque temporibus Manuelis Comneni. *Voſſius. de hiſtoric. Græcis. lib. 2. cap. 27.* Circa hæc etiam tempora claruit Ioannes Tzetzes, Iſaacii Tzetzæ, ejus, qui in Lycophronem ſcripſit, frater. Hic, præter Commentarios ſuos in Heſiodum, etiam Variam hiſtoriam ſcripſit verſibus politicis. *Voſſius, ibid.* Vt & Euſtathius, Homeri ac Dionyſii Geographi interpres, *Genebrard. in Chronic.* Theodorus quoq; Balſamon ſcripſit hoc tempore Commentariū

ſuper

ſuper Canones; idque opus ipſi imperatum fuit ab Imperatore Emanuele Comneno, & Michaele Anchialo Patriarcha: quo opere nihil magis elaboravit, quam ut Latinorum Eccleſiam inſamaret, cujus etiam authoritate, ab Antiochena Eccleſia excluſus fuit. *Baron. ſub Anno 1191. num. 56. & ſeq.*

Andronicus Alexio occiſo, in Latinos, qui Conſtantinopoli erant, dirè graſſatur. 1.
Et quam ob cauſam. 2.
Ab exilio revocatus, fit Alexii tutor, & poſteà ſucceſſor. 3.
Status R. ip. ſub tyranno talis eſt, ut nec amicis, nec inimicis ejusdem benè ſit. 4.
Tyranni ſub ſpecie juſtitiæ, ſævitiam exercent injuſtam. 4.
Quomodo Alexium, Andronicus interfici curàrit, ejusque in Latinos exercita crudelitas. 5. 6.
Legatus Romani Pontificis, à Græcis crudeliter occiſus. 7.
Latini, ſuorum cædem vindicare cupientes, nullum non ſævitiæ genus, in Græcos, & nominatim in Theſſalonicenſes exercent. 8.
In ſchiſmaticos, & in Religione diſſidentes, plerunque magis, quàm erga infideles ſævitur.
Græcorum de Latinis judicium. 8.
Falſis nunciis cladem extenuare, ſtratagema politicum habetur. 9.
Andronicus, ab Iſaacio Angelo pellitur, & crudeliſſimo ſupplicio afficitur: quod tamen patientiſſimè tulit. 10
Andronici, in alios crudelitas, quibus tantùm ſupplicium promeruit. 11.
Ejuſdem laſcivia 12.
Andronicus tamen egregiis nonnullis virtutibus dotatus erat. 13.
Plerunque etiam crudeliſſimi tyranni, egregias virtutes politicas exercent; & hæc eſt ratio, cur varia, & diverſa ſubindè judicia, de Magnatibus ferantur. 13.
Deteſtatur diſputationes de rebus Divinis curioſas. 14.
Andronicus Aſtrologos, & ex Aquis futura prædicen-

tes, de ſucceſſore conſulit: ſed ſuo Fato involvitur, & ſibi interitum accelerat. 15.

Vixêre tum Conſtantinus Manaſſes, Tzetzes, Euſtathius, & Theodor. Balſamon. 16.

XXXIII. Iſaacius Angelus Comnenus.

A. C. 1185.

ISaacius Angelus, è gente Comnena, qui Angeli vocabantur cognomine (nam reliqua Comnenorum ſtirps jam ſublata erat) vir juſtiſſimus & æqui ſervantiſſimus, Chriſtianique nominis amiciſſimus, è Peloponneſo eſt accerſitus ad Imperium ab amicis, & ſummâ rerum præter ſpem potitus. *Cuſpinianus.*

2. Hic prudenter ſe ſub initia geſſit; ſed tamen, ut Nicetas *lib. 1. de vita Iſaac.* ſcribit, nō multos virtutis circulos abſolvit, ſed veluti fatigatus & enervatus, de contentione honeſti inſtituti plurimum remiſit, ſumma rerum Theodoro Caſtamonitæ avunculo denique mandata. Erat is homo rebus gerendis, præſertim vectigalibus recipiendis, aptiſſimus & probè eruditus. Quare Logothetam ſecretorum eum deſignârat, & illius arbitratu huc atque illuc inſtar mancipii trahebatur, & quicquid vellet, agebat, nuſquam ferè judicio ſuo interpoſito. Sed quia morbo articulari laborabat Caſtamonites, lecticâ plerunque à duobus bajulis, ut vini amphoræ ſolent, ad Imperatorem ferebatur: cum quo ea, quæ res poſtulabant, collocutus, ac potiùs res Romanas

exiguo

exiguo pretio cauponatus, rurſus efferebatur, ſequente populo, proceribus item & cognatis Imperatoris pheretrum illud comitatibus, & non illum, ſed fortunas ſuas deplorantibus. Nihil enim ſine illo conſtituebatur, neque quiſquam ex Principibus, Caſtamonitæ aſſidebat, ſed omnes ſervili geſtu adſtabant. Eas Imperator nō ægre ferebat: nec, cùm ſuam gloriam ad alium tranſire, & diripi regnum videret, quicquàm de abſurditate iſta corrigēda cogitabat; ſed omnia, nulla probabili ratione adductus, approbabat.

3. Caſtamonita mortuo, Imperatoris benevolentia in adoleſcentulum quendam, cui (ut Nicetas ſcribit) adhuc literatore & tabella opus erat, transfertur. Eo quoque extincto, parvus puer, qui non ita pridem à calamo & atramento diſceſſerat, ſummam rerum adminiſtrabat: nec Imperatorem duntaxat ſuo arbitratu, ut maximum cetum minutiſſimus piſcis, qui Prepompus dicitur, traducebat & circumferebat: ſed militares etiam catalogos tractabat, non ſecus ac ſi à cunabulis ad maximarum rerum adminiſtrationem eſſet enutritus, aut humanarum rerum ſcientiam ante natalem ſuum habuiſſet: quemadmodum Sibylla, ſimul ac è materna alvo prodierit, de fabrica univerſitatis rerum diſſeruiſſe fertur. Igitur is quoq; authoritatem longe majorem, quàm Caſtamonita, conſecutus, ut erat cæteriſque rebus acutus, & in tractandis negotiis dexter, Imperatori, quicquid erat libitum, probabat: & ſummum ab eo ac incomparabile bonum judicabatur, non abſimilis apiculæ aut culici, aurem leonis circumſonanti, aut atro pumilioni maximum terræ pondus elephantum

gubernanti; aut tenui funiculo Camelo naſum trahenti, aut potiùs denſis ſordibus aures Imperatoris, ne quid aliud audirent, obſtruentibus, aut anguſtæ portæ & arcto tramiti ad palatium ducenti. Nam lati olim aditus, penitùs obſtructi fuére, per quos qui intrare conabatur, planè fatuis illis virginibus erant ſimiles; quòd nemo erat, qui ibi pulſantibus aperiret. Si quis verò per rimas forium iis cernebatur, qui pulſare nõ deſiſtebant, nullum tamen aliud reſponſum accipiebant, quàm ut exiguam & obliquam portulam adirent: ac ne ibi quidem patebat ingreſſus, niſi muneribus aperiretur, etiamſi veſtis vẽdenda eſſet. Vt autem ſenex iſte puer, plurimum ab Imperatore diligeretur, & ſolus ei eſſet inſtar omnium; id tum ſophiſtico & faceto ac prompto ingenio, tum animo occulto & obſcuro conſequebatur, quod hirſuta ſupercilia, & juxta naſum nullo interſtitio diſtincta arguebant. Sed maximè illud ei commodabat, quòd munera ſibi ab aliis oblata reſtituebat. Erat enim adeò mercatorio ingenio, tam inexplebili accipiendi fame flagrabat, ut non aurum & veſtes duntaxat acciperet; ſed & alia minuta, usque ad pepones, & cætera eſculenta, & omnis generis poma.

4. Ea quoque Iſaaci fuit audacia ut ſacra vaſa profanaret, & templis avulſa, menſis ſuis adhiberet. In commeſſationibus quoque ex gemmis pretioſis & ſolido auro, calicum inſtar, ſacra donaria, quæ ſupra Imperatorum monimenta pendebant, manibus verſabat, & pelvibus inſuperabilis elegãtiæ, quibus ſe Levitæ & Sacerdotes, cùm ſacra myſteria tractant, mundare ſolent, pro malluviis utebatur. Auferebat particulas de vene-

venerandis crucibus, item ornatum maximi pretii, de immortalibus Chriſti oraculis, iisq; pro monilibus & torquibus utebatur: ipſos verò codices, aliis Imperatoris ſtolis, quæ nihil haberent admirationis, involvebat, & graviter ſuccenſebat iis, à quibus monebatur, ea facta non expedire religioſo Imperatori, qui pietatem à maioribus accepiſſet, nec aliud eſſe quàm ſacrilegium, eosque ut manifeſtè deliros, & honeſtatis ignaros arguebat. Licere enim Imperatoribus omnia: & inter Deum & Regem, quod ad terrenarum rerum gubernationem attineret, nõ eam eſſe repugnantiam, quæ ſit inter negationem & affirmationem, contendebat. Argenteam monetam adulteravit, neque pecuniam planè citra reprehenſionem collegit: publicorum vectigalium exactiones auxit, quibus ad luxum eſt abuſus: magiſtratus, ut circumforanei poma, venales habuit; eosque nonnunquam Apoſtolico more, ſine ſacco & crumena in provincias ablegabat, quos æquitatis rationem aliquam habere, nec auro decipi, nec quicquid collegiſſent, domi abſtrudere nôrat, ſed quod fiſco deberetur, bonâ fide pendere. Tamen liberalitate in Templa & Monaſteria, ſuperiores Impp. omnes ſuperavit. Nam tempore ruinoſa ſuffulſit, vetuſtate deformata incruſtationibus & picturis illuſtravit. DEI genitricem tanta veneratione coluit, ut ad eius imagines animo penè linqueretur, ideoque plurimas auro & gemmis ornatas, in iis fanis adorandi causâ dedicavit, ubi frequentiſſimus erat piorum hominum concurſus. Regias ædes, quas Andronicus ad ædem S. Quadraginta ſtructurat, in Noſocomium mutavit.

Redemit & domum, quæ Magni Drungarii dicitur à poſſeſſore: & in ea quoque malè habentes refocillandos curavit; nullâ re negata, quæ ſanationem eorum juvare poſſet. Cùm urbis pars Septentrionalis conflagrâſſet, eos qui vel ædiū vel bonorum jacturam fecerant, diſtributione pecuniæ ſublevavit. Magna hebdomade, quâ ſupplicii, quod DEVS & homo pro nobis ſubiit, memoria colitur; viduas Eleemoſynis, paupercula virgines dote & ſumptu nuptiarum juvabat. Neque verò ſingulos duntaxat homines, domos, familias, munificentiâ ſuâ recreabat; ſed interdum urbibus integris tributum remittebat. Vt paucis complectar, ita propenſus erat ad miſericordiam, beneficentiam, & inopum ſublevationem, ut quicquid undecunque per vim & injuriam partum acceperat, id rurſus utraque manu effunderet. Eâque de cauſa etſi pecunia à pauperibus exigebatur, in eo errore verſabatur, ut ſe non peccare perſuaſum haberet, quòd hoc modo iiſdem reſtitueretur. Nam immenſi ſumptus efficiebant, ut in provincias mitteret homines corruptos, qui Magiſtratus auctionarentur. Quæ cauſa erat, ut Reſp. peſſum iret. Nam pecunia per vim & fraudem quæſita, etiam benè partam unà corrumpit & abſumit. Quamvis autem pronus in iram eſſet, tamen nec à clementia erat alienus, & ſævitiam ſubindè moderabatur, & placabilitate hominum ærumnas ſublevabat. ut hæc omnia Nicetas pluribus perſequitur.

5. Porrò autem, cùm Fridericus primus ejus nominis, Romanorum Imp. in Norico Caſtro, cum Germaniæ principibus de expeditione in Syriam conſultaret, oratores ab Imperatore hoc

ſuſci-

ſuſcipit, quibus ei commeatuum copiam atque itineris ſecuritatem cum omni auxilio promittit. Profecturus itaque Fridericus per Hungariã, Bulgariam & Thraciam, cùm apud Conſtantinopolim deſediſſet, magnificè excepit. Sed ſuſpectus videbatur Græco Imperatori exercitus Cæſaris Romani, cujus potentiam diu antè formidavit. Vt igitur Boſphorum quàm celerrimè tranſiret, ſuadere incipit. Cæſar autem Romanus Græco ingenio non ſatis confiſus, pacem, concordiamque, & fidem antè promiſſam, denuò repetit: acceptiſque electis obſidibus, mare trajicit. *Cuſpinianus.* In Epiſtola cujusdam Anonymi ſic ſcribitur. Humaniſſimè, à Bela Vngaro habiti; ſtatim, cùm Regnum Græciæ intravimus, in manus furum & latronum incidimus: nullâ in Græcis fide repertâ. Nam contra fidem, quæ Legatis debetur, Epiſcopum Monaſterienſem, & Comitem Rupertum ceperant. Captâ Philippopoli, & deſtructâ; captâ etiam Adrianopoli, & à Duce Sueviæ Didymoticho, aliiſq; locis: ſex millibus Græcorum perditis, datis & acceptis obſidibus, mare trajecimus. Alibi legimus, Fridericum Imp. Græcis, à quibus in deſcenſu multùm vexatus fuerit, multa eripuiſſe: ac montem acceſſu difficilem, contra Conſtantinopolim muniviſſe; ac nomen ei feciſſe, Kynigsberg, Regis montem. *Cruſius part. 2. lib. 11. cap. 17.*

6. Eadem de re, ita Nicetas: Fridericus Alemannorum Rex, legatis ad Iſaacium Imperatorem miſſis petiit; ut ſibi cum omnibus copiis Palæſtinam petentibus, per Romanas provincias pacatè iter facere, & commeatum emere liceret: & ſuam ſententiam per proprios legatos

ſibi

ſibi ſignificaret. Mittitur igitur ad eum Dromi Logotheta, Iohannes Ducas: fideque datâ & acceptâ, Regem ſine maleficio tranſiturum, nullam urbem, nullum oppidum, nullum caſtellū aut pagum violaturum: Romanos commeatum ei abundè ſuppeditaturos, ut ejus exercitus nullâ re neceſſariâ careat, ſed omnia in promptu copioſiſſimè habeat, quæ tam jumentis quam hominibus uſui ſunt, aliquantò pòſt revertitur. Iis conditionibus renunciatis, Imperator per provincias edicit, ut quà rex tranſiturus eſſet commeatus reportetur: ipſius verò in fines Romanos ingreſſu, virorum genere & dignitate clarorum literis nunciato, eundem Logotheram denuò mittit, unaque cum eo Andronicum Cantacuzenum, qui regis tranſitum commodiorem redderent. Verùm ii ignoratione officii & ſuâpte ignaviâ (etſi enim amici noſtri ſunt, tamen veritas eis eſt preferenda) regem contra Romanos concitârunt, & ut Imperator eum pro hoſte ſuſpectum haberet, effecerunt. Ita & jusjurandum eſt turbatum, & comportatio commeatus ceſſavit, & nos, qui hæc ſcribimus, tum Philippopolitanæ provinciæ gubernationi & deſcriptioni præfecti, plurimis moleſtiis conflictati ſumus: cùm nunc Imperatoris juſſu, Philippopolis mœnia & foſſas, illis anguſtis & periculoſis temporibus inſtauraremus; nunc aliis literis eadem demoliri juberemur, ne receptaculum regis eſſent. Qui cum excurſionibus commeatum pararet, Imperator legatos ejus detinebat, & anguſtos tramites ſua opinione intercludebat; altiſſimis arboribus ſuccisis, & ita implexis, ut id ſeptum à rege tranſiri non poſſet: ſed & patruelem

ſuum

ſuum Manuelem Camyzem, Protoſtratorem, & Occidentis Domeſticum Alexium Guidum, cũ exercitu regem ſubſequi, & Alemannos pabulantes ex inſidiis aggredi juſſit.

7. Quòd item Iſaacius maximo fuerit impedimento, in Terram ſanctam ſuſceptæ expeditioni, perſpicuè demonſtrat Nicetas, *in Iſaac. Ang. vit. lib 6.* nimirum quòd impoſtor quidam Doſitheus monachus ſtudii, vatem ſe eſſe profeſſus, falſis vaticiniis pertulit animum Iſaacii Imperatoris, quibus aſſereret, Fridericum Occidentis Imperatorem, rem captiosè agere: fingere nimirum ſe in Palæſtinam adverſus Sarracenos profecturum, cùm feriò aliud agens, potiri haberet in animo Conſtantinopolitanâ civitate. Additque Nicetas, Pſeudovatem, accepiſſe in premiũ redditæ revelationis, Patriarchatum Hieroſolymorum poſt Leontium; ſed eo privatum eſſe, cùm ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum anheláſſet.

8. Quomodo item, idem Imperator Balſamonem deceperit, refert ſæpe dictus Nicetas, de remotione Nicetæ Mondani, Conſtantinopolitani Patriarchæ agens: ſed hunc quidem hominem, natu maximum, in ſacra ſede expirare non paſſus, invitum expulit; ſenium, & delirium, & levitatem cauſatus. Cùm autem diligentiùs de gubernatione Eccleſię cogitaret, Leontium monachum quendam, magnum paſtorem deſignat: in populi frequentia pro tribunali jurejurando teſtatus, eum virum priùs ignotum, ſibi à DEI genitrice noctu eſſe demonſtratum; non formâ & virtute ejus duntaxat deſcripta, ſed loco etiam oſtenſo, in quo habitaret. Verùm eo quoq;

DEI

DEI homine, priusquam annus elaberetur, repudiato; nihil verecundatus, quod coram tam multis eum ut divinum hominem laudibus extuliſſet, mutationem inſtituit, Hieroſolymitanum Doſitheum ad Oecumenicum Patriarchatum evecturus. Quod cùm canones non permittere ſciret, Theodorum Balſamonem, magnæ Antiochiæ Epiſcopum; virum eâ ætate juriſconſultiſſimum, aſtu circumvenit, & in privato colloquio indignationem ſimulat, quod Eccleſia piis & doctis viris ita deſtituitur, & monaſtica virtus ita obſoleverit, atque evanuerit, ut nemo ſit, qui univerſalem ſedem, non ſecus ac ſolis irrequietus circuitus orbem terrarum illuſtret, cœtumque Fidelium quàm optimè gubernet. Hæc & id genus alia non ſine dolore præfatus, ſubjunxit, olim fuiſſe ſibi in animo, illum ex Antiochena ſede in œcumenicam, ut illuſtrem legalis puritatis lucernam transferre: ſed ab ea mutatione veterum Canonum, & Eccleſiaſticarum ſanctionum interdicto deterreri. Si verò ipſe, ut legum & canonum peritiſſimus, translationes, ut olim ita nunc quoque habere locum, demonſtrare, ac vulgò perſuadere, poſſit; ſe omninò id in lucro deputaturum, eumque (modò liceat) incunctanter deſignaturum. Hoc modo tractus Theodorus, omnia rata fore affirmavit. Poſtridiè concilio Pontificum in æde ſacra indicto, & quæſtione illâ agitatâ: translatio ſtatim conceſſa, & literis Imperatoriis confirmata eſt: ac Antiochenus, ut antè fuerat, ita manſit Antiochenus. Doſitheus verò à ſede Hieroſolymitana Conſtantinopolim eſt translatus, cum tàm frequenti & ſplendido comitatu, ut haud dubiè

regium

regium triumphum æquaret. At primarii ſacerdotes, cæterique facundiâ inſignes, qui ſe canonibus temerè violatis deceptos videbant, obſtupefacti: cùm riſum diutiùs perferre non poſſent, extraordinaria conciliabula, & plebis conventicula inſtituunt. Alienæ Eccleſiæ occupator audit Doſitheus, honore abrogato, è ſede educitur. Imperator verò ignominiam illam non ferens, omnibus modis adverſatur: ac nihil non facit, ut approbata illa translatio valeat. Nec multò pòſt abrogatione ſublatâ, Doſitheumq; confirmatum, per bipenniferos ſatellites, & palatinos proceres, in ſacram ædem deducit, populi motum veritus. Erat enim Doſitheus, ob ambitionem, & Imperatoris intempeſtivā contumaciam, & parùm laudatum ſui ſtudium, omnibus inviſus. Cæterum rurſus ſede ejicitur, eodemque modo, quo canis Æſopicus, & pontificatum, quē tenuerat, amittit (nam alius Hieroſolymis electus erat) & majori ſede excidit, magno vaſorum cuſtode, Xiphylino Georgio Patriarcha deſignato.

9. Iſaacius quidem, teſte Niceta *lib 3.* filium Alexium in ſpem Imperii educabat; nihil de morte aut jactura poteſtatis adhuc cogitās. Pollicebatur enim ſibi absque omni dubitatione 32. annos Imperii, non ſecus ac ſi divinam volūtatem noſſet, aut ſibi vitæ limites ipſe præſcribere poſſet, quod DEVS potentiæ ſuæ reſervavit. Cæterùm non Branas Alexius & Lydus Theodorus duntaxat, inſignia Imperii contra eum uſurpârunt; ſed & alii ejus faſtigii titulos ſibi vendicârunt: ut & Alexius quidam, qui cum ſe Manuelis Imperatoris filium profiteretur, cā

fabu-

fabulam tantâ ſolertiâ egit, eam perſonam tantâ dexteritate repræſentavit, ut & comam ejus flaveſcentem, & linguæ balbutiem exprimeret. Ac is quidem ſuorum ſcelerum promeritas pœnas dedit; tum quod Perſas contra Romanos incitavit, & ex his ipſis quotquot ad eum confluxerant, popularium ſuorum ſanguine contaminavit: tum quod homo deteſtandus, Chonis celebre templum Michaelis Archiducis cœleſtium copiarum violavit, Perſis in ſanctiſſimum DEI tabernaculum introductis, nec ſpectare dubitavit pernicies humani generis, Chriſti & ſanctorum imagines calculis varii coloris expreſſas, aboleri, & ſacros poſtes ſecuribus & celtibus revelli, & ſacroſanctam menſam profanari, & humi abiici.

10. At Iſaacius Angelus, Comnenus, Anno Chriſti 1195. contra Myſos, qui *Walachi* dicuntur, exercitum ducens, quendam Eremitam acceſſit, qui futura prædicere ſolebat. Is nihil ipſi reſpondit, ſed imagini ejus, quæ fortè aderat, oculos effodit: id quod ipſi Imperatori factum eſt paucis diebus pòſt, cùm ab Alexio Comneno fratre ſuo, & Imperio exueretur, & oculis priviaretur.

11. Eâ de re, ita Nicetas. Rebus idoneis inſtructus, omnibus negotiis ſuis DEO permiſſis, menſe Martio urbem egreditur, animo contra Barbaros intento & obfirmato: reditus verò non alio termino præfixo, niſi ubi ea cõfeciſſet, propter

pter quæ expeditionem inſtituiſſet, quod ſi proſper eſſet eventus, cum DEO ſe acceptum laturum: ſin adverſus (quem deprecaretur & hunc illius judicio permittendum, qui ſortem juſtorum, diutiùs virgâ peccatorum cædi vellet. Quo animo & conſilio cùm ad ſummum diſcrimen pergeret, DEI manus & poteſtas adhuc excelſa erat, neque numinis ira placata: ut eventus docuit, Blachis victoriam contra Græcos adeptis. Cum autem Imperatoris oculi acerbos hoſtes ſpectarent, & cogitatio longè remota perſequeretur: non videbat eum, à quo Imperio pellendus erat, prope aſtantem, & ſummâ animi conſenſione per omnia conjunctum, & domeſticũ offendiculum, ut planè innoxium tranſiliebat. Iſaacius quoque cùm è plurimis audiret, fratrẽ Alexium ſuę & vitæ & Imperio inſidiari, & clandeſtinum odium, benevolentiæ prætextu, diſſimulare, ac plures eſſe Alexii quàm Iſaaci amantes verba illa pro nugis aſpernabatur, non adhibito judicio, ut lapide Herculeo ad adulterina fratris acta deprehendenda. Inò aſper in delatores erat, quaſi charitatem ſuam erga fratrem indebilem & firmiſſimis nixam radicibus, abolere atque abſcindere vellent, quem ſolum omniũ vaſtator Andronicus non læſiſſet. Igitur ad Radeſtum, maritimam urbem profectus, maximũ & nomini ſuo reſpondens reſurrectionis feſtum celebrat, & paſcha myſticum immolat & comedit: ibique Baſilacium convenit, inuſitatæ vitæ hominem, eamque opinionem apud omnes cõſecutum, quaſi futura prævideret atque prædiceret. Vndè maxima hominum frequentia, ad eum, ut olim ad Hannonis & Amphiarai oraculum,

lum, confluebat. Cæterùm nihil veri & perſpicui de rebus futuris loquebatur, ſed verba confuſa, inter ſe diſſidentia & perplexa fundebat: & quamvis ſæpè ridicula quædam admiſceret; tamen turbam paſtorum, agricolarum, & remigũ ad ſe attrahebat. Nam mulierum ad ſe venientium mammis exploratis, & talis contrectatis, obſcura promebat oracula, & ad pleraſque quæſtiones nihil reſpondebat, & ſuas divinationes diſcurſationibus & inſanis geſtibus peragebat. Aſtabant ei quoque cognatæ aniculæ vecordes & inſanæ, quæ conſultoribus explicabant, quid illi Baſilacii geſtus rerum futurarum deſignarent, & taciturnitatem ut ſapientem orationem interpretabantur. Is igitur homo, ut dixi, vates vulgò habebatur, & futura prædicere putabatur; à mulierculis præſertim, quibus turpes quæſtiones, & deformes veſtiũ implexiones pro ludo & joco, cordi erant. Cordatis verò hominibus ineptus hiſtrio, & vecors ſilicernium videbatur. Erant etiam, qui eum Pythonico ſpiritu eſſe præditum haud abſurdè conjectarent: quorum judiciis maximè Nicetas aſſentitur. Is Imperatorem, neque ut tantâ potentiâ præditum excepit, neque ſalutationi ejus, quæ erat, ſalve pater Baſilaci, reſpondit: neque tacito nutu capitis gratias egit; ſed huc atque illuc, inſtar pulli equini, aut hominis furioſi, ſaltans, accedentibus maledixit, Conſtantino Meſopotamitano inprimis, qui tum Iſaacio familiariſſimus erat, nec ipſi deniq; Imperatori parcens; vix tandem inquietis illis agitationibus omiſſis, ſcipione, quem manibus geſtabat, imaginis Imperatoris, quæ in ejus oratoriæ cellæ pariete depicta erat,

oculis

oculis eraſis, etiam pileum de capite illius auferre ſtudebat. Quæ cùm feciſſet, Imperator, eo ut deliro deſpecto, receſſit. Populus verò, qui ea viderat, nihil boni ominabatur.

12. Vt verò etiam eventum, non planè ab illis ſignis abhorrere conſtitit; cujusque opinio de Baſilacio confirmata eſt, quæ, anceps priùs, & in plerisque dubia fuerat. Vt autem Imperator Cypſella pervenit, exercituum partem centuriavit: partem, quæ nondum advenerat, expectavit. Sed nobilitatis magna pars, ægrè ferre ſe ſimulans, quòd longo tempore ab Imperatore neglecta eſſet, quodque Reſpublica perperam & temerè adminiſtraretur: cùm revera illud ſpectaret, quod ex Imperii mutationibus ſe plurima emolumēta percipere animadvertebat; quæ diu celarat animis, tum in apertum protulit. Cùm autem Imperator cōcenſo equo, venatum iturus, fratrem Alexium, ut ſecum exiret, & in herbidis & floridis illis locis unà oblectaretur, accerſi juſſiſſet: is deſtinatis exequendis intentus, ægritudine & venę ſectione ſimulatá, comitari eum recuſavit. Sic ille ſolus cœptum iter proſequitur. Alexii verò conjurati, homines leves, ac conſcelerati. Euripo mutabiliores, fucis & dolis referti; ubi Imperatorem cum ſatellitibus & amicis, quorum in adminiſtranda republica & cupiditatibus ſuis explendis operâ utebatur, tria circiter ſtadia à tabernaculo receſſiſſe viderunt: Alexium invitum ſcilicet, abreptum, & in Imperatorium tentorium perductum, Imperatorem ſalutarunt Peperit hoc quoque facinus Romanis apud exteras nationes contemptûm, omnibus aliis quæ in mutandis Imperatoribus

toribus accidere ſolent, turpius & flagitioſius. Fuerunt & qui ruptis amicitiæ vinculis, veterem familiaritatem dirimerent. Frater fratrem, inquiunt, non liberat: quid faciet alienus? Quibus antè arcana commiſerant, eorum vel colloquiū metu inſidiarum, devitabant; in illud fraterni ſceleris exemplum intuentes. Ipſe verò Imperii occupator Alexius, non cogitans, ſe, fratre everſo, ſemetipſum evertiſſe: ſtatim Imperatorium ſolium, flagrante adhuc eo delicto, conſcendit; & fratris veſtitu coronaque ornatus, ab omni militari turba, & ſenatoriis viris, Imperator Auguſtus conſalutatus, uxorem ſuam & propinquos in urbe degentes, ea de re certiores facit: & ut eos quorum ope & ſtudio Imperium conſecutus erat, remuneraretur, & reliquum vulgus, quod libenter & citra ſeditionem acceſſiſſet, in officio retineret; ſine ratione ulla & ordine, ſed pro cujusque petitione & libidine, pecuniam dilargiri cœpit, quam in militiam Iſaacius advexerat. Quæ cum immoderata & inæquali diſtributione dilapidata eſſet, prædia fructuoſa & publica vectigalia, petentibus donavit. Iis quoque deficientibus, illuſtribus dignitatibus non paucos, eosque non claros viros ornavit, aut ad proximum & convenientem gradum evexit. Sed quosvis, qui eum honorem parvi æſtimabant, & primum gradum nondum conſcenderant, in ſummo faſtigio collocavit; ut dignitatem frequentia, indignitatem haberet, & omni gratiâ careret: aliqui etiam ſuo honori derogatum putarent, illo honoris incremento; ut ſerò tandem jure id conſecuti, quod aliis præter meritum ante tempus contigiſſet: dignitate ſecum

exæ-

exæquatis iis, quibus, quantumvis honore au-
ctis, ipſi prorsùs neglecti, dignitate præſtare judicarentur. Vtrum verò nominis vindictâ, pœnas illas ibi dederit, aliis conſiderandum relinquo. Vult enim providentia, quæ omnia optimè gubernat, etiam inimiciſſimorum ſupplicii moderationem adhiberi, & ſemper in conſpectu eſſe poteſtatis lubricum, & Imperii amiſſionem: ne, ut omnium rerum viciſſitudo eſt, quemadmodum quisque tractarit cæteros; ita & ipſe divino judicio, ab aliis tractetur. Poſt hanc calamitatem, ob ingentem cruciatum diebus compluribus cibo non guſtato, palatino carceri includitur. Paulò verò pòſt, in alteram urbis partem, ad Diplocionium transfertur: nec quicquã; præter vini & panis demenſum, ut homo plebejus, ruri degens, accipit. Frater verò ejus, Imperio pacato, & ſeditionum experte, potitur, non aliter ferè quàm Caſtor & Pollux, qui alternis diebus oriri & occidere feruntur.

13. Hac de re ita Cuſpinianus: Cùm fratrem ſuum Alexium minorem (cui adeò ſemper ille indulſerat, ut preter nomen Imperii, quod penes ſe eſſe voluit, cum eo ex æquo viveret) à Turcis captum maximo ære redemiſſet, dolo ab eo ingratiſſimo homine circumventus, perque ſummum ſcelus oculis privatus, in cuſtodiam tandem conjectus eſt. Vbi tam diu in carcere detentus fuit, donec filius Alexius, qui auxiliũ Francorum atque Venetorum implorans ac gemebundus petiit, patrem lachrymis obtinuit. Sed carcere, poſt lõgam captivitatem eductus, morbo ex aëris inſolentiâ contracto, non diu vixit. Et idem *in vita Alexii*: Alexius Angelus, frater

minor natu Iſaacii Imp., vir impiiſſimus & ſceleratiſſimus, per ſummam erga fratrem ingratitudinem ac parricidium imperium eſt adeptus: aſcitis potentioribus, quos donis ac muneribus corrupit. Cùm enim Alexius eum indulgentiſſimè tractaret, eique omnem Imperii adminiſtrationem concederet, ſolo Imperatorio carens nomine, non potuit vir peſſimo ingenio, hâc contentus vivere gloriâ. Sed præter hanc pietatem, cùm à Turcis magna pecuniæ vi, & ingenti pretio redemptus eſſet, dolo fratrem captum excæcatumque carceri mancipavit. Non tamen contentus hoc malo; nepotem Alexium juniorem Iſaacii filium, annos agentem duodecim, pari cruciatu aut capere aut perdere, niſi fugâ ſalutem quæſiſſet, ſummo ſtudio enixus, extorrem fecit.

Iſaacius Angelus, ad Imperium pervenit. 1.

Is, cùm prudenter ab initio ſe geſſerat, cito degenerat; & Caſtamonitæ podagrico, totam Imperii curam committit. 2.

Sæpe bona initia principum, malo fine terminantur. 2.

Imperatorem, & Imperii negotia puer guber nat. 3.

Aulicorum, qui ſoli gratiam principis obtinent, mores deſcribuntur. 3.

Iſaacius ſacra prophanat; & tamen Templa ac Monaſteria, præ aliis ſuis anteceſſoribus ornavit. 4.

Principes cum omnia ſibi licere cenſent, quærunt ut abſumant; & abſumpta requirere certant. 4.

Fridericus Imp. Romanus, in Orientem profecturus, ab Iſaacio Angelo moleſtatur, & impeditur. 5. 6. 7.

Ratio ſtatus, & diffidentia, ſæpiſſimè impediunt profectum Religionis. 5. 6. 7.

Prophetiæ falſæ ſæpè Remp. turbant. 7.

Balſamon, ambiens cathedram Conſtantinopolitanam, eoque nomine perperam Canones interpretans; callidè ab Imp. eluditur. 8.

In

In Aula ſi Eccleſiaſticæ res tractantur, raro benè adminiſtrantur. 8.

Clericorum ambitio, Eccleſiæ pernitioſiſſima. 8.

Contra Iſaacium rebelles. & inprimis pſeudo Alexius. 9.

Prædictiones, de Iſaacis remotione, & ſucceſſore. 10. 11.

Fatales eventus, etiamſi prævideantur: non tamen caventur. 11.

Homines etiam magni, falſis prædictionibus decipi ſolent. 11.

Iſaacius ab Alexio fratre. pellitur, & occæcatur. 12. 13.

Sæpius Magnates conqueruntur, de Rep. perperàm adminiſtratâ, & interim ſui lucri causâ innovationem Imperii intentant. 12.

XXXIV. *Alexius III. cognominatus Angelus.*

A. C. 1195.

Cùm autem Alexius coronaretur, equus eum ſeſſorem capere noluit. Cùmque tandem Imp. in eum inſiluiſſet, adeò ferocivit, ut coronam ejus dejiceret primùm, & deinde ipſum Imperatorem. Coronâ ita fractâ, Imperatori reponitur, & alius equus adducitur. *Nicetas.*

2. Factum hocce Alexii primam Imperii Cõſtantinopolitani ruinam procuravit, ejusq; proxima cauſa fuit, ut DEO dante, mox dicam. Ac ut Nicetas ait: Peperit hoc quoque facinus Romanis apud exteras nationes contemptum, omnibus aliis, quæ in mutandis Imperatoribus accidere ſolent, turpius & flagitioſius. Fuerunt & qui ruptis amicitiæ vinculis, veterem familiaritatem dirimerent. Frater fratrem, inquiunt,

non liberat, quid faciet alienus? Quibus antè arcana commiſerant, eorum vel colloquium, metu inſidiarum, devitabant: in illud fraterni ſceleris exemplum intuentes. Ipſe verò Imperii occupator Alexius, non cogitans, ſe, fratre everſo, ſemetipſum evertiſſe: ſtatim Imperatorium ſolium, flagrante adhuc eo delicto, conſcendit; & fratris veſtitu coronaque ornatus, ab omni militari turba, & ſenatoriis viris Imperator Auguſtus conſalutatus, uxorem ſuam & propinquos in urbe degentes, ea de re certiores facit: & ut eos, quorum ope & ſtudio Imperium conſecutus erat, remuneraretur, & reliquum vulgus, quod libenter & citra ſeditionem acceſſiſſet, in officio retineret, ſine ratione ulla & ordine, ſed pro cujusque petitione & libidine pecuniam dilargiri cœpit, quam in militiam Iſaacius advexerat. Quæ cum immoderatâ & inæquali diſtributione dilapidata eſſet, prædia fructuoſa & publica vectigalia petentibus donavit. Iis quoque deficientibus, illuſtribus dignitatibus non paucos, eosque non claros viros ornavit, aut ad proximum & convenientem gradum evexit: ſed quosvis qui eum honorem parvi æſtimabant, & primum gradum nondum conſcenderant, in ſummo faſtigio collocavit, ut dignitatum frequentiâ indignitatem haberet, & omni gratiâ careret: aliqui etiam ſuo honori derogatum putarent, illo honoris incremento, ut ſerò tandem jure id conſecuti, quod aliis præter meritum ante tempus contigiſſet: dignitate ſecum exæquatis iis, quibus, quãtumvis honore actis, ipſi prorſus neglecti, dignitate præſtare judicarentur. Et Idem Nicetas: Templo egreſſus, cùm ſub-

ſublimem equum Arabicum à Protoſtratore adductum conſcenſurus eſſet, res memoratu digna accidit. Equus enim ſeſſorem non admittit: ſed oculis ſanguine ſuffuſis, auribus arrectis, crebro ſolum pulſans, & anterioribus ungulis cum fremitu ſublatis, eum ferociſſimè averſatur quaſi tergo recipere dedignaretur: atque ita ſæpiùs in poſteriores pedes arrectus, & averſis oculis Alexium repellit. Vt autem poſt multos poppyſmos, & cervicis palpitationes placatus, & crebros illos gyros, & calcitrationes omiſſurus videbatur; Imperator in eum inſiliit, & habenas prehendit. Is verò deceptus, ſeſſore, quem nollet, recepto, æquè ac priùs ferocit, cũ claro hinnitu pedes attollit: nec priùs importunè ſaltare deſiſtit, quàm gemmatâ coronâ capite ejus excuſsâ, & ex parte comminutâ, ipſum quoq; dejeciſſet. Alio equo adducto, fracta corona, inauſpicatum omen viſa eſt Imperii cladium non expertis, & imminentis ruinæ & noxæ hoſtilis.

3. Habet & hæc Nicetas: Imperator Angeli cognomento, ſive ut humiliori repudiato, ſive ut unà cum fratre abolendo, Comnenus appellari voluit. Cùm autem omnes putarent, eum poſt declarationem, rebus pacatis, ſtatim in armis fore, nec urgentia duntaxat mala depulſurum, ſed ſuperiorum etiam temporum delicta fraterna correcturum, clades præſertim à Barbaris propterea illatas, quòd eis nemo reſtitiſſet, aut rerum curam ſuſcepiſſet: ille contrà, ut jam votorum omnium & unici ac diuturni deſiderii compos factus, corollâ inſignis, ignaviæ ſeſe dedidit, quaſi non legitimam hominum curationem ſortitus, ſed deliciarum & ocii facultatem

eſſe Imperium opinaretur. Igitur abjecta Reip. cura, ut gubernator, fluctibus defatigatus, in aureo veſtitu ſe oſtentabat, & apertis auribus, omnium eorũ petitionibus annuebat, quos adipiſcendi Imperii adjutores habuerat, & utraque manu pecuniam ab Iſaacio collectam profundebat; non conſiderans, cum quanta difficultate poſteà recolligenda eſſet, & quàm temere nunc diſſiparetur. Cùm igitur inſtar palearum, aut æſtivi pulveris celeriter disjecta, & in ventres ignavos, quos ne norat quidem, inſumpta eſſet: temerè munificus Imp. ipſe tandem profuſionem ſuam damnare cœpit, cùm pecuniâ egeret.

4. Ejus verò uxor, virili animo mulier, & ab ipſa natura dicendi ſuavitate & lepore ornata, nec ad præſentia duntaxat optimè adminiſtranda, ſed & ad futura providenda ſolertiſſima, aliis rebus deterrima peſtis fuit. Neque nunc de exquiſito ornatu, & luxu regio loquor, neque de eo, quòd ingenii facilitate in mutando recepto ſtatu, & rebus novandis maritum ſuperabat (nã hæc, etſi non decora mulieribus, reginis præſertim, tamen prætereunda cenſeo) ſed de impudicitiæ probro atque infamia, quæ maritum dehoneſtabat. Qui cùm initio id dedecus ſcire & diſſimulare, ab omnibus putaretur: tamen ea facinora ſe ignorâſſe, poſteà cùm publicata eſſent, declaravit. Cùm igitur Imperatrix limites trãſiliret, & ſuperiorum Auguſtarum inſtituta contemneret, Imperium planè in duos Principatus eſt diviſum. Neque enim Imperator duntaxat quicquid erat libitum, mandabat: ſed illa etiam pari authoritate, quæ viſa erant, peragebat, imò aliquando pro ſua libidine illius juſſis intercedebat.

debat. Etiam cùm maximæ legationes audiendæ erant, duo pretioſa ſolia conjungebantur; & illa marito cum magno ſplendore, ac pileolo gemmis ac perſpicuis margaritis ornato, aſſidebat, & torques pretioſiſſimos de collo ſuſpendebat. Aliquando etiam in aliis palatiis ſejuncti, per vices adorabantur: ſubditis ab Imperatore ad illam ſalutandam tranſeuntibus, & genua ſubmiſſius flectentibus. Illa quidem à fratre & genero adulterii accuſata, & ideò ab Imp. in monaſterium abſtruſa, curâ tamen eorundem ſuorum delatorum iterum revocata, majorem etiã potentiam quàm priùs obtinuit; nec tamen delatores vel aperta vi, vel occulta fraude ulta eſt: inſigni moderationis exemplo. Maritum verò jampridem à ſe abalienatum, tum verò ejus conſuetudine prorsùs abſtinentem, miris artibus & blanditiis reconciliavit, ut in ipſius poteſtate eſſet, omniaque ferè Imperii negotia ſuo arbitratu adminiſtravit.

5. Fuit apud Alexium huncce Meſopotamitanus, Vertumnus illius ſeculi, callidiſſimus item & verſutiſſimus homo, tandem Theſſalonicæ Pontifex deſignatus. Tantam gloriam adeptus, homo fortaſſe non contemnendus fuiſſet, nec ea mala, in quæ pòſt incidit, ipſe ſibi ex parte accerſiſſet, ſi planè palatio exceſſiſſet, & cupiditati ſuæ tandem modum aliquem ſtatuiſſet, aut de curioſitate ingenii & rerum gerendarum cupiditate aliquid remiſiſſet. Nunc multorum & maximorum honorum, eorumque inter ſeſe diſſimilium inſanâ & infinitâ affectatione, etiã humiliore ſtatu eſt excuſſus; ut divina in eo providentia, & celſitudinis immoderatæ, & humi-

litatis immenſæ exemplum ſtatueret: & ad cœlos usque elatum, inſigni rerum viciſſitudine ad inferos deprimeret. Nam cùm vitam ſibi acerbam eſſe duceret, niſi lævâ templum, dextrâ palatium teneret, & utrasque dignitates, ut lapis angularis bina ædificii latera complecteretur, à priſtino inſtituto non recedebat, & ne quid ſine ſua auctoritate gereretur, fratres ſuos tanquam clavos & vectes inſerebat, ac potiùs velut inaures, de utraque Imperatoris auricula ſuſpendebat: ut ſi quando Eccleſiaſticis conventibus intereſſet, nullum dictum aut factum ignoraret, nec quisquam locum ſuum ſe imprudente occuparet. Theſſalonicam verò profectus, & vix tantisper ibi commoratus, dum in ſolio collocaretur, ſumma cum feſtinatione Byzantium rediit. Ac ea ipſa de cauſa contemptor omnium evaſit, quòd uno digito regebat omnia, præſertim cum Imp. rurſus contra Chryſum profecto, ſuo conſilio, induſtria, & opera, omnibus rebus contra ſeditioſum quàm optimè adminiſtratis, magnam ingenii laudem eſſet conſecutus. Vnde quemadmodum Hippocrates optimam corporis habitudinem, quòd diu in eodem ſtatu permanere non poſſit, periculoſam eſſe affirmat: ita etiam Meſopotamitano accidit, qui dũ ſemper creſcere ſtudet, dum nullum gloriolæ modum ſtatuit, inſtar culicis illius, ut fabula narrat, poſt leonem oppugnatum, exiguo araneæ filo implicatus, omnem gloriam amiſit; & dum in pauperes imperium exercet, inclinatus concidit, ut eſt in Pſalmis Davidicis. Nam ii, quorum capitibus, ut Comicus ille pulex, inſultârat, & quibus veluti mancipiis tantùm non colaphos

laphos infregerat:non parvo cœtu coacto, & criminibus parum ſanis cōcinnatis, Imperatorem adierunt, & ejus facilitate ac levitate (nam quovis verbo flectebatur) ad rei odium abuſi, acriter hominem inſectati ſunt. Ex eo non modò ut parvus globus robuſtâ machinâ palatio facilè excuſſus eſt, ſed pontificatu etiam dejectus.. *Nicetas l. b. 2.*

6. Hoc item habet Nicetas *lib. 3.* quòd hoc ſub Imperatore, dogma de divinis myſteriis vulgatum, Chriſtianos in factiones diviſit. Vnde in foro & triviis, res veneratione & ſilentio dignæ, palàm contemnebantur. Nam Georgio Xiphilino, ſeptem annis Patriarchatu functo, Ioannes Camaterus ſucceſſit: qui cum opinio, quæ ſub Xiphilino pullularat, radicitùs extirpanda, & ejus author, nequam monachus Sicidites, ut hæreſiarcha, & homo ſeditioſus, condemnandus fuiſſet, & aliis ipſius Exemplo ſilentium imperandum, ut myſterium rurſus eſſet myſterium: diſſerendi arte & demonſtrationibus, quæ adverſarium convincerent; in rebus ingenii humani captum excedentibus, & artificium reſpuentibus, uſus eſt. Compoſuit etiam orationes Catechiſticas, quæ dies jejuniorum inſtare nunciarent, & ſacerdotes ad id certamen exhortarentur; mentione inſertâ, quem dogma illud ortum habuerit, & quid ſentiat ipſe expoſuit: adverſariorum verò dicta planè ſilentio diſſimulavit, refutationem ut arbitror veritus; & ea tribuit adverſariis, quæ neque norant, neque unquam cogitârant. In quæſtione autem fuit, utrū Chriſti corpus, poſt perceptionem incorruptibile ſit, quale poſt paſſionem & reſurrectionem fuit, an

corruptibile ut ante paſſionem: alii dicebant, incorruptibile eſſe, quòd divinorum myſteriorum perceptio confeſſio ſit, & recordatio quædam Domini propter nos mortui & redivivi. Alii prætendebant: id myſterium non confeſſionem reſurrectionis, ſed ſacrificium duntaxat eſſe, & proinde corruptibile & amens & inanime: ad quod qui accedat non totum Chriſtum percipiat, ſed partem, ut qui partem percipiat. Nā, ſi inquiunt, incorruptibile eſſet, etiam mentis eſſet particeps & animatū, & intactile & inaſpectabile, neque dentibus ſcinderetur & moleretur, & in ſcindendo nullam omnino moleſtiam aut dolorem ſentiret. Præſertim cum ſacrificus dicat. Qui comedit me, vivet.

7. Henricus verò Imper. ejus nominis VI cùm in Sicilia eſſet, & turbas Conſtantinopolitanas (quas inter fratres ortas eſſe, jam dixi) audiſſet, Legatos ad Alexium mittit; jubetque ut aut annuum tributum ſibi ſolvat, aut bellum expectet; pro injuria olim Conrado, & parenti Friderico, in Palæſtinam transeuntibus, illata. Alexius imparatus ad bellum, cùm nullam pecuniam nec ex ſubditis, nec ex Tēplis habere poſſet, ſepulchra Imperatorū Grecorum aperit, ex quibus ad ſeptuaginta talenta conflavit. *Nicetas, lib. 1. Spondan. Anno Chriſti 1197. num. 1.*

8. Alemannorum rex Ammerigus (ita Henricum nominat, Nicetas) Friderici filius, qui in

expe-

expeditione Palæſtinâ ſubmerſus eſt; paterno principatu ſuſcepto, Sicilia & Italia ſubactis, Romanos ipſos laceſſebat, novarum rerum importune cupidus, & graſſator inevitabilis. Neq; tamen, ſtatim Romanos invaſit, rei difficultate deterritus, poſitis adhuc ob oculos eorum contra ſiculos fortibus facinoribus, cùm pridem in provincias Græcas impetum feciſſent, & à veteris Romæ Papa ab inſtituto retraheretur. Miſſis igitur ad Iſaacium legatis (nondum enim is Imperio exciderat) cauſam diſſenſionis inanem quæritans, Romanas provincias omnes ab Epidamo usq; ad inclytam urbem Theſſalonicam, ſibi ut Siciliæ regi vindicabat, ut belli jure nuper à Siculo exercitu ſubactas. Præterea tanquã rex regum, & Imperator Imperatorum poſtulabat, ut Romani ſuis in Palæſtina popularibus navalia auxilia mitterent. Ad quæ cùm Imp. reſcripſiſſet, & virum non obſcurum ad eum ablegaſſet; legati ab eo venerunt, quorum alter homo ſuperciliosus erat, & eo nomine ſuperbus, quòd regis in pueritia curam geſſiſſet. Ejus legationis ſumma erat: plurimorum talentorum poſtulatio, arrogantia & inſolentia verba, rerũ ab Alemannis geſtarum glorioſa commemoratio, quibus auditores decipi ſolent. Imperator igitur Alexius Comnenus, cùm legatos infectâ re dimittere non poſſet, annuit ſe pacem pecuniâ redempturum, quæ res ad id usque tempus facta non erat, & ut Imperii Romani opes oſtentaret atque exaggeraret, rem aggreſſus eſt temporibus minimè conſentaneam, ſed ab officio & decoro alieniſſimam, & Romanis propè ridiculam. Nam in feſto natalis Chriſti, & ipſe gem-

matam veſtem induit, & reliquos omnes auratas, & lati clavi veſtes induere juſſit. Quo ſpectaculo Alemanni adeò non obſtupuerunt, ut eorum cupiditas illo ſplendore Romanorum, magis etiam inflammaretur, & Græcos ut ignavos homines, & ſervilibus delitiis deditos, quamprimum oppugnādi occaſionem optarent. Cùm autem aſtantes Romani eos hortarētur, ut gemmarum ſplendorem, quibus Imp. inſtar prati nitebat, aſpicerent, & mediâ brumâ, veris ſuavitatem oculis perciperent, negabant, Alemannos talia ſpectacula deſiderare, neque muliebria ornamenta admirari ſolere, quæ fucis, flammeis, inauribus radiantibus, viris impensè placere ſtudeant, ac ut Romanis terrorem incuterent, nunc tempus inſtare ajunt, ut muliebribus ornamentis ſepoſitis, aurum ferro commutent. Nam ſi legatio foret irrita, nec Imperator, regis ſui & Domini poſtulatis annueret, neceſſe eos habituros pugnare cum hominibus, qui non gemmis ut prata niteant, neque rotundis margaritis intumeſcant, aut amethyſtis purpurę & auro intertextis, pavonis inſtar, glorientur: ſed qui Martis alumni, iræ flamma oculos ſuffuſi non ſecùs quàm gemmæ radient, & totos dies ſudorem fundant, margaritis ſplendidiorem. Cæterùm pecunia, quæ pacis causâ danda eſſet, ad 16. auri talenta redacta: Philocales in Sicilia, ubi regem convenerat, expectabat, dum ea mitterentur. Imperator verò pecuniæ inopiam cauſatus, à provinciis tributum exigebat, quod Alemannicum appellatur, tum primùm inſtitutum, & urbano populo, ſenatu & cœtu Eccleſiaſtico, opificibus item & artificibus omnis generis convocatis,

catis,

catis, petebat, ut quisque de facultatibus ſuis partem aliquam ſtipis nomine conferret. Sed cum ſe nihil proficere, ac talibus rebus fruſtrà niti, & inania verba fundere cerneret: plerisque etiam vociferantibus & tumultuantibus, ob inuſitata iſta & iniqua tributa, nonnullis verò cẽſoriam ei notam inurentibus, quòd Remp. per luxum perderet, inter cognatos provincias partitus, qui extinctis oculis omnes eſſent inutiles, ab eo quidem inſtituto toto impetu reſiliit, ac propemodùm eam poſtulationem à ſe profectã eſſe negavit, & aliam ingreſſus viam, aurea & argentea donaria, quæ extra ſacrarium eſſent, neque corpori & ſanguini Chriſti ſuſcipiendo ſervirent, poſtulavit. Ab ea quoque petitione multis abhorrentibus, quaſi ſacra profanaturus eſſet, ſurda & muta Imperatorum monumenta, quæ nullum advocatum haberent, invadenda eſſe cenſuit. Itaque ſepulchra effodiuntur, nec ullis Romanorum Imperatoribus, quantumvis ob res geſtas claris, quicquam præter ſaxeas tunicas, frigidum & extremum illud propugnaculum relinquitur; omni pretioſo ornatu ſpoliatis. Ac ne magni quidem Conſtantini loculus intactus & inviolatus manſiſſet, niſi fures Imperatoris decretum avertiſſent, & aurea illius ornamenta abſtuliſſent. Vndè cum ad ſeptuaginta centenarios argenti, & auri nonnihil corraſiſſet, conflari ea tanquam profanam materiam juſſit. Ejus muneris miniſtri duo paulò poſt obierunt, alter ardenti febre, alter aqua intercute ſublatus.

9. At Alexius, fratrem Iſaacium, antè

captum & occæcatum, in liberiori loco vivere patiebatur:. is autem vindictam meditatus, filium Alexium. Juniorem quẽ vocant, in Germaniam ad Philippum Sueviæ Ducem, Romanorum Imperatorem, generum ſuum miſit (ei namque Irena, Iſaaci filia nupta erat) qui, etſi civilibus bellis turbaretur, non eum tamen ſine auxilio dimiſit, ac etiam Venetis commendavit. *Nicetas.*

10. Verba Nicetæ ita ſe habent: Alexius fratrem Iſaacium Imperio dejectum, excæcârat: ſed cum ejus cuſtodia non prorſus negligenda eſſet, oblitus, pleriſque inuri calamitates, nec deleri poſſe: & vindictam non perpetuò ſtertere, ſed ſeris gaudere mutationibus, & celeriter ingruẽtem, tacito eos pede conſectari, qui nefaria facinora perpetrent: fratrem juxta duas columnas, quæ in freti littore ſunt, liberè vivere paſſus eſt, neque quenquam ad eum trajicere vetuit. Erat igitur cujusvis Iſaacium adire, tum verò Latinorum, cum quibus arcana conſilia de ulciſcendis injuriis, & evertendo fratre Alexio conferebat, literis ad Irenem filiam miſſis, Philippi Alemannorum regis conjugem, quibus eam ad opem ſibi ferendam inſtigabat, atque inde literas recipiebat, quibus quid agendum eſſet, monebatur. Deinde filius quoque ejus Alexius, cuſtodiâ eductus, liberè quò libuit, ambulavit, & ab Imperatore contra Protoſtratorem exituro, itineris comes eſt aſſumptus. Is verò de ſententia patris,

cura-

cum Piſano quodam maximæ rotundæ navis domino, conſilio fugæ inito, navigandi opportunitatem captabat. Quæ cùm contigiſſet, majus navigium plenis velis ad Helleſponti Auloniam fertur, minus verò, Athyræ Alexii recipiẽdi causâ appulit: & quo id conſilium lateret, nautæ arenam intulerunt, ſaburrandi ſcilicet vacui navigii causâ, quo Alexius Damocrania eò profectus, conſcenſo, ad magnam navem pervehitur. Fugâ ejus cognitâ, mittuntur ab Imperatore, qui navem perſcrutentur, nec tamen Alexium deprehendere potuerunt. Nam comâ in orbem rasâ, & Latinâ veſte indutâ, ut in turbâ magna obverſans, inquiſitores latuit. Perductus in Siciliam, ſorori indicatur: quæ juſto præſidio miſſo, fratrem amplexa maritum Philippum orat, ut patri ſuo pro virili opem ferat; ſimul & imperio & lumine privato, & fratrem quoq; juvet exulem & extorrem: & errantium ſtellarum inſtar vagantem, neque quicquam ferentem ſecum præter corpus.

11. Irena autem, cujus ſuprà mentio facta fuit, à Cruſio *part. 2. l. b. 11. c. 7.* nata putatur, An. C. 1172. Ac ea, poſtquàm nubilis eſſet facta, in Siciliam miſſa fuit Panormũ, quippe Rogerio adoleſcenti, Tancredi Regis filio, deſponſata. Quo mortuo, Heinricus VI. Imp. Siciliâ & Panormo potitus, illam fratri ſuo Philippo, Duci Sueviæ, anno 1195. deſpondit. Huic ipſa, filias aliquot peperit. Cùm autem Rex Philippus, anno 1208. Babenbergæ, per inſidias occiſus fuiſſet; ipſa, ut viri amantiſſima, magnitudine luctus cõtabuit: atque in cœnobio Lorchenſi ſepulta eſt. Eam Martinus Cruſius ſingulari oratione honoravit; illus-

illiusque mentionem, paſſim in ſuis Annalibus facit: *nempè part. 2. lib. 11. cap. 14. lib. 12. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c 8 c 9. 14. & 15.* De Alexii autem pueri, ex Italia, in Alemanniam, ad ſororem Irenem adventu: ita ſæpè dictus Cruſius, *lib. 12. cap. 5.* Alexius, Irenæ noſtræ fraterculus, puer 12. annorum, præditus formâ & ingenio liberali; elapſus ex inſidiis impii patrui Alexii, in Italiam, deindè Romam, poſtea in Alemanniam, ad ſororem & Regem Philippum, perfugit. Vndè, maxima mala urbi & Imperio Conſtantinopoleos nata. Puero enim cum comitatu & literis à patre, ad ſororem Irenam veniente; cùm Iſaacii calamitates apud eam & maritum, tragicâ querimoniâ expoſitæ eſſent, Irena Philippum incitavit: Philippus, qui civilibus malis ipſe implicatus erat, apud alios tamen effecit (etſi non nemo Alemannorum etiam unà profectus eſt) ut expeditio facilius procederet adverſus Conſtantinopolim. De quo puero rebusque adjunctis, loca plura Auctorum, ibidem Cruſius adducit.

Omina Imperii futuri, ſæpè ab initio adparent. 1. 2.

Fraterna odia, Imperii Conſtantinopolitani interitus principium. 2:

Cùm Imperium injuſtè mutatur, largitiones abſurdæ, & etiam non promeritis fieri: dignitatibusque etiam indigniſſimi ornari ſolent. 2.

Alexium deſidiam: fraternam culpans, ipſe ſe otio dedit. 3.

Facilius eſt alienum Imperium culpare, quàm rectiùs imperare. 3:

Imperatricis luxus, adulteria, & imperandi cupiditas. 4.

Meſopotamitanus, ambitioſus clericus, in altum ſublatus, ut lapſu graviore ruat. 5.

Diſputatio curioſa, de corruptibilitate corporis noſtri ſalvatoris, in Euchariſtiá percept. 6.

Heinricus VI. Imp. tributum Alemannicum, à Græcis exigit.

git quod ex ſepulchris ſuorum Anteceſſorum, eruit Imp. Græcus. 7. 8.

Iſaacius cæcus, & ejuſdem filius Alexius, ex carcere evadunt. 9. 10.

Graviter offenſis fidere ſtultum eſt. 10.

Irena, Iſaaci filia, Philippi Suevi, Romanorum Imper. conjunx. 10.

XXXIV. *Alexius Iunior, unà cum patre.*

A.C. 1203.

BAlduinus ergò Flandriæ Comes, bellum ſacrum parans, ab Alexio perſuaſus auxilio Venetorum, Conſtantinopolim movet, urbemque oppugnat. Habebat autem in exercitu viginti millia peditum præter equites: tandem Veneti irrumpunt, & Alexium Imperatorem vincunt, qui aufugit, atque ita Iſaacius cæcus, & filius, Imperium recipiunt. Alexiusque Junior coronatur in Templo Sophiæ. *Calvis. Anno Chriſti 1203. Bzovius Anno Chriſti 1199. num. 2. &c. & Anno Chr. 1202. n. 1. ac ſeqq.*

2. Ea de re ita Nicetas: Alexius vecors, & rerum imperitus adoleſcentulus, in id unum intentus, ut paternum imperium recuperaret, nec ullam conditionem conſideravit, neque quàm infeſti eſſent Latini Romano nomini, cogitavit. Ac talibus Imperatorii faſtigii depreſſionibus, aditum in urbem mercatus, patri aſſedit.

colle-

collega Imperii aſcitus: & populus univerſus in palatium concurrit, filii & patris videndi ſimul & adorandi causâ. Non multis diebus pòſt, etiã Latinorum Duces; & nobilitate inſignes viri, palatium ingreſſi ſunt, & ſubſelliis allatis, Imperatoribus aſſederunt, ut benè meriti, & ſervatores celebrati, & omnibus aliis honeſtis titulis ornati: ut qui ambitioſum Alexiũ, crepto, quod tantoperè appetierat, Imperio, probè ulti, & calamitoſis opitulati eſſent. Præter hæc, omnibus aliis officiis & exquiſitis honoribus affecti, & lautiſſimè tractati ſunt. Nam Iſaacius, ſi quid Imperatorius fiſcus celabat, ſi quid ipſe, captâ Euphroſynâ Imperatrice, & cognatis ejus, acquiſierat, id univerſum utraque manu in illos conferebat. Quæ cùm ab illa gente omnium avariſſima, & luxurioſiſſima, exiguæ guttæ inſtar acciperentur, Tyrrheni maris undas deſiderante, etiam ſacroſancta profanat: unde, ut opinor, Romana res funditùs ſubverſa & deleta eſt. Nam cùm pecuniâ deſtitueretur, templa quoque invaſit. Nec ſacræ tantùm Chriſti imagines ſecuribus excidebantur, & humi projectæ, ſine ulla reverentia, ornatu adempto, in ignem conjiciebantur: ſed & ſacroſancta vaſa absque metu, è templis rapta & conflata, ut vulgare aurum & argentum hoſtibus dabantur. Hujus impietatis furor neque Imperatori in mentem venit unquam, neq; quisquam fuit, qui pietatis cauſam liberè agere auderet: ſed, quod quidem ad ſilentium, ne ſtuporem dicam, attinet, planè attoniti fuimus omnes.

3. Non diſtulit autem Alexius Iunior jam reſtitutus, Innocentio ſignificare per literas; in quibus.

quibus propenſionem ſuam erga Romanam Eccleſiam his verbis declaravit: Hæc fateor cauſa potiſſimùm ad ſubſidium noſtrum peregrinorum animos inclinavit, quòd promiſſione ſpontaneâ ſub jurisjurandi religione Chriſtiana ſumus devotione polliciti, totius Chriſtianitatis Eccleſiaſticum caput, Romanum videlicet Pontificem Apoſtolorum Principis Petri, Catholicum ſucceſſorem, nos humiliter agnituros: & ad hoc ipſum Orientalem Eccleſiam pro viribus inducturos, ſi debitum nobis divina miſeratio reſtituiſſet Imperium; intelligentes profectò quod accidere debeat plurimum honoris & utilitatis Imperio, & nomini noſtro decus æternum, ſi tunica Domini inconſutilis, ſuam noſtris temporibus & operibus recipiat unitatem Et hoc quidem, ut dictum eſt, tam peregrinis veſtris, ſub juramento promiſimus, quam P.V. exhibere plenus præoptamus, omnem vobis & ſucceſſoribus veſtris canonice ſubſtituendis devotionem, per præſentes literas promittentes, quam anteceſſores noſtri Imperatores Catholici, prædeceſſoribus veſtris patribus Orthodoxis Romanis Pontificibus antiquitùs exhibuiſſe noſcuntur. Illud pariter promittentes, quòd opportunitate nobis à Domino præſtitâ ſalutari, ad idem Orientalem Eccleſiam tam prudenter inclinabimus quàm potenter, ſuper quo prudentiæ veſtræ conſilio deſideramus inniti. Ad hæc prædicta inducti, præcipuè conſiliis ſalutaribus, & monitis venerabilium Patrum, Sueſſionenſis, Halberſtadenſis, & Trecenſis Epiſcoporum, Abbatis de Lucedia & Magiſtri Ioannis Noviomenſis. *Bzovius, A.C.1203.*

4. De

4. De Iſaacii autem & Alexii diſſidiis, flagitiis, & vecordia, ita Nicetas: Indigniſſimè quoque Iſaacius ferebat proclamationis mutationem. Nam filius, priore loco contentis vocibus, ut palatium reſonaret, ſalutabatur; ipſo tanquam Echo ſubmiſſiùs ſequente. Sed quia illa prohibere non poterat, ſubmurmurabat, & apud eos, quibus arcana ſui pectoris committebat, malè de filio loquebatur. Neq; enim quicquam virtutis ei eſſe, non bonis moribus informatum, ſed peſſimis ſtudiis occupari, & peſſimorum hominum conſuetudine corrumpi. Neque hæc falſa erant, aut inania. Nam Acexius pluribus & gravioribus peccatis magnificum & inclytum Imperii Romani nomen fœdabat, ut qui paucis comitantibus, in Barbarorum tentoria trajiciens, crapulæ & aleæ unà cum illis per totas dies indulgeret. Ejus verò colluſores diadema aureum & gemmatum, ei detractum, ſuis capitibus, illi verò laneum hirſutum pileum imponebant. Neque verò Alexius duntaxat ob hujusmodi res apud honeſtiores Latinos, & modeſtiores Romanos execrabilis habebatur: ſed & pater ejus Iſaacius nihilominus inviſus erat, cùm rursùs abſurdarum opinionum intemperiis agitaretur, & divinationibus atque oraculis fœdioribus quàm priùs incumberet. Nam antè Monarchiam ſibi imaginabatur, ſeque imprudenter eum eſſe jactabat, qui Occidentem cum Oriente conjuncturus, & totius mundi imperio potiturus eſſet. Tum verò viſum ſe recepturum, & articularem morbum, ut ſerpentem exuvias, poſiturum; in virum DEO ſimilem ſe transformatum iri ſomniabat. Proindè Monachi quidam,

dam ſummè execrabiles, promiſſis barbis, homines inviſi DEO, religioſo habitu, cum ſuâ ignominiâ conſpicui, qui menſam principalem perſequebantur, qui recentibus & pinguibus piſcibus inhiantes, cum Iſaacio cœnitabant: mero largiùs hauſto Monarchiam illi verbis confirmabant, aliquando etiam nodoſas manus ejus oculis admotas, è veſtigio renovatum & confirmatum iri prædicebant. Ille verò mirum quàm blanditiis iſtis exhilarabatur, & ſcurrilibus jocis, æquè ac certiſſimis oraculis, fidem adhibebat.

Auxilio Balduini Flandri, aliorumq; ſacrum bellum parantium: ad Imperium redit Iſaacius, ejusque filius Alexius junior. 1. 2.

In bello civili, etiam externi & Patriæ hoſtes, honorantur: nec conſideratur quid publicè proſit, ſed qui privatos affectus partium fovent. 2.

In bello civili, etiam ad impia facinora, omnes tanquàm attoniti ſilent. 2.

Alexius junior, obedientiam Romanæ Pontifici ſpondet. 3.

Inter patrem & filium diſſidia exorta, utrosq; perdunt. 4.

Vanæ Divinationes Iſaacio Mundi Monarchiam ſpondent. 4.

XXXV. *Ducas Alexius, cognomento Murzufli.*

A. C. 1204.

VAriè nomen hoc, apud Hiſtoricos vulgò concipitur. In Epiſtola Balduini Imp. apud Godefridum Monarchum *Morchufl[illegible]*, apud Vincent. Bellovacenſem *Morculphus*, & *Marchulphius*, & ſic in Chronico Altiſſiodorenſi. Blondo de geſtis Venetorum eſt *Murtslus*, eidem-

deinque *decad. 2. lib. 2. Murtillus*, vel, ut aliqui habent ſcriptores, *Morchulſus*. Paulo Aemylio *Myrtillus* vel *Murzuphlus*. Gunthero Monacho in Hiſtoria Conſtantinopolitanâ *Murtzuphlo*, cum interpretamento, *id eſt, flos cordis, vocatur. Tinaeer. Douſa, in notis ad Georgii Logothetæ Chronicon Conſtantinopolitan. fol. 65* Sed probabilius eſt, eum ob conjuncta, & velut oculis imminentia ſupercilia, *Murzuſlum* fuiſſe dictum: ut Nicetas habet.

2. Mox Anno ſequenti Conſtantinopoli, cùm nulla via inveniendæ pecuniæ appareret, nec Latini ita abſcedere vellent; ſeditio exoritur, & alius Imp. eligitur, *Ducas Alexius*, *Murzufli* cognominatus. Is Iſaacium cum filio in carcerem compingit, & ipſe proclamatur Imperator: inde quoque Iſaacium & Alexium interficit, ſeptimo Imperii menſe; Alexio bis venenum dedit, quod antidotis ſumptis rejectum eſt: ideò laqueo ſtrangulatur. Clavâ tamen ferreâ in ſiniſtro latere contunditur, ut crederetur lapſu exanimatus; & Ducas mittit, qui Claſſem Latinorum & Venetorum exurant. *Calvis. A. C. 1204. Bzovius, Ann eod. num. 1. &c.*

3. Occaſionem autem hujus Converſionis, quæ etiam Murzuflo aditum ad Imperium aperuit, ita Nicetas deſcribit: Imperatorum ſumma & unica occupatio erat, pecuniæ collectio, quod nulla

nulla erat accipiendi ſatietas: ſed quantum donativa augebantur, tantum creſcebat auri cupiditas. Cupiebant etiam à civibus exigere tributum. Sed cùm ea res non expeditè ſuccederet (nam populus, invisâ poſtulatione irritatus, inſtar vaſti maris vento conturbati, defectionem ſpectabat) omiſſo illo propoſito, iis qui ditiſſimi eſſe ferebantur, affixi, non quantum decebat, extorquebant, ſed id ſperabant, ut Latinorum Cupiditati immenſæ fieret ſatis. Præterea maximi templi aurea ſupellectilia, multorum talentûm, & argenti lychni, unà abrepti conflabantur, & planè canibus objiciebantur, rebus non miſcendis nefariè commiſtis. Neque tamen manifeſtis injuriis iſtís, quicquàm proficiebatur. Nam pecuniæ exactores Romanorum ſimplicitati inſultantes, & Imperatorum vecordiæ illudentes, poſtulabant, ut alii materiam preciosam apud ſe deponerent, alii onera ſuſtinentes aſtarent, alii auri bajuli accederent, alii ſe ad acceſſum pararent, idque continenter fieret. Vndè hoſtium duces ſuburbana prædia amœniſſima, & ſacras ædes Propontidis, & ſplendidiſſima Imperatorum palatia, ab aliis inſtigati, direptis; per vices iis quæ inerânt, cremabant, nulli maritimo ædificio parcentes: homines barbari ab omni elegantiâ alieni, & in perniciem hominû nati. Multi enim urbana litora legentes, pugnam ciebant, victoria non ipſis perpetuò addicta, ſed alterius, etiam Romanis aliquando favente; & urbanus populus, fiducia ſumpta, ab Imp. poſtulavit, ut ſibi qui fideles ipſi, & populares ipſius eſſent, cum exercitu ad reſiſtendum hoſtibus opem ferret: niſi fortè labiis duntaxat Roma-

Romanis faveret, animo verò ad Latinos propenderet. Verùm illæ poſtulationes erant irritæ. Nam & Alexius ab armis contra Latinos ſumendis abhorrebat, idque inutile eſſe putabat: & pater ejus id conſilium dabat, inanes promiſcuæ turbæ clamores negligendos; eos verò, quorum ope in patriam reſtitutus eſſet, ſummis honoribus afficiendos eſſe. Huic ſententiæ reliquiæ quoque Imperatorii generis, in Alexii æqualis ſui gratiam aſſentiebantur. Quidam etiam Latinis familiares facti, colloquia civium ut veteres nugas aſpernabantur: Latinum bellum magis reformidantes, quàm cervorum exercitus rugientem leonem. Solus omnium Ducas Alexius, cui Murzufli cognomentum ab æqualibus erat inditum, regni cupiditate flagrans, ut civiũ gratiam colligeret, cum Latinis pugnare auſus, ad perforatum ſaxum, & contiguum illi fornicem, illuſtre virtutis ſpecimen edidit. Sed popularium ducum nullo adjuvante (nam id Imp. vetuerat) captus eſſet, equo in genua prolapſo, & omnibus unum ducem petentibus; niſi manus ſagittariorum eum defendiſſet. Proindè plebeja multitudo, cùm neminem, qui contra Latinos opem ferret, inveniret, defectionis conſilia agitare cœpit, & convitiis Imperatores inſectari: cogitationibus, quę diu animis latuerant, erumpentibus.

4. At de Murzuflo, ita Nicetas: Imperio citra controverſiam potitus Ducas, mutationes rerum parturiebat, & conturbare omnia in animo habebat, homo callidus & arrogans; qui prudentiam in diſſimulatione & cunctatione ponebat, ac beneficia ſubinde in Meteonis ætatem

tem differebat. Negabat enim regium eſſe, ſubitò ac temere quicquam facere, ſed cum mora & deliberatione. Ad has ſententias cum ſuapte ſponte propenſus erat, quippè qui ſe nihil ſcitu neceſſarium ignorare, ſed omnibus rebus gerendis idoneum eſſe profiteretur; tum à Philocalio ſocero ſuo umbratili adjutore, in ea opinione confirmabatur. Is verò cùm ſe nihil proficere videret, ſimulque timeret, ne captus paratum obſonium maxillis Latinorum eſſet: maximum Palatium ingreditur, & Euphroſynâ Imperatoris Alexii conjuge, & ejus filiâ Eudociâ, cujus amore tenebatur (erat enim homo à pubertate libidinoſus & ſalax, & duas juvenculas uxores per injuriam repudiarat) lembo impoſitis, urbem egreditur, cùm duos menſes & dies 16. imperâſſet. Miſerè autem pòſt interiit, à Latinis ſcilicet comprehenſus, & Byzantium reductus, ubi in altiſſimam columnam, quæ in tauro ſtat, perductum præcipitárunt. Hæc Nicetas. De eodem autem Cuſpinianus: Se hoſtibus, inquit, fruſtrà opponens, amiſſa tandem urbe Conſtantinopoli, nocte media cum uxore & pellicibus ac theſauro clam aufugit. Sed non multò pòſt in Peloponneſo captus, & Conſtantinopolim retractus, per ſummam ignominiam & cruciatus moritur. Excæcatus enim de eminentiſſimo loco præcipitatur, ac per urbem tractus fruſtatim diſcerpitur. Sic malè partum imperium, cum vitâ ſimul ignominiosè ſceleratiſſimus Murzyphlus amittit.

5. De hiſce Motibus, plures auctores, Cruſius, *part. 2 lib. 12. c. 10* congeſſit. Et præ aliis, Paul. Aemilius, *lib. 6. hiſt. Gall.* ita ſcribit. Cùm Adoleſcen-

leſcentulus Alexis, ad Francos, cæteroſque proceres, ſacrum bellum profeſſos, à Pontifice Max. Philippoque Auguſto, à Franco Rege Philippo Aug. miſſus: illos ad Iaderam ſedentes inveniſſet, ac benignè receptus eſſet; & tum ipſe, tum Proceres Græcorum, qui cum eo erant, ingentia omnia promiſiſſent: ipſi, omiſſis Syriacarum rerum conſiliis, hoc bellum ſuſcepere. Proindè in oppida Græca, quæ præſidiis inſeſſa, & tormentis miſſilibusque in noſtros inſtructa, prætereunda erant, famam evulgarunt; nullum cum gente nobiliſſima ſe bellum gerere, quondam ſocia & amica: ſed juſtum legitimumque Imperatorem reſtituere in priſtinam Majeſtatem velle. Ex Ionio, in Ægæum mare, circumacta claſſis: in Helleſpontum perrectum, nullis anguſtiis curſum remorantibus. Propontis etiam liberiùs patuit: nec fauces Thracii Boſphori, ac propè concurrens, exiguo dirimente freto, cum Europa Aſiæ alacritatem noſtrorum remorata eſt. Hujus initio, in promontorio, quod optimâ ſignificatione Chryſoceras appellatur, à meridie Byzantium occurrit; à ſeptentrione, Pera oppidum è regione oppoſitum eſt, brevi tranſitu: unde illi Græcè vulgò nomen inditum. Turris opportuno loco aſſurgebat, & catena prætendebatur, ad arcendos libero ingreſſu hoſtes. Sed ea perrupta eſt, impetu incurrentis maximæ navis; quæ propter ſummam celeritatem, Aquilæ nomen habuit. Obſtabat ibi Tyranni Alexii gener, Theodorus Laſcaris, à littore arcens noſtros: LX. millia armatorum ex Græca juventute habens. Latinorum potentia, hæc erat.

XX. mil-

XX. millia peditum.
VIII. millia equitum.
Naves CCL. quarum, triremes LX.
Onerariæ LXX. Hippagines CXX.

Prælio ſuperati, fugerunt Græci: eaque nocte Imp. Alexis (magna vi auri, apud alteram filiam Irenen, ſacrarum virginum maximam, loco ſacro defoſſa) ac gener Laſcaris, cum paucis amicorum, ex urbe profugerunt. Cives poſtridiè Iſaacium, è carcere eductum, adorant, ei vitam victoriamque acclamant: Latinos, portis patefactis, Græcæ majeſtatis vindices ſervatoresque, ſalutant. Ita cæde direptioneque opulentiſſimæ urbis temperatum. Liberatus Iſaacius, filius reſtitutus; novumque Francis, ſociiſque decus partum. Senex Auguſtus, maximas gratias agere; quòd illorum fide ac virtute, Græcia tyrannide liberata eſſet: ſibi, libertas reſtituta cum filio. Iam pii erga ſe filii pacta, ſibi rata ſanctaq; eſſe. Filius memor, gratusq; inprimis, agitabat conſiliis; quanam ratione perſolvi fides poſſet. Vt autem cives libentiùs pecuniam conferrent, quæ fœderi filii dabatur; Franci in caſtra ante urbem locata, Veneti ad naves, ſe recepére. At collatio ingentis pecuniæ, gravis ingrataque Græcis erat: ſolitis exigere, non pendere. Fremebant, Imperium addictum eſſe à puero, avaris ſuperbisque gentibus: præſertim quòd jam inſulam Cretam Bonifacio Ferratenſi, ut propinquo, donâſſet. Item, quòd Græcam Eccleſiam Latinæ ſubjiceret. Tumultus & concurſus armorum, ad Regias ædes fiebat: quem tamen Cæſar (puer Alexius) ſedavit: dum ſe è ſuperiore ædium parte oſtendens, in ſuorum ſe civium poteſtatę fore,

re,nihilque, niſi illis authoribus acturum.teſtatur. Cùm autem æſtuaret, quòd utrisque ſatisfacere non poſſet: fidem tamen, quam Latinis dederat,ſanctiorem ac potiorem duxit. Miſit ad Ferratenſem; vt proximâ nocte, de tertia vigilia, copias in urbem induceret. Senſit Alexis, cognomine Myrtius, vel Murzuphlus, Cæſareæ ſtirpis vir, & Imperii cupidus. Hic, oratione miſeratus publicam Græcorum fortunam, quæ ab infirma ætate proderetur; viroque conſervatore opus eſſe,clamans: effecit,ut à populo Cæſar ſalutaretur. Sedecim ergo naves, plenas tædâ,ſulfure,ſtupâ,pice,emittit: quibus claſſis Veneta incenderetur. Sed id fruſtra fuit. Ille itaque legatis emiſſis, ſe inſcio factum eſſe hoc ab imperita multitudine, nuntiabat: Latinos ſe pecunia,commeatu, bello in Saracenos, adjuturum promittebat. Reſpondit Venetorum Dux Dandalus: tunc ſe crediturum, vana non afferri, ſi Alexis, Iſaci filius,fidem daret,ac pro multitudine,in quam crimen intenderetur, deprecaretur. Murzuphlus verò metuens, ne vulgus, impetrandæ veniæ ſpe, Alexin rurſus adoraret: ei in latebris ſpiritum oppreſſis faucibus, interclusit (patre ejus Iſacio,jam antea mortuo)famamque emiſit, eum ſibi laqueo mortem conſcivisse. Cohortatus deindè cives ad patriam, Majorum gloriam, decus præſens, tutanda: eruptionem in Latinos facit; præferentibus Sacerdotibus D.virginis ſignum. Balduinus,primus vim hoſtium ſuſtinere: donec omni ex parte conclamatum ad arma eſt. Tum verò Græci, fuſi, fugati, in urbem compulſi: virgo, in poteſtatem venit. Duos deſeptuaginta dehinc dies, urbs acriter oppu-

oppugnata eſt, non interdiu, non noctu, quiete datâ, aliis poſt alios in urbem ſuccedentibus: Francis a terra, Venetis à mari, prementibus. Capta tandem eſt urbs: Sacerdotes cum ſacris veſtibus & crucibus occurrentes, miſericordiam Ducum, efflictim obſecrarunt. Duces, voce præconis pronunciaverunt; captis opportunis locis urbis, placere, continuò templa peti: Deoque Opt. Max. pro victoria de tanta urbe gratias agi. Hoc temporis ſpatium, & nox opprimens, miſeris plus, quàm miſericordia precesque profuere. Conſultatum deinde de urbe & Imperio. Non evertenda viſa eſt nobiliſſima urbs: quæ opportuniſſimo loco, coërcere Barbaros poſſet: ſed Imperio potius Legibusque noſtris, firmanda. Erant, qui ſuaderent: unum oportere eſſe nominis Chriſtiani Imperium: ut unum Pontificatum maximum. Id jus, temporaque poſtulare. Iſacii juſti legitimiq; Græcorum Auguſti filiam IRENEN, Auguſtam Latinorum eſſe: ad quam leges paternam hæreditatem, ſummamq; rei Græcæ, deferrent, quòd una reliqua illius ſoboles foret. Philippum Auguſtum, virum ejus, fuiſſe hujus belli authorem: eundem, Francici nominis amantiſſimum eſſe, nec à Venetis alienum. Majori verò parti Ducum viſa eſt res Græca, præſenti Auguſtæ majeſtatis moderatore indigere: qui ex propinquo ferre opem Latinis ſacro bello poſſet. Hæc vicit ſententia. In ſanctiùs deinde conſilium (quo etiam duo Syriaci Pontifices, tubæ ſacri belli admiſſi, Betlemita Ptolemaitaque) itum à præcipuis ducibus. Hi re divinâ facta, afflationeque almi Spiritus imploratâ, conſedere. Conſenſu Imperium ad Balduinum delatum.

latum eſt, qui avunculus erat Ludovici; Auguſto Regi patri, in Regnum Francorum ſucceſſuri: opulentiſſimus, belloque egregius. Ferratenſis, acceptâ ingenti vi auri, Venetis CRETA ceſſit, Theſſaliaque donatus eſt: ac Rex Theſſalorum ſalutatus. Venetis præterea datæ, maris Aegæi inſulæ. Gothofredus, è Tricaſſium nobilitate, ſummæ virtutis vir, Dux ATHENARVM, idem & Achajæ Princeps, declaratus. Quicunq; verò donabantur urbium regionumque ditione, juſſi ſunt quartam partem publicorum vectigalium, fiſco Balduini Cæſaris inferre: ac ſe ei devincire ſanctiſſima religione, panagioque jurejurando, quo Græco vocabulo, etiam vulgato poſtea Franci uſi ſunt. Byzantiis datus Patriarcha, ex Veneta nobilitate, Thomas Maurocenus: qui Balduinum inſignibus Auguſtalibus exornavit. Tunc & Eccleſia Græca, Romano Pontifici ſubjecta.

De cognomine Murzufli. 1. Alexius Ducas, Iſacium, & Alexium juniorem occidi curat. 2. 3.

Bella civilia, in exteros adjutores, omnes Theſauros congerunt. 3.

Latini Græcis licet exoſi; tamen factioſis grati. 3.

Latini juſtam cauſſam, ſed immoderatè, & injuſtis mediis foventes; ſe & ſuos complices periculo exponunt. 3.

Alexius Ducas, patriotas contra exteros defendens; ſed non prudenter Imperio novo proſpiciens, ſibi & patriæ cladem totalem adducit. 4.

Hiſtoria captæ urbis Conſtantinopolitanæ: & ejuſdem Imperii ac ditionum, inter victores diſtributio. 5.

Baldui-

XXXVI. *Balduinus Flander.*

Anno Chriſti 1204.

SEd mox à Balduino urbs iterum obſidetur; quæ obſidio duravit dies 68. indè eam oppugnant die 19. April feria ſexta ante Judica, ſed rejiciuntur: poſt triduum tamen die 21. Aprilis, eam capiunt, & Balduinum Imperatorem eligunt die 24. April veſpera Paſchatis: quem coronant die 16. Maii, Dominica Jubilate. Ducas autem effugit. *Nicet. in vita Alexii Ducæ, Calvis & Bzovius, d. loc.*

2. De capta autem urbe Conſtantinopoli ita Nicetas: Poſt Murzuphli diſceſſum, duo juvenes modeſtiſſimi & bellicoſiſſimi, Ducas & Laſcaris, uterque Theodorus, de Imperio, tanquam de nave tempeſtatibus confliĉtante certant; cùm maximam & celebratam illam rem Romanum Imperium, fortunæ ludibrio & incerti caſus temeritati propoſitum viderent. Maximum igitur templum ingreſſi, inter ſeſe contendebant, nec erat qui in comparatione alteri præponderaret, ambobus velut in æquilibrio conſtitutis. Neque enim erat, qui cenſuram aut judicium faceret. Laſcaris tamen à Clero prælatus, inſignibus Imperii repudiatis, cum Patriarcha in Milium egreſſus, confluentem populum blandiendo & rogando ad reſiſtendum cohortari non deſiſtebat, & ſatellites ad pugnam concitabat. Neque enim exitiū minus eis timendum eſſe quàm

Romanis, ſi Imperium ad aliam nationem
volveretur: neque ampla ſtipendia,neque Imp
ratoris ſtipandi honorem retenturos. ſed mer
nariorum militum loco futuros. Quibus ver
cùm nec è populo quiſquam moveretur, nec
penniferi, niſi ſtipendio promiſſo, auxili
promitterent, urgens illud periculum call
nundinaturi, etiam cataphractæ Latinorum
hortes apparerent: indè diſcedit,& fugâ ſalut
quærit. Hoſtes verò, cùm præter expectation
arma contra ferre neminem, neminem reſiſt
cernerent, omnia plana & expedita, angipor
pervios,trivia aperta,à bello ſecuritatem,ab
ſtibus utilitatem eſſe; Fortunâ quadam propi
& adjutrice, omnibus cum crucibus & ſa
Chriſti imaginibus, ut in pompis & feſtivita
bus moris eſt obviam prodeuntibus: nihil
conſpectu habitum animorum immutârunt,
que arriſerunt paululum, nec inſperato illo ſ
ctaculo triſtis & furioſus eorum impetus m
gatus eſt, quò minùs non tantùm privator
pecuniam,à jumentis auſpicati,ſed & Deo ſa
impudenter diriperent, ſtrictis enſibus equos
tubæ ſonitum excitari ſolitos, in armis ten
tes. Quid verò primo,quid ſecundo,quid ter
loco referam ex iis,quæ nefarii iſti viri perpet
runt? Heu ignominioſam adorandarum ima
num conculcationem. Heu reliquiarum S.m
tyrum in fœda loca abjectionem.Quod verò
auditu horrendum eſt,id tum erat cernere, ut
vinus ſanguis & corpus Chriſti humi effun
retur & abjiceretur. Qui autem pretioſas co
capſulas rapiebant, ornamenta, quæ in iis c
tinebantur, in ſinum congerebant, ipſas conf

ctas pro patinis & poculis uſurpabant; Anti-Chriſti præcurſores, & nefariarum ejus actionum, quæ in expectatione ſunt, auſpices & prænuncii. Planè profectò à gente illatum, ut & olim, Chriſtus exuebatur & illudebatur, & veſtes ejus ſorte diſtribuebantur: illud tantùm aberat, ne latus haſtâ trajectus, rivos divini cruoris humi effunderet. Violatio porrò maximi templi nec auribus æquis poteſt accipi. Nam ſacra menſa ex omnis generis pretioſis materiis conflata, in excellentis pulchritudinis varietatem, omnibus gentibus admirabilem, in fruſta eſt diſſecta; & inter milites diſtributa, ut & omnes ſacræ opes tam immenſæ, & infiniti ſplendoris. Cùm autem ſacroſancta vaſa & ſuppellectilia inſuperabilis artis & gratiæ, raræque materiæ, & probum argentum, quod tribunalis claros, & ambonem artis & admirabilis & portas multa alia ornamenta ambibat, auro circumfuſum, pro manubiis efferenda eſſent, muli & jumenta ſellis inſtrata, usque ad templi adyta introducebantur, quorum nonnulla cùm ob ſplendidum & lubricum ſolum pedibus inſiſtere nequirent, prolapſa confodiebantur, ut effuſo cruore & ſtercore ſacrum pavimentum inquinaretur. Imò & muliercula quædam, cooperta peccatis, miniſtra Furiarum, ancilla Dæmonum, incantationum & veneficiorum officina, Chriſto inſultans, & in patriarchæ ſolio inſidens, fractum canticum cecinit, & ſæpe in orbem rotata ſaltavit. Neque verò hæc admittebantur, alia non admittebantur: aut hæc remiſſiùs, illa vehementiùs, ſed uno conſenſu omnia ſumma ſcelera & piacula omnibus ex æquo ſtudio erant. An verò illi ma-

tronis honeſtis & nubilibus puellis, aut Deo conſecratis virginibus pepercisſent, qui tantam in ipſum Deum rabiem exercuerunt? Nihil autem erat difficilius & operoſius, quàm precibus mollire, & benevolos reddere Barbaros, adeò iracundos, adeò bilem evomentes ad quodvis ingratum verbum, ut nihil non furorem eorum inflammaret: quod qui conabatur, ut amens, & homo linguæ intemperantis deridebatur; ſæpè etiam pugio ſtringebatur in eum, qui paululum refragabatur, aut poſtulata eorum detrectabat. Itaque nemo luctus erat expers: in angiportis, in triviis, in templis, querelæ, fletus, lamentationes, planctus, virorum gemitus, mulierum ejulatus, lacerationes, ſtupra, captivitates, conjunctiſſimorum divulſiones: nobiles cum ignominia, ob ſenectam venerabiles, lachrymoſi, divites ſpoliati bonis circumibant: ſic in plateis, ſic in angulis, ſic in templis, ſic in ſpeluncis agebatur. Nec enim ullus locus inexcuſſus relinquebatur, aut ſupplices defendebat. Omnia ubique malis omnibus referta erant.

3. Ibidemque etiam Nicetas cladem hujus urbis pluribus deplorat. Ignaviam item & contumaciam Byzantinorum graviſſimè inſectatur, inter alia ſequentes, Solonis illius ſapientis, referens verſus:

Si veſtro vitio tandem mala plurima fertis,
De ſuperis ratio non fuit ulla queri.
Namq; ope dum veſtra libuit firmare tyrannos,
Servitii meritò vos grave ſtringit onus.
Aſtut im vapido geritis ſub pectore vulpem,
Et veſtris animis nil gravitatis ineſt.

Inſi-

Inſidias minimè, quas res docet ipſa, videtis:
Sed vos blanditiæ [illegible] verba tenent.

Extant etiam de hoc bello duæ Epiſtolæ ſatis prolixæ apud Helmoldi, Chronographi Slavorum, continuatorem Arnoldum Abbatem Lubecenſem *Chron. Sclavor. lib.* [illegible]. Scribitur in una, de proſperâ Conſtantinopolin navigatione, de Imperatore ſuperato, de Imp. Iſaacio cuſtodiâ educto, de illuſtris filii ejus, Alexii in Eccleſia S. Sophiæ coronatione, de ingratitudine ejus erga Latinos, & alia. Item in altera, Imp. Alexium perfidiâ Græcorum ſeductum, ne promiſſa faceret, à Murzuflo Duca necatum, & latera coſtasque ejus clavâ ferrea confracta eſſe: nec multò pòſt, Dominum Iſaacium, à quo filius dicebatur fuiſſe ſeductus, diem clauſiſſe extremum; Murzuflum occupâſſe tyrannidem. Indè, 5. Eidus Aprilis, ſextâ feriâ, Latinos navali prælio infeliciter cum Græcis dimicaſſe: ſed prid. Eid. ſecundâ feriâ poſt Paſſionem Domini, conſcenſis muris, in Vrbem irruiſſe; Imperatorem, qui non procul à muris ſteterat in tentoriis armatus, conſpecto hoſte ſtatim fugiſſe. Latinos, magnâ clade facta, urbem invaſiſſe. Poſtridie Murzuflum iterum repugnantem, victum eſſe, tum plenam victoriam Latinis obtigiſſe, & inæſtimabilem prædam abactam, equorum, auri, argenti, gemmarum, & pretioſarum veſtium. Et inter ſingulos (inquit) victoriam partiamur, quilibet ex noſtris non pauciores quàm centum obſedit & vicit. Nobis non victoriam uſurpamus, à Domino eſt factum iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Addit, à certis delectis, die Dominica, *Miſericordias Domini*, Imperatorem

electum eſſe; ſequentique Dominicâ Iubilate Deo, ingenti omnium applauſu ſublimatum: hocque titulo uſum: Balduinus Dei gratiâ, fideliſſimus Imperator Conſtantinopolitanus, à Deo Coronatus, Romaniæ (ita apud Arnoldum eſt legendum, eoque nomine Græcorum Imperium denotatur; qui æquè ac Germani, Romani Imperii culmen affectârunt, & indè ejusdem nomen etiam uſurpârunt) moderator, & ſemper Auguſtus, Flandrenſis, & Hennegovienſis Comes. Harum Epiſtolarum Prior, inſcripta eſt, Excellentiſſimo Domino Othoni, Dei gratiâ Romanorum Regi, & ſemper Auguſto &c. Poſterior inſcribitur, Vniverſis Chriſti fidelibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, Primoribus, Præpoſitis, Decanis, cæteriſque Eccleſiarum Prælatis, Eccleſiaſticiſque perſonis: Baronibus, Militibus, Sarziantis, omnique populo Chriſtiano. Atque eadem hæc repræſentatur etiam in Annalibus Godofridi Monachi, centum miſſa Adolfo Colonienſi Archiepiſcopo. Videri quoq; poteſt Bzovius *A. C 1204. num. 1. & ſeqq.* ut & Cruſius *in Annalibus part. 2. lib. 12 cap. 10.*

4. Sed & adſcribam verba Georgii Logothetæ, qui tum etiam vixit: Cùm Alexius Angelus Romani Imperii ſceptra gubernaret, Itali adverſus Conſtantinopolitanos expeditionẽ tali occaſione motam, ſuſcepere; quòd Alexius fratrem ſuum Iſaacium regno exutum, viſu privâſſet. Huic Iſaacio filius natus erat, qui quidem impatiens ferendæ contumeliæ patri ſuo illatæ veterem Romam profugit; abjecitq; ſe ad pedes ſummi Pontificis, vindicandæ paternæ injuriæ auxilium ſuppliciter implorans. Cùm ſanctiſ-

ſimu

ſimus pater eam rem ſciviſſet, opportunè accidit, ut eodem tempore diverſarum gentium multitudo congregaretur, partim ex Italis, Venetis, Francis. Longobardis, aliiſque nationibus conflata. Liberandæ Hieroſolymæ, & ſanctiſſimi monumenti Salvatoris noſtri, fama prætexebatur, cùm tamen hæc omnia verè ad regii pueri inſtigationes moverentur, adſentiente petitioni ejus ſupremo patre & Papa. Quem credibile eſt ingentium promiſſorũ cupidine illectum, copiarum ducibus, Regiæ ſtirpis puerum commendâſſe; ut ſcilicet illorum operâ, avito ſolio reſtitueretur, utque itineris ſumptus, quique Vrbi adſidendo, obſidendoque, faciendi eſſent, à Rege præberentur. Deductis triremibus, nec non & concavis majoribusque navigiis, ſecundante vento, Conſtantinopolin appulerunt: ibi cum incolás de adventu Imperatoris filii certiores reddidiſſent, injurias expoſuere, veteriſque Romæ ſummi Antiſtitis, & ſanctiſſimi Papæ mandata. Aliquantiſper colloquiis ultro citroque habitis, ſumma contentione res agitata, nec non levibus præliis utrinque certatum: Alexium Regem ad ſubitos caſus jampridem formidantem, metus protinus & torpor invaſit: itaque arreptâ fugâ hoc ſolum prolocutus eſt: *David fugiens incolumis evaſit.* Mittuntur ad Italos ex urbe Legati, recipitur in civitatem juvenis Imperator, ea conditione; ut promiſſam pro reductione Italis mercedem perſolveret: moxque fauſtâ omnium acclamatione, Procerum, Magiſtratuum, & multitudinis, Imperator declaratur: ex hoc tempore Itali & cives, uti quidem videbatur, pacificè agere. Cùm verò poſtularent

Itali promiſſæ mercedes, & impenſarum ſolu-
tionem, ea res civibus, propter magnitudinem
debiti, perdifficilis videbatur, affirmabantque
non eſſe ſolvendo. In hac civium mutua diſſen-
ſione, cùm Thophilo vincula eſſent injecta, p
cauſam non ſolutæ pecuniæ, magnum vulg
murmur conſecutum eſt. At enim pater Alexi
illius qui nuper regnaverat, urbe nondum c
ptâ, in conſilio propoſuerat, collectionem ſa
ctorum vaſorum & munerum pretioſorum f
ciendam, ea ſiquidem ratio ſolutioni promiſſ
rum, debitorumque cum Italis contractoru
illinc auſpicanda quibusdam videbatur, ſi qu
præterea deficeret, ex regio ærario ſumendu
auxiliantibus incolis pro cujusque facultate. I
terea temporis, dum in hac controverſia diſſ
nentur, dum legationes audiuntur utrinque, o
ciditur Alexius Iſaacii filius ab *Alexio Duca*
quem Protoveſtiarii dignitate honoravera
quemq; cives offenſiunculâ quadam erga ipſu
moti Murthulphum cognominabāt. Huic Mu
thulpho Imperium à populo traditur. Ejus r
gratiâ Italorum & ſociorum animi furore acce
di, eo pacto, ut irritis fœderibus inexpiabile
dium in urbem Conſtantinopolitanam, ejus
incolas animo conciperent. Præter hæc aliu
quoddam ſcelus oppidani perpetravere. Quipp
Latinos veteres urbis inquilinos habito prime
rum & Magiſtratuum conſilio, ex civitate rel
gaverunt, proditionem metuentes. Atque i
multa hominum millia ſpecie transfugarum, a
hoſtes ſe conferunt, dato priùs jurejurando, ſtu
tisque civibus perſuaſis, ſe nihil hoſtile molitu
eos, mortemque potius oppetituros, conjugibu

&

& liberis ſuis in tutum tempeſtivè ſubductis. Egreſſi itaque urbe, redeuntibus Latinis ſe admiſcuerunt, urbem coronâ circumſidentibus, gnari omnium quæ intus gererentur, utpote cives, ignaris hoſtibus auſpicatè ſupervenêre. Elapſis quadraginta diebus, Conſtantinopolis à Latinis capitur, 3. Idus Apriles, cùm decimo anno, menſe Majo, ad urbem appuliſſentt. Direptio urbis undecimo menſe cœpit: atque ita maxima & clariſſima civitas, oppreſſa armis, & omni genere infelicitatis repleta, libidinis & prædæ multorum fuit invitamentum: namque *cadente quercu, ligna quivis colligit.* Cùm unus (ut ajunt) & alter admotis ſcalis, conſcenſiſque magnarum navium malis, in murum evaſiſſent, cæteri impreſſione factâ, per eandem viam prædandi cupidine (ut fieri ſolet) irruperunt, votoque potiti ſunt. Quæ interim captam urbem conſecuta ſunt, longum foret explicare, & ab hoc inſtitutæ narrationis compendio alienum: illud unicuique cogitandum relinquo, quantas clades captæ bello urbes incurrant; huc accedit innata quædam *Latinorum* genti feritas, odiumque adverſus Græcos, quo etiam vicini illis populi imbuti ſunt: excipio *Germanos* illuſtriores, & Alamannos, nec non Gallos veteri neceſſitudine nobiſcum ſociatos, nos deficiat, ſi velimus commemorare cædes virorum, mulierum ſtupra, puerorum plagia, concurſationes, ædium demolitiones, aliaque nefanda, qualia per gladiorum licentiam, & cruenti Martis furorem deſignantur.

5. De electione autem Balduini ita Cuſpinianus: Balduinus Flandrenſis Comes, qui cum aliis

ſtolorum deliberandi ergò, convenere, ac Principiò, patrio quodam ritu, pro numero candidatorum, quatuor calices ordine collocare inſtituerunt, quorum unus *incruentam victimam* contineret, cæteris vacuis: eosque tradere totidem ſacerdotibus, ut ad cujusque principis nomen, unum tollerent, & eis redderent. Imperium verò penes eum futurum erat, qui eum calicem accepiſſet, in quo divinum corpus & ſanguis Chriſti eſſet. Deindè cum Veneto duci Dandulo, deſignationem ſuffragii committere viſum eſſet; ex Francis & Longobardis quinque optimatibus, & ex Venetis totidem judicibus lectis, plurium ſuffragiis Imperii ſors Balduino Flandriæ Comiti obtigit: verùm ubique celebre eſt, dolo & ſolertia Danduli id eſſe factum. Qui cùm ob cæcitatem numero Candidatorum excluderetur, Imperium penes eum eſſe voluit, qui hilarioribus eſſet moribus, & ingenio minùs ambitioſo: quanquam id ſpectavit potius, ut privatus Imperatoris deſignati principatus, quàm remotiſſimus eſſet à ditione Venetorum, ne ſi qua controverſia cum illo incidiſſet, plures copias ſubitò ex ſuo territorio accerſere, aut Venetos fines commodè invadere, aut incurſionibus vexare poſſet. Quæ omnia in expedito eſſe Bonifacio Marchioni ex Longobardia originem trahenti nôrat; quæ maritima eſſet, undè facilè in Romanas provincias trajiceretur, & ob propinquitatem magnæ clades Venetis quoque importari poſſent. His igitur rationibus haut ſanè abſurdis, impulſus Dandulus, & multa etiam videntibus obſcurâ, lumine ingenii perſpiciens cæcus ille, Bonifacium Marchionem repulit;

præla-

re,nihilque, niſi illis authoribus acturum,te
tur. Cùm autem æſtuaret, quòd utriſque
tiſfacere non poſſet: fidem tamen, quam I
nis dederat,ſanctiorem ac potiorem duxit. M
ad Ferratenſem; vt proximâ nocte, de terti
gilia, copias in urbem induceret. Senſit Ale
cognomine Myrtius, vel Murzuphlus, Cæſ
ſtirpis vir, & Imperii cupidus. Hic, orati
miſeratus publicam Græcorum fortunam,
ab infirma ætate proderetur; viroque conſe
tore opus eſſe,clamans: effecit,ut à populo
ſar ſalutaretur. Sedecim ergo naves, plena
dâ,ſulfure,ſtupâ,pice,emittit: quibus claſſis
neta incenderetur. Sed id fruſtra fuit. Ille ita
legatis emiſſis, ſe inſcio factum eſſe hoc ab
perita multitudine, nuntiabat: Latinos ſe p
nia,commeatu, bello in Saracenos, adjutu
promittebat. Reſpondit Venetorum Dux I
dalus: tunc ſe crediturum, vana non afferr
Alexis, Iſaci filius,fidem daret,ac pro multi
ne,in quam crimen intenderetur, deprecar
Murzuphlus verò metuens, ne vulgus, i
trandæ veniæ ſpe, Alexin rurſus adoraret:
latebris ſpiritum oppreſſis faucibus, interc
(patre ejus Iſacio,jam antea mortuo) famam
emiſit, eum ſibi laqueo mortem conſci
Cohortatus deindè cives ad patriam, Majo
gloriam, decus præſens, tutanda: eruptio
in Latinos facit; præferentibus Sacerdot
D. virginis ſignum. Balduinus,primus vim
ſtium ſuſtinere: donec omni ex parte concl
tum ad arma eſt. Tum verò Græci, fuſi, fu
in urbem compulſi: virgo, in poteſtatem v
Duos deſeptuaginta dehinc dies, urbs ac

O

oppugnata eſt: non interdiu, non noctu, quiete data, aliis poſt alios in urbem ſuccedentibus: Francis à terra, Venetis à mari, prementibus. Capta tandem eſt urbs: Sacerdotes cum ſacris veſtibus & crucibus occurrentes, miſericordiam Ducum, efflictim obſecrarunt. Duces, voce præconis pronunciaverunt; captis opportunis locis urbis, placere, continuò templa peti: Deoque Opt. Max. pro victoria de tanta urbe gratias agi. Hoc temporis ſpatium, & nox opprimens, miſeris plus, quàm miſericordia precesque profuere. Conſultatum deinde de urbe & Imperio. Non evertenda viſa eſt nobiliſſima urbs: quæ opportuniſſimo loco, coërcere Barbaros poſſet: ſed Imperio potius Legibusque noſtris, firmanda. Erant, qui ſuaderent: unum oportere eſſe nominis Chriſtiani Imperium: ut unum Pontificatum maximum. Id jus, temporaque poſtulare. Iſacii juſti legitimiq; Græcorum Auguſti filiam IRENEN, Auguſtam Latinorum eſſe: ad quam leges paternam hæreditatem, ſummamq; rei Græcæ, deferrent, quòd una reliqua illius ſoboles foret. Philippum Auguſtum, virum ejus, fuiſſe hujus belli authorem: eundem, Francici nominis amantiſſimum eſſe, nec à Venetis alienum. Majori verò parti Ducum viſa eſt res Græca, præſenti Auguſtæ majeſtatis moderatore indigere: qui ex propinquo ferre opem Latinis ſacro bello poſſet. Hæc vicit ſententia. In ſanctius deinde conſilium (quo etiam duo Syriaci Pontifices, urbæ ſacri belli admiſſi, Betlemita Ptolemaitaque) itum à præcipuis ducibus. Hi re divinâ facta, afflationeque almi Spiritus implorata, conſedere. Conſenſu Imperium ad Balduinum delatum.

latum eſt, qui avunculus erat Ludovici; Auguſto Regi patri, in Regnum Francorum ſucceſſuri: opulentiſſimus, belloque egregius. Ferratenſis, acceptâ ingenti vi auri, Venetis CRETA ceſſit, Theſſaliaque donatus eſt: ac Rex Theſſalorum ſalutatus. Venetis præterea datæ, mari Aegæi inſulæ. Gothofredus, è Tricaſſium nobilitate, ſummæ virtutis vir, Dux ATHENARVM, idem & Achajæ Princeps, declaratus. Quicunq; verò donabantur urbium regionumque ditione, juſſi ſunt quartam partem publicorum vectigalium, fiſco Balduini Cæſaris inferre ac ſe ei devincire ſanctiſſima religione, panagioque jurejurando, quo Græco vocabulo, etiam vulgato poſtea Franci uſi ſunt. Byzantiis datus Patriarcha, ex Veneta nobilitate, Thomas Maurocenus: qui Balduinum inſignibus Auguſtalibus exornavit. Tunc & Eccleſia Græca, Romano Pontifici ſubjecta.

De cognomine Murzuſli. 1. *Alexius Ducas, Iſacium, & Alexium juniorem occidi curat.* 2. 3.

Bella civilia, in exteros adjutores, omnes Theſauros congerunt. 3.

Latini Græcis licet exoſi; tamen facti ſicſis grati. 3.

Latini juſtam cauſſam, ſed immoderatè, & injuſtis rebus foventes; ſe & ſuos complices periculo exponunt. 3.

Alexius Ducas, patriotas contra exteros defendens; ſed non prudenter Imperio novo proſpiciens, ſibi & patriæ cladem totalem adducit. 4.

Hiſtoria capta urbis Conſtantinopolitanæ: & ejuſdem Imp. ac ditionum, inter victores diſtributio. 5.

Bald

XXXVI. *Balduinus Flander.*

Anno Chriſti 1204.

SEd mox à Balduino urbs iterum obſidetur; quæ obſidio duravit dies 68. indè eam oppugnant die 19. April feria ſexta ante Judica, ſed rejiciuntur: poſt triduum tamen die 21. Aprilis, eam capiunt, & Balduinum Imperatorem eligunt die 24. April veſpera Paſchatis: quem coronant die 16. Maii, Dominica Jubilate. Ducas autem effugit. *Nicet. in vita Alexii Ducæ, Calvis & Bzovius, d. loc.*

2. De capta autem urbe Conſtantinopoli ita Nicetas: Poſt Murzuphli diſceſſum, duo juvenes modeſtiſſimi & bellicoſiſſimi, Ducas & Laſcaris, uterque Theodorus, de Imperio, tanquam de nave tempeſtatibus conflictante certant; cùm maximam & celebratam illam rem Romanum Imperium, fortunæ ludibrio & incerti caſus temeritati propoſitum viderent. Maximum igitur templum ingreſſi, inter ſeſe contendebant, nec erat qui in comparatione alteri præponderaret, ambobus velut in æquilibrio conſtitutis. Neque enim erat, qui cenſuram aut judicium faceret. Laſcaris tamen à Clero prælatus, inſignibus Imperii repudiatis, cum Patriarcha in Milium egreſſus, confluentem populum blandiendo & rogando ad reſiſtendum cohortari non deſiſtebat, & ſatellites ad pugnam concitabat. Neque enim exitiũ minus eis timendum eſſe quàm

Romanis, ſi Imperium ad aliam nationem volveretur: neque ampla ſtipendia, neque Im ratoris ſtipandi honorem retenturos, ſed mer nariorum militum loco futuros. Quibus ver cùm nec è populo quiſquam moveretur, nec penniferi, niſi ſtipendio promiſſo, auxili promitterent, urgens illud periculum call nundinaturi, etiam cataphractæ Latinorum hortes apparerent: indè diſcedit, & fugâ ſalut quærit. Hoſtes verò, cùm præter expectation arma contra ferre neminem, neminem reſiſt cernerent, omnia plana & expedita, angipor pervios, trivia aperta, à bello ſecuritatem, ab h ſtibus utilitatem eſſe; Fortunâ quadam propi & adjutrice, omnibus cum crucibus & ſac Chriſti imaginibus, ut in pompis & feſtivita bus moris eſt obviam prodeuntibus: nihil conſpectu habitum animorum immutârunt, n que arriſerunt paululum, nec inſperato illo ſp ctaculo triſtis & furioſus eorum impetus mi gatus eſt, quò minùs non tantùm privatoru pecuniam, à jumentis auſpicati, ſed & Deo ſac impudenter diriperent, ſtrictis enſibus equos tubæ ſonitum excitari ſolitos, in armis tene tes. Quid verò primo, quid ſecundo, quid tert loco referam ex iis, quæ nefarii iſti viri perpetr runt? Heu ignominioſam adorandarum imag num conculcationem. Heu reliquiarum S. ma tyrum in fœda loca abjectionem. Quod verò auditu horrendum eſt, id tum erat cernere; ut vinus ſanguis & corpus Chriſti humi effund retur & abjiceretur. Qui autem pretioſas eoru capſulas rapiebant, ornamenta, quæ in iis co tinebantur, in ſinum congerebant, ipſas confr

ct.

ctas pro patinis & poculis uſurpabant; Anti-Chriſti præcurſores, & nefariarum ejus actionum, quæ in expectatione ſunt, auſpices & prænuncii. Planè profectò à gente illatum, ut & olim, Chriſtus exuebatur & illudebatur, & veſtes ejus ſorte diſtribuebantur: illud tantùm aberat, ne latus haſtâ trajectus, rivos divini cruoris humi effunderet. Violatio porrò maximi templi nec auribus æquis poteſt accipi. Nam ſacra menſa ex omnis generis pretioſis materiis conflata, in excellentis pulchritudinis varietatem, omnibus gentibus admirabilem, in fruſta eſt diſſecta; & inter milites diſtributa, ut & omnes ſacræ opes tam immenſæ, & infiniti ſplendoris. Cùm autem ſacroſancta vaſa & ſuppellectilia inſuperabilis artis & gratiæ, raræque materiæ, & probum argentum, quod tribunalis clatros, & ambonem artis & admirabilis & portas multa alia ornamenta ambibat, auro circumfuſum, pro manubiis efferenda eſſent, muli & jumenta ſellis inſtrata, usque ad templi adyta introducebantur, quorum nonnulla cùm ob ſplendidum & lubricum ſolum pedibus inſiſtere nequirent, prolapſa confodiebantur, ut effuſo cruore & ſtercore ſacrum pavimentum inquinaretur. Imò & muliercula quædam, cooperta peccatis, miniſtra Furiarum, ancilla Dæmonum, incantationum & veneficiorum officina; Chriſto inſultans, & in patriarchæ ſolio inſidens, fractum canticum cecinit, & ſæpe in orbem rotata ſaltavit. Neque verò hæc admittebantur, alia non admittebantur: aut hæc remiſſiùs, illa vehementiùs, ſed uno conſenſu omnia ſumma ſcelera & piacula omnibus ex æquo ſtudio erant. An verò illi ma-

Inſidias minimè quas res docet ipſa, videtis:
Sed vos blanditiis fictaq; verba tenent.

Extant etiam de hoc bello duæ Epiſtolæ ſatis prolixæ apud Helmoldi, Chronographi Sclavorum, continuatorem Arnoldum Abbatem Lubecenſem *Chron. Sclav. l.* [illegible] Scribitur in una, de proſperâ Conſtantinopolim navigatione, de Imperatore ſuperato, de Imp. Iſaacio cuſtodiâ educto, de illuſtris filii ejus, Alexii in Eccleſia S. Sophiæ coronatione: de gratitudine ejus erga Latinos, & alia. Item in altera, Imp. Alexium perfidiâ Græcorum ſeductum, ne promiſſa faceret, à Murzuflo Duca necatum, & latera coſtasque ejus clavâ ferrea confractas eſſe: nec multò pòſt, Dominum Iſaacium, à quo filius dicebatur fuiſſe ſeductus, diem clauſiſſe extremum; Murzuflum occupâſſe tyrannidem. Indè, 5. Eidus Aprilis, ſextâ feriâ, Latinos navali prælio infeliciter cum Græcis dimicâſſe: ſed prid. Eid. ſecundâ feriâ poſt Paſſionem Domini, conſcenſis muris, in Vrbem irruiſſe; Imperatorem, qui non procul à muris ſteterat in tentoriis armatus, conſpecto hoſte ſtatim fugiſſe. Latinos, magnâ clade facta, urbem invaſiſſe. Poſtridiè Murzuflum iterum repugnantem, victum eſſe, tum plenam victoriam Latinis obtigiſſe, & inæſtimabilem prædam abactam, equorum, auri, argenti, gemmarum, & pretioſarum veſtium. Si inter ſingulos (inquit) victoriam partiamur, quilibet ex noſtris non pauciores quàm centum obſedit & vicit. Nobis non victoriam uſurpamus, à Domino eſt factum iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Addit, à certis delectis, die Dominica, *Miſericordias Domini*, Imperatorem

electum eſſe; ſequentique Dominicâ Iubilate Deo, ingenti omnium applauſu ſublimatum: hocque titulo uſum: Balduinus Dei gratiâ, fideliſſimus Imperator Conſtantinopolitanus, à Deo Coronatus, Romaniæ (ita apud Arnoldum eſt legendum, eoque nomine Græcorum Imperium denotatur; qui æquè ac Germani, Romani Imperii culmen affectârunt, & indè ejusdem nomen etiam uſurpârunt) moderator, & ſemper Auguſtus, Flandrenſis, & Hennegovienſis Comes. Harum Epiſtolarum Prior, inſcripta eſt, Excellentiſſimo Domino Othoni, Dei gratiâ Romanorum Regi, & ſemper Auguſto &c. Poſterior inſcribitur, Vniverſis Chriſti fidelibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, Primoribus, Præpoſitis, Decanis, cæterisque Eccleſiarum Prælatis, Eccleſiaſticisque perſonis: Baronibus, Militibus, Sarziantis, omnique populo Chriſtiano. Atque eadem hæc repræſentatur etiam in Annalibus Godofridi Monachi, ceu miſſa Adolfo Colonienſi Archiepiſcopo. Videri quoq; poteſt Bzovius *A. C 1204. num. 1. & ſeqq.* ut & Cruſius *in Annalibus part. 2. lib. 12 cap. 10.*

4. Sed & adſcribam verba Georgii Logothetæ, qui tum etiam vixit: Cùm Alexius Angelus, Romani Imperii ſceptra gubernaret, Itali adverſus Conſtantinopolitanos expeditionē tali occaſione motam, ſuſcepere; quòd Alexius fratrem ſuum Iſaacium regno exutum, viſu privâſſet. Huic Iſaacio filius natus erat, qui quidem impatiens ferendæ contumeliæ patri ſuo illatæ, veterem Romam profugit; abjecitq; ſe ad pedes ſummi Pontificis, vindicandæ paternæ injuriæ auxilium ſuppliciter implorans. Cùm ſanctiſ-

ſimus

ſimus pater eam rem ſciviſſet, opportunè accidit, ut eodem tempore diverſarum gentium multitudo congregaretur, partim ex Italis, Venetis, Francis, Longobardis, aliiſque nationibus conflata. Liberandæ Hieroſolymæ, & ſanctiſſimi monumenti Salvatoris noſtri, fama prætexebatur, cùm tamen hæc omnia verè ad regii pueri inſtigationes moverentur, adſentiente petitioni ejus ſupremo patre & Papa. Quem credibile eſt ingentium promiſſorũ cupidine illectum, copiarum ducibus, Regiæ ſtirpis puerum commendâſſe, ut ſcilicet illorum operâ, avito ſolio reſtitueretur, utque itineris ſumptus, quique Vrbi adſidendo, obſidendoque, faciendi eſſent, à Rege præberentur. Deductis triremibus, nec non & concavis majoribusque navigiis, ſecundante vento, Conſtantinopolin appulerunt: ibi cum incolás de adventu Imperatoris filii certiores reddidiſſent, injurias expoſuere, veteriſque Romæ ſummi Antiſtitis, & ſanctiſſimi Papæ mandata. Aliquantiſper colloquiis ultro citroque habitis, ſumma contentione res agitata, nec non levibus præliis utrinque certatum: Alexium Regem ad ſubitos caſus jampridem formidantem, metus protinus & torpor invaſit: itaque arreptâ fugâ hoc ſolum prolocutus eſt: *David fugiens incolumis evaſit.* Mittuntur ad Italos ex urbe Legati, recipitur in civitatem juvenis Imperator, ea conditione; ut promiſſam pro reductione Italis mercedem perſolveret: moxque fauſtâ omnium acclamatione, Procerum, Magiſtratuum, & multitudinis, Imperator declaratur: ex hoc tempore Itali & cives, uti quidem videbatur, pacificè agere. Cùm verò poſtularent

Itali promiſſæ mercedes, & impenſurum ſol
tionem, ea res civibus, propter magnitudine
debiti, perdifficilis videbatur, affirmabantque
non eſſe ſolvendo. In hac civium mutua diſſe
ſione, cùm Thophilo vincula eſſent injecta, p
cauſam non ſolutæ pecuniæ, magnum vul
murmur conſecutum eſt. At enim pater Alex
illius qui nuper regnaverat, urbe nondum c
ptâ, in conſilio propoſuerat, collectionem ſa
ctorum vaſorum & munerum pretioſorum f
ciendam, ea ſiquidem ratio ſolutioni promiſſ
rum, debitorumque cum Italis contractoru
illinc auſpicanda quibusdam videbatur. ſi qu
præterea deficeret, ex regio ærario ſumendu
auxiliantibus incolis pro cujusque facultate. I
terea temporis, dum in hac controverſia diſ
nentur, dum legationes audiuntur utrinque, o
ciditur Alexius Iſaacii filius ab *Alexio Duc*
quem Protoveſtiarii dignitate honoravera
quemq; cives offenſiunculâ quadam erga ipſu
moti Murthulphum cognominabãt. Huic Mu
thulpho Imperium à populo traditur. Ejus r
gratiâ Italorum & ſociorum animi furore acce
di, eo pacto, ut irritis fœderibus inexpiabile c
dium in urbem Conſtantinopolitanam, ejusc
incolas animo conciperent. Præter hæc aliu
quoddam ſcelus oppidani perpetravere. Quipp
Latinos veteres urbis inquilinos habito primo
rum & Magiſtratuum conſilio, ex civitate rele
gaverunt, proditionem metuentes. Atque it
multa hominum millia ſpecie transfugarum, a
hoſtes ſe conferunt, dato priùs jurejurando, ſtul
tisque civibus perſuaſis, ſe nihil hoſtile molitu
eos, mortemque potius oppetituros, conjugibu
&

& liberis ſuis in tutum tempeſtivè ſubductis. Egreſſi itaque urbe, redeuntibus Latinis ſe admiſcuerunt, urbem coronâ circumſidentibus, gnari omnium quæ intus gererentur, utpote cives, ignaris hoſtibus auſpicatè ſupervenère. Elapſis quadraginta diebus, Conſtantinopolis à Latinis capitur, 3. Idus Aprileis, cùm decimo anno, menſe Majo, ad urbem appuliſſentt. Direptio urbis undecimo menſe cœpit: atque ita maxima & clariſſima civitas, oppreſſa armis, & omni genere infelicitatis repleta, libidinis & prædæ multorum fuit invitamentum: namque *cadente quercu, ligna quivis colligit.* Cùm unus (ut ajunt) & alter admotis ſcalis, conſcenſisque magnarum navium malis, in murum evaſiſſent, cæteri impreſſione factâ, per eandem viam prædandi cupidine (ut fieri ſolet) irruperunt, votoque potiti ſunt. Quæ interim captam urbem conſecuta ſunt, longum foret explicare, & ab hoc inſtitutæ narrationis compendio alienum: illud unicuique cogitandum relinquo, quantas clades captæ bello urbes incurrant; huc accedit innata quædam *Latinorum* genti feritas, odiumque adverſus Græcos, quo etiam vicini illis populi imbuti ſunt: excipio *Germanos* illuſtriores, & Alamannos, nec non Gallos veteri neceſſitudine nobiſcum ſociatos, nos deficiat, ſi velimus commemorare cædes virorum, mulierum ſtupra, puerorum plagia, concurſationes, ædium demolitiones, aliaque nefanda, qualia per gladiorum licentiam, & cruenti Martis furorem deſignantur.

5. De electione autem Balduini ita Cuſpinianus: Balduinus Flandrenſis Comes, qui cum a-

liis

ſtolorum deliberandi ergò, convenere, ac Principiò, patrio quodam ritu, pro numero candidatorum, quatuor calices ordine collocare inſtituerunt, quorum unus *incruentam victimam* contineret, cæteris vacuis: eoſque tradere totidem ſacerdotibus, ut ad cujusque principis nomen, unum tollerent, & eis redderent. Imperium verò penes eum futurum erat, qui eum calicem accepiſſet, in quo divinum corpus & ſanguis Chriſti eſſet. Deindè cum Veneto duci Dandulo, deſignationem ſuffragii committere viſum eſſet; ex Francis & Longobardiis quinque optimatibus, & ex Venetis totidem judicibus lectis, plurium ſuffragiis Imperii ſors Balduino Flandriæ Comiti obtigit: verùm ubique celebre eſt, dolo & ſolertia Danduli id eſſe factum. Qui cùm ob cæcitatem numero Candidatorum excluderetur, Imperium penes eum eſſe voluit, qui hilarioribus eſſet moribus, & ingenio minùs ambitioſo: quanquam id ſpectavit potius, ut privatus Imperatoris deſignati principatus, quam remotiſſimus eſſet à ditione Venetorum, ne ſi qua controverſia cum illo incidiſſet, plures copias ſubitò ex ſuo territorio accerſere, aut Venetos fines commodè invadere, aut incurſionibus vexare poſſet. Quæ omnia in expedito eſſe Bonifacio Marchioni ex Longobardia originem trahenti nôrat, quæ maritima eſſet, undè facilè in Romanas provincias trajiceretur, & ob propinquitatem magnæ clades Venetis quoque importari poſſent. His igitur rationibus haut ſanè abſurdis, impulſus Dandulus, & multa etiam videntibus obſcurâ, lumine ingenii perſpiciens cæcus ille, Bonifacium Marchionem repulit; præla-

prælato illi de Francorum & Venetorum ſententia Balduino, quem ex inferioribus Galliis ortũ eſſe, Galliarum autem & Venetiarum limites tantum diſtare nôrat, quantum Venetiæ à Romanis provinciis diſterminentur. Eò accedebat, quòd Balduinus toto pectore illi ſtudebat, & eum ut patrem colebat: nec diuturno rerum uſu pollebat, ut Marchio. Nondum enim Balduinus annum ætatis 32. exceſſerat: & alioqui vir erat pius & modeſtus, ne impudico quidem aſpectu mulierem intuitus, quamdiu à ſua conjuge abfuerat: vacabat divinis laudibus, neceſſitatibus conflictantes ſublevabat, ſuæ ſententiæ adverſantes æquo animo audiebat. Et quod maximum eſt, bis qualibet hebdomade, veſperi proclamari jubebat; ne quis in ſuo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigiſſet. Tunc etiam primùm Maurocenum Patriarcham Conſtantinopolitanum communibus ſuffragiis deſignârunt. Primus hic Latinorum, tyaram Patriarchalem, Conſtantinopoli obtinuit: cùm priùs Latinis Chriſti fidelibus, ea in urbe commorantibus, vicarium ſedis Apoſtolicæ Innocentius per literas præfeciſſet, utque omnes ei & obſequerentur, & ſubſidia corporalia exhiberent, monuiſſet. *Bzovius. Anno. Chriſti. 1199. num. 3.*

6. Cùm Conſtantinopolis caperetur, Venetis ex fœdere dimidium prædæ debebatur, ideò ipſis CRETA Inſula datur, & omnes ferè aliæ Inſulæ maris Jonii & Aegæi. *Calvis. A. C. 1205.* At Cuſpinia-

nus,

nus, Cretam inſulam, inquit, Bonifacius Marchio, dono Alexii tenebat. Hunc Balduinus Theſſaliæ regem declaravit; ut Venetis Cretam pretio redimendam daret, hortatus, quod & factum eſt. Idque etiam convenit Pauli Aemilii, ſuprà relatæ narrationi.

7. De temeraria verò ſortitione provinciarum nondum ſubactarum, à Latinis factâ, ita Nicetas: Poſtquam provincias & urbes ſortiri cœperuunt, vecordiam, ne inſaniam dicam, virorum ſuperbiâ tumentium incomparabilem non ſine ſummâ admiratione cerneres. Quaſi enim jam reges regum effecti, & orbem terrarum ſuis manibus complexi, in Romanas Provincias deſcriptores miſerunt, ut annuis reditibus inprimis cognitis, deindè eas ſortitò diſtribuerent. Aliarum verò nationum principatus & regna ſtatim diviſerunt. Sub ſortem cecidit beata urbs, Nilo adjacens Alexandria, Libga, ea quæ à Libya usque ad Numidiam & Gades pertinent. Item Parthi & Perſæ, Orientales Iberes, Aſſyria, Hyrcania, & quæ ad orientem maximis fluminibus diſterminantur. Ac ne Septentrionales quidem regiones ſunt præteritæ, ſed eæ quoque ſortitò diſtributæ. Alius ſuas urbes, ut magnum vectigal pendentes, & equis alendis aptas laudabat, & ſortem ſuam extollebat; alius ut aliis bonis florentes, mirari eas non deſiſtebat: alii de ſortione urbium rixabantur: alii inter ſe urbes & fines permutabant.

8. Idemque in vita Balduini, cauſas adducit, ob

ob quas novum hocce Imperium non niſi decreſcere potuit, dum ait: Imperator deſignatus Balduinus, in partes Occidentales abit, non ut eas ſubigat: (putabat enim nil ſibi poſſe obſiſtere, ac tantùm non inſolenter atque imtempeſtivè jactabat: Quò eam, ut terram haſtâ quatiam?) ſed ut amicas provincias peragrans, ab omnibus Romanorum Imperator ſalutaretur. Qua de cauſa nullam Romanorum, ſive militatis ſive politici ordinis rationem habuit: ſed eos omnes repudiavit, quod idem cæteris quoque Comitibus & Ducibus exercitus probabatur. Nam cùm fortitudinem à cognatis virtutibus ſejunctam, ſibi ut & natura inſitam, & uſu confirmatam vendicarent, nullas alias gentes in re bellica ſibi vel adjungi vel conferri patiebantur: & quia nullus Muſis, nullus Gratiis apud iſtos Barbaros locus relinquebatur, immanibus utiq; erant ingeniis, & bilem ratione promptiorem habebant.

9. At viciſſim, qui hæc circa tempora in Aſiam effugerant Græci, ut Theodorus Laſcaris, David Comnemus, & Emmanuel; loca quædam occupant, ſeque Reges appellant Nicet. ut & Nicephorus Gregoras. Et tum fundamenta Trapezuntini Imperii jacta fuére.

10. Trapezuntis Principes, Chalcocondyles Reges, alii Imperatores vocârunt. Atque idem nomen ipſosmet de ſe uſurpâſſe; patet è Davidis Imp. Epiſtola apud Aeneam Sylvium *pag. 849.* De primordiis eorum diſertiùs ſub hiſto-

riæ ſuæ finem Nicetas. Neque enim audiendus Chalcocondyles *l. 9 pag. 115.* ubi imperium Trapezunt. in Iſaacio, qui Andronici Tyranni filius fuerit, orditur, non etiam Sabellicus *Ennead. 9 lib. 6* qui totam hanc hiſtoriam ignorari ſcribit: Cæterum fines Trapezuntii Imperii Paphlagonia, Ponto, & Colchide cenſebantur. *Reineccius, in Appendice ad Haythonem. lit. E. 3. A.* qui etiam *in ſequentibus eorum* ſtemmata habet, & inter alia ait: Alexius, occupatâ a Latinis Conſtantinopoli (fuit id A.C.1200.) inde profugit, & Peneum, Sinopen, & Trapezuntem in poteſtatem ſuſcipit. Meminit etiam Gregoras *lib. 1. c. 5)* ubi Lazorum & Colchorum tyrannum vocat. Huncque Alexium, Andronici Comneni, Imperatoris Conſtantinopolitani, ob tyrannidem exauctorati, & crudeliſſimè interfecti, nepotem eſſe dicit, totamque ejus poſteritatem usque ad internecinum familiæ & regni interitum deducit. *Addi poteſt autem Reineccius in Appendice Chronici Hieroſolymitani l. 2* Eâ de re, ita Cruſius, *part. 2 lib 12. cap. 10.* Intereà Græci nobiles, & alii, Adrianopolin contra Latinos defendebant: & in Bithynia Theodorus Laſcaris (qui Alexii Angeli filiam Annam, Alexius verò Palæologus Irenam, hujus Annæ ſororem, habebant) Nicææ Græcus Imperator per A. 18. fuit. Cui ſucceſſit Ioannes Ducas Batazes, vel Diplobatazius, Theodori gener, regnans A. 33. Theodorus Laſcaris junior, ſenioris filius. A. 3. Ioannes, Theodori hujus filius, ætate puer: Ideo à tutore ſuo Michaele Palæologo, Imperio fraudatus, & excæcatus. Et idem Cruſius. *part. lib. 1. cap. 15.* In oriente, circa hæc tempora, apud Nicæ-

Nicæam Bithyniæ imperabat Græcorum tabulis, velut ex naufragio collectis Iohannes Batazes. Dicitur is, mortuâ uxore ejus Irena, duxiſſe Imper. Friderici 2. filiam. Gregoras equidem *lib.2 cap.13.* ſcribit: eam fuiſſe Mansredi, Siciliæ Regis, ſororem, nomine Annam, admodum adoleſcentulam. Etiam Adrianopolis ad ipſum ſpectavit. Ei Fridericus *lib. 3. cap.29.* Petri de Vineis, commendat quendam: & *lib. 4. c. 15.* de morte ejus dolet. Calo-Ioannem, & ſocerum ſuum, vocat, illuſtremque Græcorum Regem.

11. At Conſtantinopolitani Principes, qui ſuperiori anno effugerant, ſeſe ad Walachos contulerunt, ut eorum ſubſidio Conſtantinopolim reducerentur: illorum ergò auxilio multas urbes capiunt. Balduinus Imp. ipſis obviam proficiſcitur Adrianopolim usque, ubi in inſidias præcipitatus, capitur; captus, tandem crudeliſſimè à Walachis, truncatis manibus ac pedibus in vallem ejectus, tertio die expirat. *Bzovius, Anno Chriſti 1205. num. 1.* Johannes Walachiæ Principes, Theſſalonicam etiã expugnat, victoriâ tamen valdè cruentâ. Latini interim neſciunt, quid ſuo Imperatori factum ſit, & hoſtibus ſine Principe ſe opponere non audent.

12. De morte autem Balduini ita Nicetas: Scythico bello captus, & vinculis oneratus, longo tempore Ternobi fuit. Cùm autem Aſpietes

ad

ad Latinos defeciſſet, Iohannes irâ æſtuans, & dolore indies ingraveſcente, penè in tabem actus; Balduino educto è carcere, pedes genibus, & manus à brachiis Tenedia planè ſecuri amputari, deindè ipſum in vallem præcipitari jubet. Vbi tertio demum die, eſca volucrum, miſerabiliter expiravit. Logotheta ſequentia habet: Ipſe Balduinus Latinorum Rex, capitur, vinctusque ad Iohannem Bulgarorum Regem deducitur. Ejus caput Barbarus (ut fama ferebat) pretioſo ornatu circumcirca veſtitum, inter pocula oſtentabat. Eadem de re ita Nicephorus Gregoras *lib. 1.* Primùm Aſanis frater & ſucceſſor Ioannes, delectu ex omnibus Bulgaris habito, & non parvis Scytharum copiis, qui Boreales Iſtri partes accolunt, conductis, occaſionem ſibi oblatam ratus eſt, Thracios pagos & urbes opprimendi, re Romanâ vehementer turbatâ & afflictâ: Latinis autem, rebus gravioribus diſtractis. Vndè neceſſitate coacti, ſuas omnes copias revocare decreverunt Balduinus, & qui cum eo partiti erant Imperium, ac usque ad Oreſtiadis planiciem celeriter progredi. Quo facto, exercitus illuſtri pugnâ conflixerunt, longo tempore fortiter utrinq; dimicantes: donec tandem Barbari ceſſerunt, haud ſcio, an quòd Latinorum gravem armaturam ſuſtinere non poſſent, an verò quòd de induſtria illos in inſidias pertrahere vellent: id quod probabilius eſt. Nam cùm eos Latini longiſſimè perſecuti eſſent, Scythæ ex inſidiis conſurgunt: & Bulgari velut ex compoſito converſi, hoſtes præter omnem expectationem circumventos, ſagittis & jaculis ſtrenuè confixerunt: & terrâ ſanguine & cadaveribus repletâ,

ingentem Latinorum ſtragem ediderunt: qui ob pondus armorum, continentes Scytharum incurſiones & circuitus, & expeditiſſimas excurſiones tolerare non poterant. Nonnullos etiam vivos ceperunt: inter quos & Balduinus fuit. Nam Doloicus Pleæ Comes, in acie ceciderat. Venetiarum verò Dux Henricus Dandulus, cum perpaucis fuga elapſus, non multò pòſt ex acceptis in pugnâ vulneribus deceſſit. Bulgarorum verò Scytharumque multitudo, Latinorum opulentiâ guſtata, ac curribus ſplendidis potita, ſtrenuè ad ulteriora pergebat, reſiſtente nemine. Quare Thraciarum urbium aliæ, ultro ad Ioannem ſe conferebant: pleræque verò vi expugnatæ, & direptæ ſunt, mœnibus ſolo æquatis. Sic Ioannes omnia facilè Theſſalonicam, & in Macedoniam usque pervagatus, pagos, oppida, caſtella, propemodum Scytharum (quod ajunt) ſolitudinem effecit.

13. Poſteà autem Bernhardus quidam Reinſus, Rhemenſis ex Campaniâ; ſe reducem Balduinum eſſe finxit: isque Inſulis, Flandrorum civitate, ſuſpenſus fuit. Ancipiti famâ, an hoc jure vel injuriâ fuerit factum. *P. Aemyl. lib. 7. Lipſ. 2. monitor. politicor. cap. 3.*

14. Græci quidem non dubitant de nece ipſius Balduini; & ſunt tamen qui volunt, eum poſt longam peregrinationem & captivitatem, carcere eductum, ſoſpitem ac incolumem in patriam rediiſſe, & indigno ſupplicio à propria filia affectum fuiſſe. Ita enim Mathæus Paris An-

glus,

glus, in Hiſtoria majori ad an. CIↄ CCXXIV. Baldevvinus,inquit, Comes Flandrenſis, qui & Imperator Conſtantinopolitanus poſt annoſam & moroſam incarcerationem,& pœnitentialem peregrinationem, rediit in Flandriam: & cùm quàm plurimis viris, qui eum anteà cognoverunt,licet in multis alteratus fuiſſet, cognoſceretur, recepit homagia & fidelitates à multis civitatibus & oppidis Flandriæ. Sed filia ipſius (primogenita Ioanna) invidens,exaſperavit Regem Gallorum, contra ipſum, affirmans eum non eſſe patrem ſuum, nec ipſum eſſe quem ſe fecit: procuravitque, ut prædictus pater ſuus, ignominiosè ſuſpenderetur; nam hinc & inde fecit duos canes veteres, ſcilicet nigros, ſuſpendi. Hoc tamen aſſerunt multi,quibus confeſſionem fecit, peccatis ſuis exigentibus promeruiſſe, quia à carcere evaſit cum ſociis ſuis incarceratis, qui capti fuerant cum eo in prælio, opitulante quadam puella nobili, eo pacto, ut baptiſaretur, quàm citò venirent liberati in Chriſtianitatem. Sed Baldevvinus Imp.cum ſuis ſociis, cùm perveniſſent cum ipſa puella in loca tutiora Chriſtianorum, illam, quam promiſit ducere in uxorem,& Chriſtianam facere,& moribus Chriſtianorum informare, ante lavacrum regenerationis occultè fecit necari. Vndè tam diu ad ſe reverſus fecit pœnitentiam, ut vix à familiaribus etiam cognoſceretur, Papâ injungente pœnitentiam tam gravem, quia nondum baptiſatam occidit. Omnes autem, qui huic conſilio aſſenſum præbuerunt, turpi morte perierunt. *Adde etiam Albertum Stadens.fol.206. A.C.*

Balduinus Flander, Conſtantinopolin capit, eligitur Imp. Græcorum. 1. 2. 3. 4.

Crudelitas & impietas Latinorum, poſt captam Conſtantinopolim: quæ etiam in cauſsâ fuiſſe videtur, ut imperium illud non fuerit diuturnum. 2.

Græcorum bella civilia, Latinos advocant, & imperium Paternum evertunt. 4.

Cùm in bellis civilibus auxiliatoribus condigna merces numerari non poteſt; ii raptores & invaſores ſuorum clientum fiunt. 4.

Bellorum civilium fructus, ſemper acerbi, etiam iis qui vincunt. 4.

De Balduini, & Patriarchæ Latini electione. 5.

In electione ſæpius rationes ſtatus, & privati commodi; quam publica ſalus inſpicitur. 5.

Veneti Cretam emunt. 6.

Latini pro inctas nondùm ſubactas, per ſortem dividunt. 7.

Origo Imperii Trapezuntini: & quales Imperio Latinorum durante, Græci fuerint Imperatores. 9. 10.

Balduini miſerrima mors. 11. 12.

Hoſtium, præſertim levis armaturæ fuga, ſuſpecta admodum eſt. 12.

De Pſeudo Balduino. 13. 14.

XXXVII. *Henricus Flander, Balduini frater.*

A. C. 1206.

Conſtantinopoli cùm Latini annum unum & menſes quatuor Remp. ſine Imperatore adminiſtrâſſent, neceſſitatibus adducti, de Imperatore conſilium habent, & communibus votis eligunt Henricum Balduini fratrem. *Nicet. in fine operis.*

ris. Quin nominatim ait: cùm unum annum & menſes quatuor Remp. ſine Imperatore adminiſtrarent, nemini populatium ſuorum regni inaugurationem condonare voluerunt, niſi Balduini morte priùs explorata.

2. De eo ita Cuſpinianus: Fuit Imp. hic Chriſtianæ pietatis obſervantiſſimus. Vndè cùm ſummo Pontifici (qui tum curabat pleraſq; urbes, ex infidelium manibus eripere) ſeſe adjutorem præbuiſſet, accepit Byzantii legatum, ut Græcos omnes ſubigeret, ad Romanæ Eccleſiæ ritum ſuſcipiendum. Id cùm attentaret Imp. ingens oritur ſeditio: Græcis incondita voce clamantibus: officium eſſe Imperatoris tractare arma, non curare ſacra: ſatis ſuperque à ſe datum, quod ſuam paſſi eſſent Eccleſiam Romano ritui ſubjectam denuntiari. Eaq; de re ita Logotheta: Ea tempeſtate, quâ ſummum Imperium penes Henricum erat, miſſus fuit a Papa Conſtantinopolim ſacerdos (quem illi Legatum vocant) cognomento Pelagius, Papali auctoritate munitus; purpurea illi talaria, ejuſdem coloris veſtimenta, frenaq; & ſagum pariter purpurea erant: cùm autem moribus eſſet arrogans, impiusque; malam rem multis attulit. Prætextus erat ſpecioſus, omnes enim ad obſequium veteris Romæ Pontificis adigebat. Hinc Monachi claudebantur, ſacerdotes vinculis onerabantur; templa obſervabantur omnia: alterutrum ex duobus eligere neceſſe erat. Romanum ſcilicet Pontificem pro ſupremo Eccleſiæ ſacerdote agnoſcere;

ejus nomen in omni ſacrorum operatione profiteri; aut mortis pœnam ſubire, qui dicto audiens non eſſet. Ea res civibus Conſtantinopolitanis, maximeque in dignitate poſitis, dolorem afferebat. Accedentes itaque ad Imp. Henricum, hoc modo diſſeruerunt: Nos quidem gente diſpares, Eccleſiæ Antiſtitem alium ſortiti, tuo Imperio nosmet ſubjecimus; paremusque tibi corporaliter, non autem ſpiritualiter aut animaliter: pro tua nobis ſalute in bello depugnandum eſt; ut autem à priſtinis in religione cultibus deſiſtamus, impoſſibile planè eſt: proinde aut libera nos ab his incommodis, quibus conflictamur, aut permitte ut noſtris inſtitutis vivamus. Atque illi quidem talia retulere. Ad quæ ille, tot optimos viros neqnaquam ſibi conturbandos judicans, invitiſſimo legato (cujus modò mentionem feci) templa aperuit carceribus clauſos exolvit, resque compoſuit; plurimi nihilominus ex ſacro ordine, monachique ad Regem Theodorum Laſcarim confugere maluerunt, atque ibidem hærere, ſuperbiâ Legati & crudelitate perſpectâ: ubi in priſtinâ libertate, & avitâ religione vitam agere poſſent. Tantus erat in Henrico æquitatis amor.

3. De ſtatu etiam Eccleſiæ Latinæ, quæ tum Conſtantinopoli erat, ita Abraham Bzovius, *A. C. 1205. num. 3.* Cùm Balduino capto, res Chriſtianorum in diſcrimen adductæ eſſent, periculumque manifeſtum accidiſſet, ne Latini cum Henrico reſidui trucidarentur; Innocentius univerſo Clero & populo Chriſtiano in exercitu cruceſignatorum apud Conſtantinopolim ad hoc usque tempus hærenti, præcepit, ne pedem

indè

indè moverent; tum ut reliquis ſociis opem contra perfidos ferrent, tum ut Græcos ad obedientiam ſedis Romanæ Eccleſiæ adducerent. Namque conſpiratores apud Nicæam convolantes, Theodorum *Laſcari n* contra Balduinum Imp. acclamârant; qui omnem lapidem movebat, ut Latinos ab Orientali Imperio exigeret. Sed neque Græcorum Patriarcha ſibi defuerat, at quâ poterat, odium gentis ſuæ in eoſdem inflammabat. Fuit neceſſe Innocentio, authoritatem Thomæ Mauroceni Patriarchæ recens electi ſtabilire, reſque Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ex occaſione tum augere, tum diſponere, tum firmare. Itaque cùm eidem pallium miſiſſet, eundem ſub protectionem ſedis Apoſtolicæ ſuſcepit, privilegia Patriarchatus ipſi approbavit, ut Crucem ante ſe præferri ubique, præterquam Romæ, vel ubicunque Romanus Pontifex eſſet, juberet, indulſit; omnibus ſolemnibus proceſſibus uſum Naurei conceſſit; ut omnes clericos & regulares ſibi ſubjectos, à gravioribus cenſuris abſolveret, authoritatem contulit: ut tam Dominicis quàm feſtivis diebus, cùm neceſſitas Eccleſiæ expoſtularet, ad ſacros ordines promovere poſſet: ut poſſeſſiones ad menſam ſuam pertinentes alienare, oppignorare, & in feudum collocare: ut appellationes ad ſe interpoſitas, à quibuſcunque ſubditis audire; dummodò appellationibus ad ſedem Apoſtolicam intercedentibus non derogaret: ut Gradenſis Patriarchæ, ejuſque ſuffraganeorum Clericos, qui cum exercitu Cruceſignatorum Conſtantinopolim tranſierant, liberè detineret; ſalvo ſemper uſufructu beneficiorum, quæ alibi locorum perci-

pere conſueverant. Et idem Bzovius: A. C. 1206. In oriente, hoc anno, non modicum turbarum. Occiſo enim à Myſorum Rege in carcere Balduino Imp. cùm Galli & Veneti menſe Auguſto Henricum cæſi fratrem ad Imperium evexiſſent; Græcorum plurimi Imperium inter ſe partiti ſunt. Theodorus Laſcaris Bythiniam, aliasque provincias Aſianas, Alexius Comnenus Colchidem, Michael Comnenus ex Angelorum familia, veterem Epirum obtinebant, & mortuo Iohanne Camatero, Michaelem Antorianum Patriarcham Conſtantinopolitanum deſignârant. Sed in Clero Latino, non minimùm diſſidii. Quòd enim Thomas Maurocenus juramento ſe Principi Veneto obſtrinxiſſet, ſi aliquando Patriarchio Conſtantinopolitano præficeretur, non niſi gentis Venetæ Clericos Eccleſiis ſibi ſubjectis præponeret; reliquarum nationũ Clerici, in partem Curarum vocati, cæterum à participatione beneficiorum excluſi, juſtum dolorem non poterant ferre, quin & tumultuarentur contra Patriarcham, & eam injuriam graviſſimâ Innocentio Pontifici exponerent. Vbi etiam addit, qua ratione Innocentius III. huic malo remedium adhibere fuerit conatus.

4. Sed & contra ipſum Henricum Imperatorem Orientis, Innocentius Pontifex inſurrexit. Edixerat ille, nè quisquam immobilium bonorum ſcriberet hæredem Eccleſiam. Id cùm Eccleſiaſticæ immunitati, atque inprimis pietati Chriſtianæ officere putaret Innocentius, acerrimâ Epiſtolâ in Imp. invectus, præcipit, ut eam legem exlegem abrogaret, ſuosq; Barones compelleret, ne bona Eccleſiarum occuparent, ſed ea

juſtis

juſtis poſſeſſoribus reſtituerent. Quod ſi vel ille aut legem illam antiquare, aut ſacrilegos raptores compellere negligeret, aut ipſe etiam ea omnia, quæ cùm aliis, tum præcipuè Larinenſi Eccleſiæ & Templariis rapuerat, reſtituere differret, Archiepiſcopis Thebano Larinenſi & Neopatrenſi committebat, ut tam in eum quàm in reliquos quoſcunque, cujuſcunque fuiſſent dignitatis, gladium Eccleſiaſticæ diſciplinæ vibrarent. Bzovius, *Anno Chriſti 1210. num 4.* Idem quoque Innocentius, cùm Henricus Imperator, Patriarchæ dignitatem floccifaciens, in Eccleſia loco illum excluſerat; & in partem ſiniſtram, ac juxta pedes ſuos detruſerat, hoc ferre non potuit, ſed eam inſolentiam, ut putabat, arguit. *Literis benignitatis de majoris. & obedientiæ. Bzovius A.C. 1214. n. 4.*

5. At Henricus, cùm ſobole maſcula deſtitueretur, filiam Jolandam nuptui dedit Petro, Comiti Antiſſiodorenſi, cum dote Imperii Conſtantinopolitani. Eoq;, Anno Chriſti 1216. mortuo, ſucceſſit ſtatim gener.

Henricus, Balduini frater ſuccedit. 1.
Dum Græcos ad ritus Latinorum, vi adigere, fruſtra, ſatagit. 2.
Dediti ii, ad victorum fidem amplectendam, non cogi poſſunt. 2.
Status Eccleſiæ Latinæ, in Græcia. 3.
Imp. Henricus, prohibet Eccleſiis immobilia legare: ac item patriarcham, in locum ſiniſtrum detrudit. 4.
Henricus, Iolanda filia maritum, Imperio deſtinat. 5.

XXXVIII. *Petrus Altiſſiodorenſis,*

A. C. 1217.

PEtrus Anno ſequenti, Romam venit, cum Jolanda conjuge ſua; ubi ab Honorio Pontifice ad D. Laurentii Fanum, extra muros, Imperii Conſtantinopolitani inſignia accipit, & coronatur Dominicâ Miſericordias Domini. Indè nono die Conſtantinopolin rediturus, per Macedoniam, ſalvo conductu à Theodoro Laſcare impetrato, capitur, & biennii ſpacio in vinculis detinetur: interim Jolanda Imperium gubernat. *Cuſpin.* Diuturno tandem carcere detentus, in convivio obtruncatur. Bzovius *Anno Chriſti 1217. num. 2.*

2. Eodem, inquit, anno Pontifex Honorius in Baſilica S. Laurentii extra muros Romanos, Petrum Comitem Altiſſiodorenſem, Franci Regis propinquum, & Iolantem ejus Conjugem, Auguſtali nomine ſalutavit, & Imperii Orientalis coronâ inſignivit. Namque ante hos dies, Henricus Imp. fatis conceſſerat, & Petrus in ejus locum ſuccedens Romam advenerat. Poterat ea Petri coronatio, Manueli Conſtantinopolitano Patriarchæ non omninò grata eſſe. Quamobrem reduci in Orientem Imperatori, Legatum Cardinalem Iohannem Columnam, unà cum Guido Caſtello Interuninæ pro S. R. E. Vicarium

Hono-

Honorius adjunxit,& Manueli ſignificavit,ſe in pactis cum Petro initis, juribus & privilegiis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ abunde caviſſe: proinde ab illo deſiderare, ut Imperatorem revertentem, ea qua par erat obſervantia ſuſciperet, eique præſtò eſſet, inprimis adverſus Græcos perduelles, ſeditione & ſchiſmate omnia miſcentes,atque contra reliquos hoſtes quoquo modo Imperium peſſumdantes.

3. Petrus autem Cortenæus, ex Comite Antiſſidorenſi factus Imperator Conſtantinopolitanus, à Logotheta in prælio confoſſus occubuiſſe, dicitur. At Anton. Bonfinius, *rerum Vngar. decad. 2 lib 7* tradit, ipſum in Theodori Dyrrachini tyranni carcere, diem ſuum obiiſſe; Iole interim, ſive Iolantâ Imperium ejus adminiſtrante. Alii in Theſſaliæ ſaltibus, præter jurisjurandi religionem & fidem, interceptum ſcribunt, & toto biennio in tetro ſquallidoque carcere fatigatum ac penè enectum, tandem obtruncatum eſſe, Anno CIↃ CC XXI.

4. De miſerabili autem cæde Petri Imp. Orientalis ita Bzovius, *sub A. C. 1218. a prin* Præſentes Eccleſiam & Chriſti fidelium neceſſitates exigebant ab Honorio Pontifice,ut is hoc Anno ſupplicationes publicas,à Lateranenſi,usque ad S. Mariæ majoris baſilicam, nudis pedibus, & prælatis in proceſſione Divorum Petri & Pauli capitibus, ingenti omnium comploratione celebrârit. Erant quæ tam urgens remedium atque auxilium extorquerent. Inprimis Terræ Sanctæ negotium, & Conſtantinopolitani Imperii periculum. Petrus enim Imperator Româ revertens; cum ſpe Dyrrachii, à Theodoro Prætore

Græco recipiendi, in adverſam oram transmiſiſſet, ab homine vafro per ſimulationem amicitiæ deceptus, poſt menſam hoſpitalem extractus, comprehenſus, vinctus, ad extremum cæſus eſt. In diſcrimen deinde Imperium Orientale, unà cum Eccleſiis indidem diſperſis adductum, timorem Honorio injecerat, ne à Latinis ad Græcos iteratò rediret.

Petrus à Pontif. Romano, coronatur Romæ, & in reditu à Græcis capitur. 1. 2.
De morte Petri. 3.
Pontifex Romanus metuit, ne Imperium Conſtantinopolitanum, à Latinis ad Græcos rediret: Deoq; ſupplicationes publicas decernit. 4.

XXXIX Robertus Antiſſiodorenſis.

A. C. 1221.

PEtro Anno 1221. ſucceſſit fili[illegible] Robertus, qui ad nuncium paternæ captivitatis, Conſtantinopolim venerat jam antè; Huncque, quaſi degenerantem à virtute majorum, notat Logotheta: falsò que putat Henrici fratrem fu iſſe, cùm imò ejusdem fuerit nepos, ex ſorore Jolintha, ſivè Jolanthida; nupta Petro Cortenæo, Comiti Auxerræ, ſivè Antiſiodorenſi, qui & ipſe fuit Imperator.

2. Morte Petri Imp. auditâ, Populus Byzantii Prætor, cum Theodoro Epeirota in quinque annos, cum Turcis biennium fœdus percuſſit: cernens

nens Gallicas vires in Græcia ſemifractas. Fertur autem Iole prudenter imperium interim adminiſtraſſe, donec Robertus filius ex Galliis accerſeretur Imperator. Robertus Comes Antiſiodorenſis, filius Petri Imperatoris & Ioles, per Pannoniam & Myſiam, Conſtantinopolim venit, ad paternæ captivitatis nuncium, errabundus diverſis itineribus; ſive abundè poſt patris interitum accerſitus; ac confeſtim Imperator ſalutatur. Is fertur Veneti nominis adeò ſtudioſus extitiſſe, ut Ducem eorum Marinum Michaelem Byzantii Prætorem, Imperii collegam, non ſine honoris præfatione ſemper appellaret, quum Gallorum opes in Græcia remitterentur, & Imperii pondus multum à Venetis juvaretur. Ob id multa utilia ſimul egerunt, & in ea concordia libenter ac ſtudioſè permanſerunt. Sed perbreve fuit illius Imperium, par quoq; ſors cum ipſius progenitoribus: quibus haud ſanè diu fortuna arriſerat. In maximam enim famæ & nominis periculum ex cōjugio incidit, ac invidiam potius ex purpuratis ſuis ſenſit; quùm ſe alioqui optime gereret. Virginem enim inſignis formæ Græcam, nobili ortam progenie, ac divitis matronæ filiam, ſibi deſpondit uxorem: haud ignarus prius eam uni purpuratorum proceri Burgundo, qui ordines in Latinorum ductabat exercitu, à matre puellæ eſſe deſponſatam. Prior itaq; ſponſus contumeliæ impatiens, irâ atque furore accenſus, impotens animi; amicos, clientes, domeſticos commilitones, atque ſuæ factionis homines coegit: noctuque facto impetu, in regiam irrupit, puellæ palatium effractis cubiculi foribus ingreſſus eſt: dehoneſtatamque naribus

X L. *Balduinus I I.*

A.C. 1229.

Robertum, dum Romam contendit, pro impetrando diademate à Pontifice, Byzantiumque revertentem in Achaia morbo extinctum; ſecutus eſt filius impubes, Balduinus II. Ei Imperator Trapezuntinus, filiam offert uxorem: ſed Latini Pontificis conſenſu, Joannem Brennum, Regem Hieroſolymorum ei dant adjutorem, ejusque filiam Martham illi deſpondent *Bzovius, A.C. 1229. num. 1.*

2. De hoc Imperatore ita Cuſpinianus: Exagonarum Imperator ad mare Ponticum, Venetis curantibus, filiam Balduino obtulit uxorem: fore pollicitus, ut Rómaniæ (h.e. Græciæ) Imperium, terram omnem, inſulasque, Laſcaris filio pulſo, in generi ipſius ſui redigeret poteſtatem. Latini verò proceres, veriti ne Balduinum Imp. additæ ſoceri vires, in ulciſcenda Roberti injuriâ facerent audentiorem, ætatem adoleſcentis cauſati, Imperii adminiſtrationi inhabilem, conjugioque ineptam: præſertim quod à potentiſſimo invictiſſimoque ſocio offerretur. Rurſus alii, & quorum ſententia vicit, Ioannem Brennium Regem Hieroſolymitanum ſocerum, coadjutorem dare, qui Imperium titulotenus gereret, conſuluerunt. Et itaque accerſitus Ioannes, ac ſuadente Gregorio Pontifice, Conſtantinopolin delatus: ejusque filia Martha Balduino eſt deſpon-

ſata. Conſtitutumque, poſt ſoceri mortem, imperium genero permittendum. Et pôſt: Balduinus multo bellorum onere gravatus, cùm aliter pecuniam à mercatoribus conſequi nequiret, plumbum ædibus publicis & baſilicarum culminibus detractum vendidit: & filium Philippum inſontem, ob accepti æris mutuum, Venetis obſidem dedit, ut opem afferrent, quam ſolam poterant. Adhæc adjecit pretioſiſſima pignora, lanceam, quâ Salvator vulneratus; ſpongiam quâ potatus fuerat, cum magna ſanctæ crucis parte. Quæ poſt Ludovicus Francorum rex, Balduino aſſentiente, à Venetis redemit, atque in Franciam deduxit. Et ſub hoc Græci priſtinum Imperii ſtatum recuperârunt; quaſi fato eveniſſet, ut quemadmodum à Balduino auſpicia regni cœperant, ſic in Balduino conciderent. *Hæc idem Cuſpinian.*

5. Sub hoc quoque Imp. laboratum eſt pro unitate Latinorum & Græcorum, miſitque Gregorius IX. P.M. Apocriſiarios Conſtantinopolin ad illam perficiendam. *Bzovius, ſub A. C. 1233. à princ.* Inter alias item cauſas, cur Gregorius IV. Lugduni Concilium celebrârit, fuit etiam clades Latinorum in Oriente, à Græcis accepta. Qua de re ita Bzovius, *ſub Anno Chriſti 1245. ſub num. 5.* Eodem tempore ardebat bello Græcia. Balduinum, qui primus ex Latinis Conſtantinopolitanus Imperator fuit, quidam Græci Principes iniquo animo in Græcia dominari patiebantur: qui non ſolùm ab Imperatore defecerant, verùm etiam & ipſi Balduino & aliis, qui poſteà rerum potiti ſunt, bellum acerrimum & diuturnum intulerant: & modò aperto Marte, modò

modò inſidiis & dolo, ita eos vexabant; ut tandem Imperator, qui eo tempore Conſtantinopoli regnabat, de ſuo ſtatu ampliſſimo ferè dejectus, vix nomen Imperatoris & majeſtatem obtineret. Hoc igitur negotium ad Eccleſiam magnopere Innocentius exiſtimabat. Cernebat enim animo, ſi Græci Latinos expellerent, periculum eſſe, ne tota ſtatim Græcia ad priſtinam conſuetudinem, moremque relaberetur, & à Rom. Eccleſia diſſideret. Et paulo pòſt: Fuit autem habitum hoc Concilium in Templo maximo Lugduni, Anno à Chriſto nato 1245. Pontificatus Innoc. IV. anno ſecundo. Convenerunt multi Cardinales, Epiſcopi 140. Abbatesque complures. Acceſſerunt multi viri clariſſimi, & præter cæteras Conſtantinopolitanus Imp., qui propè Pontificem conſedit. Interfuit Patriarcha Conſtantinopolitanus & Antiochenus.

Balduinus 2. fit Imperator: qui filiam Hieroſolymorum Regis, ſui in Imperio adjutoru ducit. 1. 2.
Latinorum Imperium Conſtantinopoli ceſſat. 2.
Pontifex Romanus, ſatagit poteſtatem ſuam in Græcia adeptam ſtabilire: eoq; nomine concilium congregat Lugduni. 3.

XLI. *Michaël Palæologus*,

A. C. 1259.

ANnus Chriſti 1259. fatalis Latinis in Oriente fuit. Namque Michaël Palæologus, mirabili celeritate & prudentia militari, Conſtãtinopoli incubuit, eamq; Latinis (poſtquàm ibi, per annos 55. imperium

rium obtinuiſſent) fugientibus, ſui juris fecit. Iis enim ibidem conſiſtere non tutum erat; cùm Veneta Claſſis abeſſet, bello Liguſtico adverſus Genuenſes occupata. *Niceph. Gregor*, Balduinus verò profugus, in Gallia conſenuit. *Bzovius, A.C.1259. num.5. Georg. Logotheta in Chron. Conſtantinopol.* Hæſitque Imperium Græcum apud poſteros illius Michaëlis, usque dum illud à Turcis everſum fuit.

2. Bzovii verba autem ita ſe habent: In Oriente Latinorum Princeps, Imperium hoc anno amiſere. Mortuus fuerat id temporis Theodorus Vatazius Græcorum Imp. Ejus filium adhuc impuberem, Michaël Palæologus tutor regebat, morte pupilli ſuum Imperium facturus. Is acris ingenii, animique impigri, Guillelmum Villam, Achaiæ Principem, ex Syria reverſum repente adortus, prælio victum cepit: nec dimiſit, niſi recepto priùs munitiſſimo Achaiæ oppido Epidauro. Indè victor cùm volitaret, omnem veterem Græciæ nobilitatem cohortando excivit: meminiſſent Græciam liberales artes humanitatemque mortalibus tradidiſſe, ſe in libertatem vendicarent; ne ſoliti imperare, ſervirent: neu patriam nobiliſſimam auguſtiſſimamque, ſinerent Gallo Græciam fieri, mutatis moribus, linguâ, ritibus, ceremoniis. Magnâ coactâ manu, ardentibusq; animis, cupiditate veteris decoris recuperandi, Conſtantinopoli imminebat. Nec tutum erat Balduino in urbe regia, Paleologum, nobili-

nobilitatemque ſuam reſpiciente, ſe claudere, perparvo Francorum præſidio. Longè maxima pars claſſis Venetæ, cujus viribus maritimis, ad eam diem res Latina in Græcia ſubnixa ſteterat, ad bellum Lyguſticum profecta aberat. Cum iis, quæ reliquę in portu ſtabant, navibus, optimum factu viſum eſt, anguſtias Helleſponti frenare, ne hoſtis claſſe circumvolitaret, ac quæ una ſpes reliqua illis oſtendebatur, maris etiam poſſeſſionem eriperet. Mari captum Byzantium, mari retineri poſſe. Ita Balduinus Auguſtus, Iuſtinianusque Patriarcha claſſem conſcenderunt, reliqua conſilia executuri. Cives autem liberi Latinorum metu, portis patefactis, Palæologum proceresque ſuos mœnibus regiæ u[illegible] læti gratulantesq; noctu recepere. Auguſtus & Patriarcha, deploratis rebus, Græcia deceſſere.

3. De Palæologo autem, ita Cuſpinianus: Michael Palæologus vir ingentis ſpiritus, & copiarum Dux, ſub Theodoro Laſcari Græcorum Imperatore (cui affinitate conjunctus erat) Imperium per ſummum nefas arripuit, cùm illum fiduciariæ tutelæ pertæderet. Nam teſtamento, filiis Theodori tutor datus, tanquàm vir in armis ſtrenuus, quo adminiſtratore ſcilicet, dum viveret, ac duce utebatur. Vel, ut alii tradunt, vi ad ſe receptâ tutelâ, quum Gregorius Imiſolus, tutor à Theodoro relictus eſſet, ſacris operatus, à Palæologo interficitur.

De occaſione autem, mediante qua Palæologus ad Imperium pervenit, ita Nicephorus Gregoras *lib. 3.* Comnenus Michael Palęologus, inter proceres erat cæteris ſuperior, vultu perquàm hilari, comis atque urbanus, prætereaque muni-

ficus & liberalis, quæ res ei omnium animos vehementer conciliabant, ut facilè omnes ad ſe alliceret, tribunos, centuriones, exercitum, duces, ſive plebei ſive ſenatorii ordinis. Movebantur præterea *Imperii præſagia*, ut illi ſe adjungerent, ejusque amore flagrarent. Eodem etiam faciebant haud ſcio, an rumores de illo ſparſi, an verò inſomnia & omina quædam. Solent enim etiam hujusmodi rebus vulgò jactari ſolutis, non omninò temerè atque inſcitè, aut ex imperitia, homines commoveri. Nam plurima earum teſtimonia apud eos extant, qui illos diligentiùs obſervârunt. Suppetebant tamen aliæ majores his occaſiones, quibus ad Imperii faſtigiū promovebatur: à veteri ſtirpe velut à magno fonte rivuli quidam nobiles ad eum deſcendentes, quibus ipſe & amici ejus freti, hujusmodi de eo cogitationibus multum tribuebant. Nam ejus avia materna Irene, primogenita filia fuit Alexii Imperatoris: qui cùm filios non haberet, illi rubras crepidas induci juſſit, ut ipſa, & qui illam duxiſſet, in Imperio ſibi ſuccederent. Vndè cùm eam Alexio Palæologo deſpondiſſet, eumque Deſpotæ titulo ornâſſet: niſi is morte priùs ſublatus fuiſſet, poſt Alexium ſocerum Imperator fuiſſet. Sed cùm mortuus unam tantùm filiam reliquiſſet, eam non multò poſt, mater Andronico Palæologo deſpondet: quem deinde Theodorus Imp. magnum Domeſticum fecit. Ex his natus eſt Comnenus Michael, duplex (ut ita dicam) Palæologus, à paterno ſimul maternoque genere. Habuit igitur indè quoque, ut dictum eſt, adjumenta non parva ad eam rem, de qua nunc agitur: & ut paucis dicam, omnibus

rebus,

rebus, & ab omni parte vir ille illuſtris erat & ſuſpiciendus, famaque ejus paulatim vagabatur, & omnium auribus ſeſe clàm inſinuabat. Nec patriarcha quidem ab amore ejus abhorrebat, eumque ſi non plus quàm cæteri, non minùs tamen quàm quiſquam alius diligebat: & quod majus eſt, Imperatorii fiſci claves, cum ſtipendia militibus numeranda erant, aut alia res pecuniam poſtulabat, ei ſoli credebat: id quod ad clandeſtina conſilia efficaciſſimum fuit, & celerem iis, quæ diu jactata erant, finem impoſuit. Accepta enim tantæ pecuniæ tractandæ poteſtate, quam optare ille quidē potuit, ſperare verò nunquam, jam totis modiis eam in manus nobilium & militum effundebat, eorumque etiam, qui eloquentia demulcere populum norant. In quibus ſacri ordinis haud pauci erant. Hinc crebra concilia ab his omnibus indici: patriarcham urgeri ne ceſſaret, ſed expergiſceretur, eamque rerum curam ſuſciperet, quam tempora poſtularent. Neque enim parùm referre: nec ejus generis eas eſſe, quæ ſemel neglectæ, in integrum reſtitui poſſint; ſed in præſenti exitii diſcrimine verſaturas: quemadmodum magnum navigium in medio pelago, gubernaculo amiſſo, aut amplum ædificium fundamentis labefactis. Statim autem in ore erat omnibus Michaël Comnenus Palæologus, & prudentia & uſu rerum tantæ Imperii moli ſuſtinendæ par, donec Imperatoris filius ad maturam ætatem perveniſſet. His vocibus etiam Patriarcha eſt aſſenſus, eamque ſententiam approbavit. Itaque Reipublicæ præfuit Comnenus Michaël, omni authoritate, Imperatoriis inſignibus exceptis, præditus. Hoc Michaëli

chaëli fuit initium & primus gradus ad Imperatorium faſtigium aſcendendi. Ex eo enim ſecundis ventis, & plenis (quod ajunt) velis, in Imperii portum eſt invectus. Porrò autem viri authoritate & nobilitate præſtantes, circa Magneſiam clypeo inſidentem Michaëlem Palæologum, Imperatorem appellant. Quo Patriarcha Arſenius audito, vehementer perturbatus, puero metuebat: ac primùm in animo habuit, tam eum qui appellatus eſſet Imp., quàm qui appellaſſent, ſacris interdicere. Deinde mutato conſilio moderatius & melius eſſe ratus eſt, eos ſancto jurejurando aſtringere, ne vel pueri vitæ inſidientur, vel de Imperio illi per vim aut fraudem eripiendo cogitent. Itaque factum eſt Calendis Decembris. Sed priuſquam menſis elaberetur, is ipſe, qui hæc timuerat, & illa ipſa pro ſecuritate pueri egerat, ſuis manibus, in ſacro ſuggeſtu Michaëlis Palæologi capiti coronam imponit, & Imperatorio diademate virum ornat, ſententiis Senatus & ſacri ordinis impulſus. Cæterùm non perpetuum illi decernit imperium, ſed quòd tum rebus ita cogentibus, id ab eo adminiſtrandum eſſet, donec legitimus illius hæres & ſucceſſor adoleviſſet: tum verò illi ſoli cedendum eſſe ultrò & ſolio regio, & omnibus Imperii inſignibus.

5. Pòſt levi operâ, (eodem Nicephoro referente) Alexius Cæſar Byzantium cepit. Cùm enim is ab Imp. (Michaële Palæologo) adverſus Desbotam Aetoliæ & Epiri mitteretur, mandavit etiam, ut cum Bithynis militibus obiter per ſuburbia Byzantii tranſiret ad Latinos perturbandos, ne prorſus otium agere, quietique eſſe

ſinc-

ſinerentur: aut multùm extra mœnia, quoties libitum eſſet evagarentur, ſed in perpetuo metu eſſent, & tanquam in carcere incluſi. Itaque Cæſar Propontide trajecta, caſtriſque circa Regium poſitis, in circumforaneos quoſdam homines incidit, magno arcanoque cuncta gubernantis Providentiæ conſilio: quæ ſæpè multitudini equorum & exercituum non ſubſervit, exiguis verò copiis & parùm locuplete ſpe fretis magis adeſt, maximaſque victorias largitur. Nam illorum ſpem, arma ſæpè & reliqui apparatus abundantia velut adultera, nec ſurſùm ferri ad vitæ neciſque dominum ſinit, ſed gravi quodam pondere deorſum premit, humique verſari cogit: horum contra fiduciam penuria expeditiorem facit, & propemodùm ad percurrendum cœlum impedit, ac votis ardentioribus ſupernam dexteram evocandam. Hinc eſt, quòd multi magna ſpe dejecti, contrarium experiuntur: alii vero ex inopia & ſui deſperatione, maximos triũphos ſunt adepti. Ecce enim Imperatores tribus haud pauciores, cum maximis ſæpe copiis Conſtantinopolin aggreſſi, re infecta diſceſſerunt, cùm nec ad ipſa mœnia propiùs accedere licuiſſet. At Cæſar eandem cepit, cum ne millenarium quidem exercitum adduceret, nec ullas machinas ad dejiciendos muros paratas haberet, ſed à ſola Divina ope penderet. Cepit autem ſic. Cùm in illos viros incidiſſet genere Romanos (hoc eſt, Græcos) Conſtantinopoli verò natos, qui ob ruſticum opus, condendaſque fruges foris agunt, rogavit eos, quales & quantæ eſſent Latinorum vires: aliaque a Duce inquirenda, longo præſertim uſu exercitato. His vero cùm Lati-

norum

norum jugum longo jam tempore moleſte ferrent, & alioqui etiam popularium ſuorũ quam alienigenarum conſuetudine uti mallent, optatiſſimus Cæſaris adventus fuit: eiq; cuncta perſpicue narraverunt, conſiliaque proditionis cũ eo agitaverunt, & maximorum prǫmiorum pollicitationes cupidiſſime, veluti re minime dubia, admiſerunt. Nam Latinorum vires non exiguas modò nunc eſſe, ſed etiam maximam earum partem abeſſe, in Daphnuſiæ (oppidum id Euxini ponti eſt, multis aquis circũdatum, mille ſtadiis à Conſtantinopoli diſſitum) obſidione; ſibi verò facile eſſe, noctu illi patefacere ingreſſum, atque etiam aſcitis amicis opem ei laturos eſſe, & manu & armis, & totis viribus ad hoſtes ulciſcendos: quod & ædes ſuæ portæ cõtiguæ eſſent, quæ recta fanum Deiparæ Fontanæ ſpectaret: occultumque ſcire aditum, quem vetus quidam cuniculus ultrò præberet: per quẽ quinquaginta armati ingreſſi, occiſis vigilibus, effractaque porta, facilè ingreſſum univerſo exercitui patefacturi eſſent. His illi dictis domum reverſi, paucis diebus interjectis, quǫ verbis promiſerant, reipſa præſtiterunt. Cæſar verò, ſub diluculum urbem ingreſſus, ibique certo in loco acie ad pugnam inſtructâ, uno die exacto, poſtridie ignem injici ædibus, & quatuor in locis urbem incendi jubet, ut gemino bello, exitium Latinis machinaretur. Regia Latinorum erat Pantocratoris monaſterium. Qui verò tum Cõſtantinopoli regnabat. Balduinus mane cùm ſurrexiſſet, ac hoſtes in urbe eſſe audiviſſet, ſimulque urbem flammis circundatam conſpexiſſet; quæ actæ vento, mox ipſius quoque regiam

giam invaſuræ eſſent: primùm arma & bellum tentavit, coactis ſi qui aderant, Latinis militibus. Sed cum ſtatim animadvertiſſet, irritum eſſe conatum ſuum: & inſignia regni, & ipſum regnum valere jubet, ac nudus cymba quâdam arrepta, fuga ſalutem quærit. Cujus rei fama eodem die, ad eos, qui Daphnuſiam obſidebant, affertur: qui eâ relicta, poſtridie quam celerrimè poterant, præter & circum mœnia urbis navigâtes conſpiciuntur, & elabentes Latinos, quâ venia licebat, catervatim recipientes, idque à veſpere uſque ad diluculum continenter fecerunt. Sub auroram vero expanſis velis, rectà verſus Italiam curſum intenderunt, multum & ipſi adulterinam patriam valere jubentes. Lætus autem bene geſtæ rei nuncius, cum celerrimè Nicæam ad Imperatorem perlatus eſſet, is initio credere non potuit, cogitans, ſe non ita pridem maximo cum exercitu maximoque machinarũ apparatu exiguum Galatæ oppidulum expugnare non potuiſſe: & nunc audire, Conſtantinopolim tantum orbis terrarum miraculum, adeo facilè ab 800. viris eſſe captam. Deinde cum ſe collegiſſet, ac reputaret, *Providẽtia Numinis etiam arida reflorescere*, & pauperes ditari, & imbecilles confirmari, & parvos amplificari: contraque fieri, cùm dives ſuis opibus glorietur, & potens ſuis viribus intumeſcat: gratas manus ad Dominum extendit, & multos hymnos huic argumento convenientes recitavit. Ad hũc ergo modum eo nuncio affectus, in eo fuit, omiſſis aliis rebus omnibus, ut cum uxore & Andronico filio, tum binulo, reginam urbium ingrederetur.

6. Poſt

6. Poſt dies complures, Imp. Conſtantinopolim intrat: non priùs tamen, quam ſacroſanctæ Deiparæ, quam quaſi viæ monſtratricem, Hodogetriam vocant, imago, per portam, quam Auream dicunt, ingreſſa eſſet. Vbi cùm illi gratiæ hymnis actæ fuiſſent, tum demum pedes, præcedente ſacroſanctâ imagine, eſt ingreſſus: & in palatio, quod Hippodromo proximum eſt, habitare cœpit: nam Blachernium longo jam tempore neglectum, & fumo ac pulvere plenum erat. Tum verò principem urbem, vaſtitatem meram eſſe cernentes, ruderibus & tumulis plenam: ædes alias everſas, alias magni incendii parvas reliquias. Nam priùs etiam vis flammarum, pulchritudinem ejus & potiſſimum ornatum abſumpſerat, cùm Latinâ ſervitute opprimeretur. Oppreſſam verò illam adeò non curarunt, ut etiam noctu atque interdiu deſtruerent: quippè Latinis firmam ejus poſſeſſionem deſperantibus: DEO opinor, occultis vocibus, quid futurum eſſet, illis ſignificante. Nec mediocriter illam poſtremus ille ignis deformavit, quem Romani proximè, ad terrorem Latinorum, domibus injecerant. Prima igitur & præcipua Imperatoris occupatio fuit, ut eam repurgaret ac multiplicem illam confuſionem, quod liceret, eleganti ordine exornaret. Proinde templa nondum collapſa, fulciuntur, & vacuæ ædes habitatoribus complentur.

7. Enimverò Imp. cùm Conſtantinopolim jam tenens, cùm res proſperè ſibi ſuccedere cernens, ſecundæque fortunæ aura ferri, planè jam imperium ſibi vindicare ſtatuit, omnemq; metum ſibi imminentem funditùs extirpare, veritus

tum ne forte tandem ii qui nunc clam ſe devoverent, iramque magno cum dolore premerent, non parvo prætextu ſucceſſionis Imperii & paternæ hæreditatis freti, inſidiis in apertam vim commutatis, maximum ſibi & capitale periculum crearent. Igitur Latino cuidam, qui è Peloponneſo negotii cujuſdam cauſâ, obiter in urbem venerat, nobili quidem illi, ſed non illuſtri, Belicurto nomine, Theodoram, unam è Theodori Laſcaris filiabus deſpondet, eumque hortatur, uti ſecum eam abducat: alteram Irenen, comiti cuidam Genuenſi deſpondet, nomine Vigintimilio, qui & ipſe forte fortunâ Conſtantinopolim venerat, & eum quoque domum redire ſinit: fratrem verò earum Ioannem, qui jam decimum agebat annum, oculis privat. Succeſſione Imperii ad hunc modum citra ullam ſuſpicionem aut metum confirmata. Patriarcha Arſenius, auditâ Ioannis excæcatione turbatus, exilit, ſurſum deorſumque in ædibus curſitat, vociferans, plorans, pectus palmis acriter plangens: animoque graviſſimis doloribus ſauciato, facinus illud palàm crebris ſuſpiriis deteſtatur, ac ſolem & elementa in ultionem vocat. Sed cùm quiritando ac lamentando nihil proficeret, aliâ ratione initâ, ſacris interdicit Imperatori. Mentionem tamen ejus in Pſalmodiis nō ſuſtulit, veritus, ne per iracundiam gravius aliquid Eccleſiam conſuleret: néve fumum (quod aiunt) fugiens, in ignem incidere cogeretur. *Hæc omnia e Nicephorus Gregoras, lib. 4.* Quomodo item perjurio, exoculatione, nece item filii, Imperatoris Theodori, Michael Palæologus Imperium invaſerit, pluribus quoque & quidem iiſ-

dem ex Nicephoro Gregora, refert Bzovius *An. Chr. 1259. num. 6.* Memorat etiam Georgius Pachymerius, *lib. 1. hiſtor. c.* Michaelem Palæologum regno potitum, tres tantùm aureos domi habuiſſe. Familiam verò Palæologorum ex Italia, & Viterbo Etruriæ civitate haud ignobili originem traxiſſe, nonnullis placet: Bzovius, *li. 1. a. Gallo Veneto.*

8. De cauſis item Græaorum ruinæ, ita Bzovius *An. Chr. 1263. n. 9. & ſeq.* In Græcia per id tempus, res parùm quietæ fuerunt, Bulgaris & Romanis contra Græcos, Græcis contra Venetos, Venetis contra illos & Genuenſes certantibus, & rem Chriſtianorum Turcis per diſcordias mutuas, dedentibus. Conſtantinus Tæchus Bulgariæ Princeps, qui ſibi Ioannis, à Michaele excæcati pueri ſororem, in matrimonium aſſumpſerat, contra Palæologum arma infeſta per id temporis intulerat. Ioannes Sebaſtocrator, Michaelis Deſpotæ Epiri filius, levitate quadam ingenii adductus, contra eundem Michaelem, præter alios Comanis accitis, præter omnium ſpem omnia labefactabat, & fœdiſſimè pervertebat. Comani enim per ſummam petulantiam omnia fana, omnia monaſteria ſpoliabant, & impunè cremabant, ac ſacris, ut profanis, cum aliis, tum Divorum imaginibus loco menſarum utebantur. Inſuper ſine ullo metu omnia faciebant, quæ hominum impiorum conſuetudo perpetrare ſolet. Veneti quoque, ſive ut Aegæi maris inſulas tuerentur, ſive ut acceptam recens ignominiam ulciſcerentur, magna claſſe comparata, cùm omnia Palæologi loca infeſtarent, tum Græcos tum Genuenſes eorum confœderatos

[illegible] excitaverunt, & cædibus mutuis variâ [illegible] invicem graſſati ſunt: maximo interim damno rei Chriſtianæ. Turcæ enim cùm à Scythis pellerentur, & Chriſtianos inter ſe dimicantes aſpicerent, Romanos pellebant; & quã [illegible] erant adverſus Scythas, tam fortes contra Romanos extiterunt, ut Scytharum incurſio non calamitatis cauſa, ſed ſummæ felicitatis occaſio illis eſſet. Nam & è Paphlagonia, & è Pamphylia irruebant, Romanas provincias populabantur, ingenti dolore Vrbani Papæ. Perſcripſerat is iſta omnia, Ludovico Regi Galliarum, eumque ad ſubſidiá Conſtantinopolitano Imperio ferenda vocavit, tum deindè Legatum ad Genuenſes, ut eos à ſocietate Palæologi contra Venetos inita averteret, deſtinavit. Deinde ad Michaelem Palæologum, Imper. Orientis, quatuor ex fratribus Ord. Minorum miſit, qui eum ad unitatem fidei Catholicæ, & ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ adducerent, atque a perſequẽdis reſiduis Chriſtianorum Latinorum averterent: & ad extremum, ad paciſcendum cũ Guillelmo Arduino Principe Achaiæ inducerent, opportunum adfuere Pontificis Apocriſiarii.

9. Michael Palæologus, Imperio adepto, imprimis filium Andronicum conſortem Imperii renunciavit, ut haberet aliquem, quem barbaris opponeret. Magnaque tunc enituit pietas Andronici. Sancto enim jurejurãdo, ſe Patri aſtrinxiſſe Dei Eccleſiam piè veneraturum, ejusque privilegia modis omnibus culturum, & inviolata conſervaturum eſſe. Poſteà, ſe vitam & Imperium Patris ſui expertem inſidiarum, uſque ad ejus obitum, pro virili cuſtoditurum. His

per[illegible], omnis Romanus populus, uſ[illegible] [illegible] Andronico novo Imperatori [illegible] [illegible]archa verò & collegium ſacerdot[illegible] [illegible] ſuum perſcriptum in ſacro C[illegible] [illegible] & ſucceſſores ſuos, eius [illegible] [illegible] os pro[illegible] Pater au-[illegible] per [illegible] ſubſcribere rubris literis [illegible] [illegible] & i[illegible]ctione, ſed, [illegible] *Chr[illegible] gratia Imperator Romanorum.* Con[illegible]or e Imperii [illegible]ichael allecto, animum quoque ad aſſentiendum poſtulatis, iis quæ de fide fuerant, Vrbani Pontificis, adjecit. *Gregoras lib.4. Bzovius, d. lo.* Notatque Cantacuzenus, *lib.1.hiſt.c.2* hanc conſuetudinem à temporibus Michaelis ex Palæologis primi Imperatoris introductam eſſe: ante illam ſiquidem ætatem, Imperatoris filio non jurabatur: neque eum inſignibus Imperatoriis cohoneſtare licebat, niſi patre jam lumine caſſo, imperialis ad eum potentia, citra controverſiam devolveretur.

10. Hic porrò Michael, invaleſcentibus Turcis, ad ſedem Romanam confugit, & unionem utriusque Eccleſiæ poſtulavit. *Bzovius, An. Chr.1263.num.3.* Ac Anno Chriſti 1276. Johannes 21. P. M. Legatis in Græciam miſſis, id effecit, ut Michael Palæologus, cum Andronico filio profeſſionem fidei Romanæ, & etiam Primatum Pontificis Romani, datis literis teſtarentur. *Bzovius, d. A. num.3.* Sed cum Michael ſe conjungeret Petro Aragoniæ

Regi,

Regi, & eum in Siciliâ occupanda juvaret; à Martino 4. P. R. anathemate perculſus fuit. *Niceph Gregor. lib. 5.* De excommunicatione Mich. Palæologi, ità Bzovius *A. 1281. num. 11.* Cùm Martinus 3. P. M. intellexiſſet, Michaelem Palæologum, Græcâ fide cum Romana ſede egiſſe, & tum fidem ex concilio Lugdunenſi ſibi præſcriptam ejurâſſe, tum ab obedientia Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ ſeceſſiſſe, tum ſchiſmate, ſe & Conſtantinopolitanam, ac reliquas Orientis Eccleſias præcidiſſe, atque ex fraude & dolo, exercitum Caroli profligâſſe, authoritate Pontificiâ, anathema maranatha illi dixit. Ubi etiam excommunicationis Pontificiæ tenor refertur.

11 Cauſæ autem, cur Michael Imp. unionem quæſiverit Eccleſiæ ſuæ cum Latina, variæ fuerunt, eaque de re ita idem Bzovius *A. C. 1271. n. 5.* In Oriente, necdum omnia planè quieta hoc anno, à Balduino ſecundo, adhuc in aliquo Græciæ angulo ſuperſtit, fortunamque tentante. Is nihil boni mente augurans, filium parvum, procul à periculis, pelliſque expectatione ſeponendum ſtatuerat, nec cum eo aurum: quod irritamentũ ſerè illecebraq; ingens cupiditatis, præmiumque ſcelerum, ac interdum cauſa adoleſcentulo cuſtodibus, quorum fidei crediti a parentibus fuiſſent, necandorum. Cæterùm ut longè majo-

res pecunias ſibi ad bellum gerendum compararet, quam maximas potuit à Brugenſibus quibusdam ditiſſimis Mercatoribus mutuatus. Eidem eorum, quibus filium commendabat, ſibi pignore devinxit, eidemque puerum alendum tuendumque dedit: illum ex vectigalibus, quæ in vetere patria Francia Flandriaque, ex agris oppidisque ſuis perciperet, id nomen diſſolutarum. Pecuniis ad eum modum conquiſitis, nova etiam affinitate vires augere conatus eſt. In Italiam namque venerat, ibique cum Rege Carolo congreſſus, illius filiam ſuo filio deſpondit, promiſsâ in dotem, quam perdiderat, Conſtantinopoli, ſi illius opibus in bello adjuvaretur. Carolus igitur hoc promiſſo inflammatus, nihil jam exiguum de ſumma rerum agitabat, ſed totam Iulii Cæſaris & Auguſti Monarchiam ſomniabat, ſi Conſtantinopoli potiretur. Erat enim vir non acri modò ingenio, ad prudenter cogitandum, ſed etiam ea, quæ decreviſſet, ſtrenuè exequebatur. Et paucis ut dicam, animi vigore, præſtantique ſapientiâ, quàm plurimos Principum longo intervallo ſuperabat. Ad eum porrò conatum & Conſtantinopolis infirmitas multifariam divulſæ & dilaceratæ, quæ multum temporis ad inſtaurationem & confirmationem poſtularet, inſtigabat, & Imperatoris in rebus novis excogitandis ſolertia, & ſumma in negotiis conficiendis celeritas. Hæc ſanè permoleſta erant Palæologo, ejusque rationes turbabant, & magnum illi terrorem incutiebant, cùm videret Carolum terreſtribus & navalibus copiis ad ſe opprimendum feſtinare, atq; ferè in extremum diſcrimen ſe adductum iri. Non defuit tamen ſibi

ſibi Michael, ſed & quoſdam Siculos, & Saracenos, & Venetos ad bellum illi faciendum concitavit. Artaxerxem illum imitatus, qui Ageſilai Spartani impetum reformidans, Thebanum Epaminondam, Pelopidam, cæteroſque Græciæ Principes ad bellum ei inferēdum impulit, prudentique conſilio cavit, ut priuſquam inſigni ab illo clade afficeretur, cum illo potiùs peſſime ageretur. Cæterum Carolus, quamvis a Palæologo [illegible] & oppugnaretur & repelleretur, tamen ſe non eſſe quietum præ ſe ferebat, tum viribus exercitus ſui, tum pecuniarum copia fretus. Proinde Michael tot difficultatibus circumventus, & penè ad deſperationem compulſus, cum Theobaldum recens electum Pontificem audiſſet, Legatos ad ſedem Apoſtolicam miſit, de ineunda veteris & novæ Romæ concordia Eccleſiarum, modò Caroli expeditionem averteret.

12. Certè Vrbanus etiam IV. ſumma ope niſus fuiſſe dicitur, unionem Orientalium & Occidentalium procurare, eoque nomine Apocriſiarios ad Michaelem Palæologum miſit. *Bzovius, A. 1264 n. 1.* Iſque, ut artes ſuas tegeret, Legationem ad Clementem IV. miſit, ſeque in omnibus promptum obedientemque Clementi futurum præ ſe tulit. Cæterùm cùm Pontifex illum cum Manfredo, contra Carolum conſpiraſſe, nihilque aliud curare, quàm ut Balduinum ex angulo Græciæ, in quem ſe receperat, expelleret, Carolique vires, qui per id temporis affinitatis titulo eum juvare volebat, adeoque fortè ad Imperium Conſtantinopolitanum aſpirabat, di[illegible]et, non omninò ignoraret, illi fraudulentam cum Manfredo nuper cæſo conſpirationē,

& amicitiam, ac fœdera exprobavit: ſimulque admonuit,ut manifeſtum faceret, ſi vellet mandatis ſedis Apoſtolicæ obedire,ad unitatem Eccleſiæ unà cum ſuis ſubditis redire,fideique formulam,quam ille ex more priſco miterat, aperte profiteri. *Bzovius,A.C.1266.n.9.* Non item infelici ſucceſſu mortuo Clemente,Apocriſiarii Gregorii Pontificis, Conſtantinopolim deſtinati, adierant. Nam Michaeli Palæologo Orienti Imperatori,& genti illius perſuaſerant, id quod deſideraverant: ſecumque XI. ex proceribus ad pontificis pedes, & ad Concilium Lugduni indictum,cum maxima omnium lætitia perduxerant. Jubebat Gregorius Carolo Regi Siciliæ, ut venientes benignè exciperet, literasq; publicas ſecuritatis publicæ, illisque quæcunque cuncti bus concederet. *Bzovius,A.C.1273.n.1.* Et Ann. 1274. convenerunt Lugdunum quingenti circiter Epiſcopi,Abbates ſexaginta,& alii Prælati innumeri.Interfuére & Apocriſiarii Michaelis Palæologi Imperatoris Orientis,atque Patriarchæ Conſtantinop. cum aliquot proceribus Eccleſiæ Orientalis, omnes num.40. Advenerat & Balduinus ſecundus Latinorum Oriental.Imp. & aliquot Legati Regum, Principum, atque Inſuper Tartarorum. Ab Imp.Conſtantinop.venit Germanus ipſius Palæologi nutritius, qui patriarchali ſedi præfuerat, & cænobio Monachorum ſeſe addixerat.Huic adjuncti ſummæ auctoritatis viri, Georgius Acropolita magnus Logotheta,& Theophanes Metropolita Nicææ, Bithyniæ Primas. Hi inprimis literas Michaelis & Andronici Imperat. ad ſummum Pontificem ſcriptas protulerunt, in quibus uterque Apocriſia-

[illegible] Apoſtol. ſe benignè ſuſcepiſſe atque [illegible] audiviſſe aſſeverabat. Profitebantur deinde ambo, fidem Catholicam Rom eſſe ve[illegible] formam credendi: Romanum autem Pon[illegible] & verum caput eſſe, totius Eccleſiæ DEI Orthodoxæ: Romanam verò Eccleſiam, matrem & magiſtram eſſe omniũ Eccleſiarum. Inſuper ſeptem Eccleſiæ ſacramenta agnoſce[illegible], fidemque Romanam ſe in poſterum am[illegible]pl[illegible] ac credere, Romanam vero Eccleſiam perpetuò veneraturos promittebant, ſpondebant, & ſacroſanctè jurabant. Sancitis iis, quæ ad fidei confeſſionem & unitatem Eccleſ. ſpectabant, Orientales, facris Pontifice in Eccleſia operante [illegible], ſymbolum Fidei, cum additione, QVI EX PATRE FILIOQVE PROCEDIT, in confirmationem omnium, quæ coram patrum conſeſſu dixerant, & ſubſcripſerant, maxima totius Eccleſiæ exultatione decantârunt: & ex manu ſummi pontificis, ſacram ſynaxin ſuſceperunt. Ad eum modum cum ſe Eccleſ. Rom. conjunxiſſent, reliqua facilè promiſerunt, atque à Concilio viciſſim obtinuerunt. Spoponderunt, utrũque Imper. in ſocietatem belli ſacri, contra Saracenos venturum, eam expeditionem tam Michaelem, quam Andronicum ſacramento approbaturum, atque ſanctè ſuſcepturum: ſi tamen pax ab omnibus Latinis utrique concederetur, & tum Philippi filii, tum Balduini ejus patris, Imper. Conſtantinop. tum Caroli Regis Siciliæ eorum finis, qui tres præpotentes, Orientali Imperio nimis imminere videbantur, impreſſio arceretur. Pax nomine omnium Principum a ſummo Pontifice illis conceſſa: Balduino & Philip-

po,ne quicquam moverent imperatû: Michaeli Palæologo & Andronico Imperium Occidentis decretum:nec non omnia, quæ unquam postulâſſent attributa.

13. Abſoluto Lugd. Concil. Michaelis & Andronici Imp. Apocriſiarii, ac reliqui Græcorum proceres, rebus ex ſententia animi confectis, in Orientem revertebantur. His Greg. Pont. ſuos Legatos adjunxerat, ut perfectam concordiam conciliarent, atque Græcis amplectendam unionem perſuaderent. Quatuor capita Legationis fuerunt, ex decreto Concilii præfinita. Primum, ut in ſacrorum voluminum hymnodiis, Pont. Rom. cum quatuor Patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ Curia major atque perfectior, nec non prima eſſet, appellare. Tertium, ut ſummo Pont. Romano principatus in omnibus deferretur. Quartum, ut proceſſionem Sp. S. æquè à Filio ut a patre, unà cum reliquis myſteriis fidei, atque Sacramentis Eccleſiæ, ex forma Eccleſiæ Rom. crederent, atque faterentur. Iam ad eum modum pacata & tranquilla omnia fore ſperabantur. Veruntamen gentis levitate atque inconſtantia, & Ioſephi Patriarchæ Conſtantinop. protervis & fallaciis, nec non ſummo Andronici ſcelere atque impietate, omnium hominum nequiſſima natio ad ingenium verſa, ſacra omnia fœdera religionis violavit, confudit ac perturbavit. Sanè Patriarcha Ioſephus, eâ concordiâ repudiatâ, ſede ſuá ceſſit: nec multò pòſt relicta urbe, ſe in Archiſtrategi monaſterium, ad Bosphorum contulit, ubi reliquum ætatis exigeret. His rebus ſacerdotum collegium concitatum, haud obſiſtente Se-

ſe ſe[illegible] non eſſe quieturum, plebemque ab Imperatoris illa concordia revocabat, Martyrii & coronarum tempus eſſe mentiens: ita ut magnus inde tumultus excitaretur, atque in atrocem tempeſtatem erumperet: & Imp. externis negotiis relictis, omne ſuum ſtudium ad res domeſticas transferre cogeretur, urbana pericula bellis externis graviora ratus. Erant enim non pauci à magiſtratibus etiam, qui decretis illius acriter adverſarentur. In eas igitur redactus anguſtias, duas ſibi patere vias arbitratus, ſumma neceſſitate nihil tertium admittente in præſentia, ut aut omnes ſibi aſſentirentur, aut hoſtium loco haberentur. Adverſariorum animos, principio verborum blanditiis, & comitate morum conciliare ſibi, & obnoxios reddere ſtudebat: cæptam eam eſſe rem, nullo ſtudio novitatis, ſed propter temporum difficultates. Eſſe autem prudentiæ, impendentes præcavere calamitates, & ſi quid ad graviora mala avertenda novandum ſit, non eſſe cunctandum. Si enim hoſtes adventarent, urbe adhuc multis in partibus lacerata, modoque inſtaurata, & velut è multiplici ducum morte reviviſcente, pręſentia mala graviora futura ſuperioribus, ac Dominos fore hoſtes non tantum ſacrorum, ſed omnium ſimul, liberum, conjugum & rerum: quorum Domini vi abrepti, libertate cum ſervitute commutatá, non corporibus tantùm, ſed animis etiam, hoſtium ſequi voluntates cogerentur. Id etiam reliquum fore, ne quis mores patrios, ac vetera inſtituta tueretur: imò ut ſacræ leges & ſanctiones, expeditiſſimè, & depravarentur, & everterentur. Quæ cum ipſe prævideret, neceſſitati parere haud re-

cuſâſſe:exiguumque damnum,quod prudentiæ munus ſit, magno emolumento poſthabuiſſe, minoraque adverſariis, ut majoribus potiretur, conceſſiſſe. Hac ad politiam compoſita oratione,alios commovit Imp.,alios non item. Unde ſuaſione omiſsâ,viam alteram ingreſſus, & poteſtate uſus eſt,cujus variæ rationes fuerunt,publicationes bonorum,relegationes,cuſtodiæ,excæcationes, flagra, mutilationes, omnia denique,quibus virorum fortium & mollium animi explorantur. Ac quorum ſtudium impetu ferebatur, ii pertinacibus animis omnia tolerabant & perpetiebantur, quæ poteſtas Imperatoria inferebat. *Pachym. l.5.A.C.1275.n.1.* Maxima vero pars veri judicii expers, fex plebis, & circumforanea turba,ſemper novis rebus gaudens,aſperis velut in ſcena pelliis induti, ubique terrarum ſparſim & palam vagati ſunt, ubi Chriſtianos eſſe audiverant: in Peloponneſo, inquã, Achaia & Theſſalia, & Colchide; ubique denique gentium extra ditionem Imperatoris: neque univerſalem pacem conſervare volentes,neque inter ſe; ſed alii aliis nominibus aſcitis, partim Arſenii aut Ioſephi patriarchæ ſectam profitendo, partim alia jactitando, tempus terebant, plerique & decipientes & decepti. Nec enim deerant, qui oracula in viis & urbibus, quaſi modo à Deo inſpectu reverſi, cantarent: lucri utique cauſa, & ad implendos ſaccos, qui eam ipſam ob rem in eodem habitu perſeverârunt: nec poſt Eccleſiæ inſtaurationem,vitæ ratione mutata. *Niceph. Greg. 5.lib.*

14. Ad recens etiam tùm creatum Pontificem Nicolaum III. Imperator Nuncium miſerat, ac li-

ac literas unà cum Andronico filio perſcripſe-
rat, in quibus Romanæ Eccleſiæ fidem, & formula
[illegible] profitetur, primatum ſedis Apoſt.
ſuper omnes Eccleſias agnoſcit, obedientiam to-
ties & præſertim in Concilio Lugdun. promiſ-
ſam pollicetur, juramentumq; ab Apocriſiariis
in conſeſſu Concilii nomine ſuo datum confir-
mat. *[illegible], ad an. 1278. n. 4. in fin.*

15 De concordia verò Palæologi cum Lati-
nis vide Gregoras, *ad fin. lib.* [illegible] Nec deſunt, qui eum
afflicto animo, & perpetuò turbatâ conſcientiâ
fuiſſe dicant, ob innovatum dogma: quod cō-
amplexus fuerat, ut Imperium ad liberos ſuos
propagaret, à quibus id ſcilicet honoris ei eſt
habitum, ut ne Imperatoria quidem ſepulturâ
donaretur, Eccleſiæ ſanctiones patriæ pietati lō-
gè præferentibus. Meā verò ſententiā, is pruden-
tiſſime rebus ſuis conſulet, qui primum ſuapte
cauſa, optima quæque amplexus fuerit, deinde
liberis etiam, & cognatis ſuis proſpexerit. Qui
verò toto animo incertam glorioſam aucupa-
tur, & iis caſibus, qui animum obruunt, nec con-
ſtantiæ quicquam habent, ſe ſubjicit, & jucun-
diſſima optimis, ſive ſuâ ſive ſuorum cauſâ an-
teponit, is mi[illegible] mihi videtur, tum ob temerita-
tem, tum propter inane ſtudium: quòd præter
Deum ejus voluntati & conſiliis adverſante, è
veſtigio etiam evidenter alia, quàm ſperarat, ex-
peritur, & in extremas miſerias præcipitatur.
Ecce enim is, de quo nunc agimus, vir alioqui
prudens, & in rebus gerendis fortunatus, clari-
tate liberum victus, oſtendit ſatis verum eſſe,
quod Plato dixit, amorem eſſe cæcum. Nam cùm
omnes & de ſe, & liberis curas in Divinam pro-

videntiam rejicere debuiſſet: ille ceci inſtar, dum amori liberum ſuorum indulget, imprudens à ſummo principatu in calamitatum barathrum ſeſe præcipitavit: idque conſecutus eſt, ut vulgò eum execrentur. Nam cùm Deus imperium illi indè ab infantia deſtinâſſet, ut variè multiſque locis declaratum eſt: ſi animi puſillanimitatem nonnihil moderatus eſſet, & lingua à falſo omni perjurio, & manus à cruore cohibuiſſet, neque omninò ad peregrina & aliena ab Eccleſia dogmata deflexiſſet, longo intervallo ſuperiores Imperatores etiam laudatiſſimos ſuperaſſet.

16. Verùm Anno 1283. Michael Palæologus Imp. Orientis, præter ſpem ſuam, defunctus eſt. Nam cùm prope Lyſimachiam, juxta pagum, qui inter Pachomium & Allagem (locorum hæc nomina ſunt) ſitus eſt, verſaretur, ibique Scythicum exercitum inſpiceret, militareque Duces delectos, quid agendum eſſet, admoneret, morbo cordis correptus eſt, qui brevi mortem denunciaret, ac Medicorum omnia judicia confunderet & turbaret, & artis præſidia aſpernaretur. Ferunt & ipſum, mortis metu eos, qui adſidebant, percontatum, quo nomine locus ille vocaretur. Cùm verò Pachomii & Allages nomen audiſſet, cum alto ſuſpirio dixiſſe: Hic ſibi vitæ finem inſtare, vitæque mutationem fato decretam eſſe, & ſeipſum graviter accuſâſſe, quòd non ita prudenter honeſtum quendam virum, nomine Pachomium, excæcâſſet, propterea quòd vulgò ferebatur oraculum de Imperatore, ſub vitæ mutationem Pachomium illi ſucceſſurum, quo deceptus, & Imperii cupiditate amens, Pachomium Imperio inutilem efficere feſtinârat. Andronicus Imp. ejus

filius,

filius, quamvis morienti adfuiſſet, patrem tamen Imperatoriâ ſepulturâ adeò non honoravit, ut ne quidem plebejâ ſit dignatus: prætterquam quod juſſit, ut noctu pauci quidam cadaver, procul à caſtris abductum multâ terrâ obruerent, id modò cavens, ne Imperatorium cadaver à feris diſcerperetur. In causâ erat, quod dum viveret, à Græcanico dogmate, ad Eccleſiæ Romanæ doctrinam deſciviſſent: quod factum filius à Latinis deſciſcens, etſi patrem adamabat, & pietate filios omnes atque obſervantiâ ſuperabat, ex animo oderat. Vnde ſuſpicio non modica eſt, Michaelem in extremo vitæ, opinionis, ad quam paulò antè redierat, pœnituiſſe, & ſecundo Eccleſiæ Rom. conciliatum, in unione diem obiiſſe; *poſt Nicephor. Gregor. Bzovius, d. A. num. 11. & ſeq.*

17. Claruit hæcce circa tempora NICETAS ACOMINATVS CHONIATES, vir dignitate in Conſtantinop. Imperio illuſtris, qui ſui temporis hiſtoriam magno judicio ſcripſit, crebris & opportunis monitis inſertis; author, quem Magnus Lipſius Politicis omnibus fideliter commendat. Floruit etiam hæcce circa tempora GEORGIVS LOGOTHETES ACROPOLITES. Chronicon is ſcripſit Conſtantinopolitanum, quod continet Hiſtoriam Annorum 58. nempe ab Anno CIↃ CCIII. quo Balduinus Flander Conſtãtinopolim cepit, usq; ad Annumm CIↃ CCLXI quo Michael Palæologus Conſtantinopolim eripuit Balduino ſecundo, atque iterum Imperium Græcis vindicavit. Scriptorem hunc nobiliſſimi Iani Duzæ filiis, Georgio & Theodoro, debemus: quorum

ille

illè Conſtantinopoli eum advexit: hic poſt obitum fratris, cum interpretatione & notis, in lucem edidit. Vixit etiam illo tempore NICEPHORVS PLEMMIDES, qui teſte Gregora *lib. 3.* Patriarchatum recuſavit, cujus etiam ſcriptis, magnus Eccleſiæ Chartophylax Beccus, imperante Michaele Palæològo, mutatus, & ex Græcanicorum dogmatum acerrimo propugnatore, Latinorū aſſecla factus fuit: Teſte Niceph. Gregorâ, *lib 5.* qui inter alia ita ſcribit. His temporibus Magnæ Eccleſiæ Chartophylax erat Beccus, excellenti vir ingenio, & in doctrinæ ſtudiis ab ineunte verſatus ætate: præterea tantis naturæ donis ornatus, quantis quisquam alius illius ætatis. Nam & proceritate corporis, & majeſtate vultus, & facundiâ, & ubertate atque acumine ingenii, omnes ad res apti, aliisque dotibus præſtabat. Quibus id erat conſecutus, ut & Imperatoribus & principibus, & omnibus eruditis venerabilis, atque illuſtri apud eos fama eſſet. Qui cùm Imperatorio decreto acriter adverſaretur, Imp. nihil nō tentavit, tam per ſeipſum, quàm per alios eruditos, ut eruditis & legitimis rationibus eum adduceret, ut decreto aſſentiretur. Verùm ille ingenii acumine, & copia orationis animos commovèbat, eorumque argumenta, veluti Penelopes telam, retexebat. Nam in Græcarum literarum doctrina erant, qui illum ſuperarent: ſed acumine ingenii, & eloquentia, & Eccleſiaſticorum dogmatum uſu, omnes cum illo collati, pueri videbantur. Eâ ſpe fruſtratus Imp., aliam viam init, eumque, & omne fere genus ejus, in teterrimos carceres conjicit. Quibus peractis, tandem in mentem venit Imperatori,

can-

eandem rem à Latinis, ante annos 25. Ioanne Duca rerum potiente, agitatam fuiſſe: ac tum doctum extitiſſe virum Nicephorum Blemmidam, divinarum literarū peritiſſimum, qui cùm ſe in otium contuliſſet, multa è ſacra ſcriptura teſtimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viderentur, colligere ac conſcribere cæpiſſet: clam ille quidem, infamiæ metu, ſed tamen ſcripſiſſe quædam. Quæ tum Imperator Beco miſit, quibus ille perlectis, ſanctorum libros, e quibus Blemmides ea collegerat, prudenter admodum poſtulavit: iisque lubentiſſimo Imperatore acceptis, in eo occupabatur, ut diligenter illos legeret, expenderet, ad verbum conferret. Itaque brevi tempore eum teſtimoniorum acervum coegit, quæ interea volumina complere poſſent: & qui dudum acerrimè Latinorum adverſabatur, mutata ſcientiâ, victoriā faceret ambiguam. Extat autem Blemmidæ Epitome phyſica & Logica, à Ioanne Wegelino Auguſtano in Latinum converſa.

Michael Palæologus Latinos Conſtantinopoli pellit. 1.

Bella civilia Latinorum, & Imperiorum rite firmandorum ignorantia, iisdem Regnum Græcum eripit. 1. 2. 3. 4. 8.

Palæologus, etiam per Tyrannidem, & oppreſſionem verorum ſucceſſorum, patriam ab externo jugo liberat, ſuiſque ſat longum Imperium parat: cujus tamen non tuta tranquillitas, & miſerrimus finis fuit 2.

Tutel[illegible] Imperium, pupilli periculoſum. 3 4.

Præ[illegible] [illegible] &c. interdum juvant ad res innovandas [illegible] capta, & ſuppoſita. 4.

Arcana [illegible], quæ novum Imperium afflictant, non [illegible]. 4.

Novo & injuſto Imperio, ſæpe etiam Eccleſiaſtici, a-

liique

liique probi viri, qui talem mutationem ab[illegible] non approbârunt; poſteà tamen favent. 4
Quam levi occaſione, & quàm exiguis viribus Latini a Graciâ fuerint pulſi. 5.
Cùm Imperium eſt convertendum, omnia eò [illegible] & manum præbent. 5.
Imperium externum, non ſua vi nixum, etiam[illegible] duraverit, facilè tamen evertitur, à veteribus, [illegible] Dominis, ope indigenarum 5
Facies Conſtantinopoleos, tempore abitus Latinorum. 6
Vera Tyranni de, poſt longam ſimulationem, Imperium occupat Palaeologus. 7.
Diſſidia Latinorum, præſertim Genuenſium & Venetorum, Genuenſiumq; cum Palaeologo fœdus, Latinorum [illegible] Græcia perit. Horumq; omnium varia [illegible] arma in orbem Chriſtianum quaſi importârunt. 8.
Andronico, filio Michaelis juratur vivo patre. 9
Mich. Palæologi concordia cum Latinis affectata: [illegible] eam tùm impedierit. 10. 11.
Quid Balduinus contra Palæologum, ſed fruſtrà tentârit. [illegible]
Carolus Neapoleos Rex, ſe contra Palæologum comit[illegible]
Fides concordiæ, in Concilio Lugdunenſi, inter Latinos & Græcos facta. 12.
Varia diſſidia & tumultus, Conſtantinopoli, & in [illegible] qua Græcia, ob concordiam cum Latinis fa[illegible] orta. 13.
Mich. & Andronicus Palæologi, denuò Eccleſiæ Latinæ ſe conjungunt. 14.
De concordia Latinorum & Græcorum, quid ſentiat Nicephorus. 14.
Religionem ſivè veram, ſivè falſam, ob ſtatus rationem introducere, vel abolere, non tranquillam conſcientiam reddit. 15.
Liberorum commodum corporale, ſaluti propriæ animæ, non eſt anteponendum. 15.
Mors Palæologi & ſepultura. 16
Fatalia loca, evitari nequeunt. 16.
Nicetas Acominatus Choniates, Georgius Logotheta, Nicephorus Plemmides, claruêre. 17.

Andro-

XLII *Andronicus Palæologus Senior dictus.*

Anno Chriſti. 1283.

MOrtuo Michaële Palæologo, filius Andronicus ſecundus ſucceſſit. *Nicephor. Gregor.* qui & jam ante patris mortem, Imperium (ut & ſuprà dixi) adeptus erat.

2 Is autem concordiam cum Latinis à Patre factam minimè ſartam tectam conſervavit, qua de re ita Cuſpinianus: Adronicus Palæologus, filius Michaelis, ex tribus maribus natu maximus, poſt patris obitum imperare incipit. Qui cùm mortuum patrem à Calogeris ſacerdotibus, & monachis ejus gentis vidiſſet ſepulturâ prohibitum, quòd Occidentalibus in Concilio Lugdunenſi conſenſiſſet, rurſus ad Græcanicam ſectam revertitur: unionem in paternæ injuriæ vindictam conſervaturus, ac libenter Eccleſiæ Latinæ ob eam cōtumeliam adhæſurus, ſi Rom. Pontificis auxilia tunc parata habuiſſet: quod poſtea facere & abnuit & recuſavit. Bzovius, autem *Anno 1283. num. 17. & ſeq.* de turbis hiſce; ita loquitur. Succeſſit Michaeli in Imperio Orientali, Andronicus Palæologus, fidei, quam in Concilio Lugdunenſi juraverat, deſertor. Hinc bellum Eccleſiaſticum contra Latinos ab adverſa factione renovatum eſt, Imperatoris obitu occaſione data. Andronico neceſſe erat in urbem profecto, patris obitum matri Theodoræ renunciare, publicumque de more luctum indicere. Itaque cada-

cadaver Michaelis Imperatoris, in urbem Selybriam deportari juſſit; veritus, ne id Latini lætarentur. Ipſe Byzantium rediit, juſtisque peractis, in perturbando Eccleſiæ ſtatu, ante omnia laboravit. Proinde caduceatoribus & edictis quolibet miſſis, Græcanici ritus revocari nunciabat, & qui propter ſchismatis ſtudium exulabant, aut malè tractati fuerant, eos revocabat.

5. Intereà Iohannes Becus Patriarcha Orthodoxus, ſede clam relicta ſucceſſit, ſeque in Pannachranti monaſterio pietatis causâ conclusit: veritus etiam, ne in hac ſubita mutatione à nonnullis diſcerperetur. In ejus verò locum ſtatim ſuffectus eſt Ioſeph, qui à Michaele ſummotus fuerat, morbo & ſenio confectus, & morti proximus. Tunc autem maxima confuſio in Orientali Eccleſia eſt exorta. Nam exindè, eò populus eſt redactus, ut in binas & ternas ſectas ſcinderetur: quorum illi Ioſepho, alii Arſenio, olim mortuo, niterentur, & per multa diſſidia alterutri à ſe diſſiderent: qui autem Iohannem Beccum ſequebantur, utriq; factioni multa crimina objicerent. Itaque Ioſephus cedere coactus eſt. Factionum porro Principes inter ſe rixabantur. Imperator neutros offendere volens, Atramytium utriusq; factionis Proceres convenire juſſit, eique Eccleſiæ Georgium Cyprium, ex Monacho Patriarcham præfecit. Cavit tamen, ne à quoquam manus eis imponeretur, qui Latinorum dogmata amplexi fuiſſent. Is itaque ab Andronico Patriarcha deſignatus, paſtorale pedum in Imperatorio ſuggeſtu, ab eodem Imp. porrectum, à Mozylone autem & Debreno, Græcanici ritus Epi-

Epiſcopi, ſacerdotii reliqua accepit. Mira tunc res Atramytii accidit. Cùm enim illic factioſi convenissent, Græcis poſt multa verborum certamina placuit, ut utrorumque opiniones, unde magnæ illis contentionis rationes germinâſſent, Autorum libris inſcriberentur, ac DEO judicium per ignem & miracula committerentur. Cùm autem per totam noctem ſtetiſſent, & DEVM ſedulò deprecati eſſent, in ipſo magno Sabbatho libros in medio templo in ignem conjecerunt. At utraque ſanè factio ſperabat, ſuum codicem inviolatum permanſurum. Sed vana ſpes illa fuit. Ignis enim utrumque complexus, ſtatim in cineres redegit, idque DEI judicium fuit, & deriſus eorum omnium conatus, qui Eccleſiam variis ſchiſmate & turbarent, & turbatam dividerent. *Hæc [illegible], ſupra dicto loco.* Quas item turbationes cum Imperio exceperit Andronicus, ita Nicephoris Gregoras narrat *lib 6.* Cum Andronicus in Imperio patri ſucceſſiſſet, magno tumultu plena erant omnia. Hinc enim bellum Eccleſiaſticum ab adverſa factione renovabatur, Imperatoris obitu occaſione data. Imperatori autem neceſſe erat, in urbem profecto patris obitum matri Theodoræ renunciare, publicumq; de more luctum indicere. Iraque cadaver Imperatoris in urbem Selybriam deportari juſſit: ipſe Byzantium rediit, juſtisque peractis, in componendo Eccleſiæ ſtatu ante omnia elaboravit. Quod conſilium patre ſuperſtite ſedulò diſſimulatum, per occaſionem protulit, & quis eſſet, oſtendit. Proinde caduceatoribus & edictis quolibet miſſis, Eccleſiæ correctionem nunciabat: & qui Eccleſiæ ſtudio exulabant, aut malè tractati fue-

fuerant, eos revocabat. Interea Beccus ſede cum relicta, recedit, ſeque in Panachranti monaſterio concludit; veritus, ne in hac ſubita mutatione à nonnullis diſcerperetur. In ejus verò locum ſtatim ſuffectus eſt Ioſeph, qui loco illi ceſſerat, morbo & ſenio confectus, & morti proximus. Enimverò cùm Diabolus, in ſacris literis, hujus mundi princeps appelletur, terrenarumq; rerum moderator, arcano conſilio DEI connivente: probabile eſt, eum res, quæ hic geruntur, e veſtigio perſequi: & quæ prorſus depravata ſunt, ſibi prorſus vendicare: ex optimis autem portionem qualemcunque decidere, more hominum, qui provinciam aliquam ſortiti, habitatoribus tributum, & annuum vectigal imponunt. Iniquiſſimè enim ſecum agi exiſtimat, qui princeps mundi vocetur, niſi eorum, qui terram incolunt, partim dux & dictator, partim ſocius ſit, quatenus liceat. Tum autem, cùm Imperatorem à propoſito conatu avertere non poſſet, alio pacto confuſionem effecit, & pulchram illam concordiam tempeſtate diſſenſionum turbavit, ac novam illam feſtivitatem infeſtam reddidit: Eridem illam imitatus, quæ pomum contentionis in Thetidis & Pelei nuptiis projecit; undè poſtea magnæ & hoſtiles flammæ exortæ ſunt, ut fabularum parentes poetæ tradunt: ac potiùs lupos, qui grege priùs diſſipato, facilè nonnullas oves abripiunt. Nam eò redegit populum, ut in binas & ternas ſectas ſcinderetur, quorum alii Ioſepho Patriarchæ, alii Arſenio olim mortuo niterentur: quo Ioſepho ſacris interdictum dicerent, quòd ipſo vivo ſedem occupâſſet: illis reclamantibus, canonicè depoſitum eſſe Arſenicum a toto Ponti-

ficum

ſcum conſilio: alii utrique factioni alia crimina objicerent. Itaque Ioſephus duabus de cauſis cedere eſt coactus, tum ut paci eorum, quibus moleſtus erat, conſuleret: tum quod Patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo & ſenio exhauſtis. Factionum porrò principes inter ſe rixabantur, linguas contra ſeſe non ſtudio religionis, ſed iracundiæ impetu acuentes. Nam religionis ſtudium à ſuperna potentia pendet, divinaque & concinna quadam ratione gubernatur. Qui vero mentis ſuæ fores obſcurationi aperiunt: hi non animadvertunt, ſtudium ſuum in odium, & ſi dicere liceat, Zelum in ſcelus eſſe converſum, & pro frumento, ut ita dicam, & uva, cæteriſque bonis fructibus, ſpinas & lolium extitiſſe: quæ non aliud ſunt, niſi lites ab animo, non ſatis inſtituto proficiſcentes, & adverſariarum orationum certamina.

4. Porrò A. C. 1293. Andronicus, contra fratrem ſuum Conſtantinum Porphyrogenitum, malevolorum ſuggeſtionibus in ſuſpicionem adductus, quaſi is Imperiū occupare moliretur; eum incautum apud Nymphæum Lydiæ, cum recens ducta uxore commorantem, magnâ manu invadens, unà cum Michaële Strategopolo comprehendit: atque hos, quocunque pergeret, vinctos circumduxit, veritus ne matris Theodoræ operâ Porphyrogenitus elaberetur. Interim his duobus (qui virtu-

virtute ſuâ ſingulari, Turcas à Romanis finibus facilè arcebant) ita ſemotis hoſtes jam nullo prohibente, Meandrum fluvium magnâ multitudine transgreſſi, omnia depopulari cœperunt. *Nicephor. Gregor. lib. 6. Bzovius, d. A. num. 2.*

5. Hoc ſub Imperatore Turci (quos ſub Conſtantino Monomacho, inclaruiſſe dixi) occupatam Aſiam Minorem, in ſeptem ſatrapas partiuntur. Ex hisque unus, Ottomanus nomine, cui ſortitò Bythinia obtigerat, reliquas ſibi magnâ ex parte ſubjecit: & circiter A. C. 1300. Ottomannici Imperii fundamenta jecit: quod ipſe 28 annis, magnâ cum prudentia & felicitate adminiſtravit. *Chalcocondyl. lib. 1. Bzovius A.C. 1310. num. ult.*

6. Andronicus autem, adverſus Turcas (quorum principes, Carmanus Aliſurius, Sarchanes, Calames, Ceraſus, Atman, qui & Ottomanus, Amurique filii, provincias Aſiaticas, Græcis ademptas, inter ſe partiti ſunt) accerſivit ex Hiſpania Catelanos, Ronzerio Duce, magnis promiſſis præmiis, ſi Turcos à Græcorum finibus arcerent. Cum autem re, contra Turcos feliciter geſtâ, non numerarentur eis ſtipendia de quibus convenerat, converſis in ipſos Græcos armis, Aſiam depopulati, [illegible] in Europam [illegible] runt. Cumque Callipoli occupata, Ronzerium Cæſaris honore prius ab Imperatore ornatum, ad poſtulan-

[illegible] ſtipendia ſua Oreſtiade, ubi Michaelus [illegible]nici F. Imperator deſignatus, id temporis [illegible]t, ablegaſſent: juſſu Michaeli, Ronzerius ad ipſam regiam, Græcis à militibus eſt interemptus. Qua cæde nunciatâ, Catelani ſeſe bello parare, Græcorum bona diripere, Thraciam pervagari, Michaelum aperto prælio, ad Apium oppidum hoc in Thracia nomen eſt, ſternere, victoria freti, Macedoniam invadere, ſuperatisque montibus & convallibus, quæ Tempe nuncupantur, in Theſſaliam irruere. Cum autem [illegible] laceſſendos Theſſali Catelanos ſtatuerent, [illegible] pecuniis & viæ ducibus impetrant, ut eorum finibus excederent. Igitur in Bœotiam [illegible] ab Athenarum Thebarumque Duce, [illegible]tum per ejus fines pacatum petunt. Ille eum [illegible] deriſu, Catelanis eorumque poſtulatis [illegible] per autumnum & hyemem, vires ſuas [illegible]que colligit. Itaque Catelani veris initio, non procul à Cephiſo flumine caſtris poſitis, hoſtem opperiebantur. Erant eorum equites CIↃ CIↃ CIↃ IↃ. peditum CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. Dum [illegible] adventum expectant, omnem illam terram arant, ubi pugnare decreverant: deinde [illegible] vallo, & actis fluminis foſſis, totam planitiem [illegible] irrigant, ut ſtagnaret. Vere medio, [illegible] Princeps cum magnis copiis adeſſet, equitum IↃ CIↃ CCCC, peditum amplius [illegible] CIↃ CIↃ CIↃ ducens. Et erat ipſius opinio arrogantiaque longe major. Sperabat enim ſe [illegible] victis, omnia Byzantium uſque, [illegible] in poteſtatem redacturum. Cumque planiciem [illegible] & hoſtes interjectam, nullo gramine virentem conſpexiſſet, nihil eorum quæ

T acta

acti erant, ſuſpicatus: cum equitibus [illegible] tu extra campum in procinctu ſtantes. Sed [illegible] usquam Attici, mediam ad planiciem [illegible] rent, equi veluti vinculis impediti, [illegible] terrâ ad greſſum audaciorem ſubſidente, [illegible] una cum equitibus in luto volutantur, [illegible] iis excuſſis temerè in campo feruntur [illegible] dibus demerſis ordine adſtabant. Qu[illegible] animati Catelani, telis hoſtes circu[illegible] ternecione delent, & cum equitatu fu[illegible] Thebas ac Athenas usque perſecuti, urbe[illegible] cum opibus, uxoribus, & liberis hoſtium, e[illegible] proviſo capiunt. *Leon. l. viu. , in appendice A[illegible] Gl[illegible].*

7. Sed & inſignes quandoque victorias [illegible] tra Turcas, Græci obtinuerunt cùm pie[illegible] mor[illegible] non neglexerunt, eoq; claré Deus [illegible] Max. oſtendit, victorias Turcarum, peccata [illegible] ſtianorum procurare. Sicque A. C. [illegible] An[illegible] nici Imp. exercitus, non tam viribus [illegible] rum, quam precibus & lacrymis piorum [illegible] flagitantium, Turcarum ingentes copias [illegible] gavit. Barbari poſt unicam de Chriſtianis [illegible] riam, ingenti ſuperbia elati, Thraciam [illegible] mnem vaſtarant, & peſſimè tractarant; [illegible] ſtantinopolitani, & omnes Orientales [illegible] duobus propemodum annis [illegible] nec ad arandum, nec ad ferendum [illegible] res Andronico, ejusque Michaeli filio [illegible] ctum graviſſimum attulerat. Nam de [illegible] exercitus auxilio, prorſus deſperantur [illegible] ro de accerſendo mercenario extraneo [illegible] de[illegible]arent, [illegible] a Crale Principe Ser[illegible] expectarent; Deus nobilem quendam & ſen[illegible]

ſtrem virum, Andronici Imperatoris cognatum, Philem Palæologum excitavit: artibus quidem militaribus rudem, cæterùm pietatis religionisque amantem, qui ab Imperatore petiit, ut ſibi in Romana caſtra ingreſſo, parvum exercitum colligere liceret, & centuriones ac tribunos deligere, quos ipſe vellet. Prætereaque commeatum, qui & hominibus & jumentis ſatis eſſet. ſpem enim firmam ac minimè dubiam ſe concepiſſe, fore ut DEO propitio victor, ultus Barbaros rediret. Permiſit Andronicus Imp. juſtum eſſe DEVM adjiciens, qui non tibiis viri delectaretur, neq; magnitudine roboris, ſed afflicto ſpiritu, & humili animo; ac ſuo filio Michaeli propter parentum delicta nullam opem ferret: illi vero fortaſſe laturum, honeſtâ vitâ & moribus prædito, qui divinæ rei præ cæteris vacaret, & ferè in templis verſaretur, & religionem ſummâ obſervatione excoleret. Pluris enim fieri apud Deum honeſtam & inculpatam vitam, quam vires armorum. Converſus enim quidam ſanctorum, dixit ſe vidiſſe in hoc orbe, non velocium eſſe curſum, non fortium eſſe bellum, non ſapientum panem, non prudentum divitias, non intelligentium gratiam. Per tempus enim, omnes in caſus incidere ſolent. Collecto exercitu Philes, omnes quidem humanitate & liberalitate devinciendos eſſe exiſtimavit; tum deindè illos, ut ab omni flagitio ſibi temperarent, admonuit; & poſtea Sacerdotibus ut DEVM pro ſe atque exercitu deprecarentur, magnam pecuniam diſtribuit. Exploratis hoſtilibus copiis, cùm in aciem ſuos equites & pedites eduxiſſet Philes, verbis & cohortationibus aciem obeun-

do confirmabat, ac multis hinc ipſe [illegible] divinam opem implorabat; ne totum [illegible] num Imperium paulo momento fun[illegible] pateretur. Exindè captivi gementes & [illegible] tes, ferventibus ſuſpiriis & fletibus, Deum [illegible] torem expoſcebant. Tum igitur pedeſtres [illegible] manorum copiæ, Barbarorum pedites co[illegible] aggreſſi, feriebant & feriebantur, cædebant a[illegible] cædebantur; acri utrinque dimicatione. Equi[illegible] tes verò Barbaricos, Philes cùm ferè omnes [illegible] cumdediſſet, cum fortiſſimorum militum [illegible] à latere, totam hoſtium phalangem per[illegible] eamque medium irrupit, ac Barbaros adeo [illegible] turbavit, ut neque conſiſtere poſſent, nec [illegible] gendum eſſet, ſcirent. Sic undique circum[illegible] & cæſi, plerique ceciderunt, paucis dumtaxat [illegible] quitibus elapſis, quos equites Romani [illegible] ingreſſum Cherſoneſi perſecuti ſunt; ut ibi [illegible] quam concluſos facile mactarent. Quo cùm [illegible] ventum eſſet, & auxiliares, triremes [illegible] Imp., equeſtres autem copias à Triballis, & [illegible] nis qui Galatæ erant, accepiſſent, facile [illegible] potiti ſunt. Nam poſtridie ſub med[illegible] hoſtes abjectis armis ad triremes plen[illegible] & [illegible], decurrebant. Latinis enim [illegible] nihil ab illis mali timerent, ut quos [illegible] ſiſſent, ſalutem ſuam credebant. Sed cum [illegible] nebuloſa eſſet, neque Luna luceret, pleri[illegible] prudentes, ad Romanos devenerunt. [illegible] fumum fugiunt, in ignem delapſi, [illegible] niâ, ſtatim abſque miſericordia [illegible] Latini verò ſupplices ſuos non qu[illegible] occiderunt, ſed eos tantùm, qui pe[illegible] mum attulerunt; ne ea predi[illegible]

tare

quærerctur. Cæteros, tum in vinculis habuere; deinde alios Imperatori attulerunt, alios inter ſe partiti, ad ſervitutem retinuerunt. *Nic. eph. Gregor. hiſt. Roman. lib. 7.*

8 Quam pernicioſa autem Græcis fuerint auxilia Catelanorum, Bzovius quoque refert *ad A. C. 1314. a princ.* dum ait: Hac tempeſtate, in Oriente, Catalani in Chriſtianos, tum Græcos, tum Gallici ſanguinis Turcarum copiis auxiliaribus aucti, impiè ſævientes; etiam Gualtherum Brennam Athenarum Ducem, magna contra Turcos pro Chriſtianis agentem, occiderunt. Sperabant illi, ejus ſtipendia merere: at is exercitu comparato, voluit ſuis finibus inſolentiſſimas atque egentiſſimas copias, ab ingreſſu progreſſuque arcere. In aciem procedens, prælio commiſſo occubuit. Duce ad eum modum necato, & exercitu internecione profligato. Catalani Athenarum urbem, & totam terram Atticam, uno fere impetu cœperunt, domos, opes, uxoresque incolarum: & fortunis divitiisque Athenarum per tot ſecula quæſitis locupletari, connubia & affinitates nobilium Gallicæ gentis munere ſequentes, quaſi in domicilium ſuum perveniſſent, neque regionibus excluſi, intra aliena arma recidiſſent, ſtabilem ſedem omnium rerum & fortunarum ſuarum Athenis ipſis Atticis collocarunt. Interim etiam Imperrii ſummam, nomenque, Friderico Regi Trinacriæ detulerunt: Fridericus vero, conditione in præſenti accepta, Præfectos urbibus, Duces bello, qui ejus nomine res gererent, dedit: deinde Guilielmo minori filio, cum Principatum teſtamento legavit. Ea res Clementem P. M. excitavit, ut mina-

T 3 cibus

cibus ad Regem Aragonium literis, ea Gr
deduci Catalanos pro regio imperio ...
ret, quod Carolus Valeſius eas in Pelopon
Vrbes, dotales ſibi eſſe oſtenderet: & incola
minis Chriſtiani, malis omnibus à pauci...
nibus opprimi ſe ſuaque, multis lachrymis
referentur.

9. Ea itidem de re, ita Nicephorus Grego
lib.7. Latinus quidam Ronzerius non ...
feriore Iberia, & ulteriore Gallia, quæ ab A
bus magis verſus Occidentem vergit; coll
exercitu ſordidorum hominum, bellis & ...
nis & terreſtribus aſſuetorum, & quatuor t
mibus completis, piraticam (cujus erat omni
qui unquam fuerunt, peritiſſimus) impon...
exercebat. Non enim naves oneraria tantùm,
à ſeptentrione & Auſtro, aſcenderent & def
derent, in vadebat: ſed magnas etiam inſulas
curſionibus vexabat, & mare inferum infeſt
reddebat. Cùm igitur Siciliâ jam ab omni
Caroli (Neapoleos Regis) exercitibus interc
Theodorus (qui Siciliæ imperitabat) externa
xilia petere cogeretur: Ronzerium hunc ...
ſit, hortatus, ut etiam alias undecunque ad ...
fortiſſimos equites conducat, ut valida ...
cum Carolo committi poſſet. Qui cùm ...
pedites, totidemque equites adduxiſſet ...
Siculæ urbes, quas Carolus ſubegerat, in...
feræ, ad Theodorum redierunt, alienum ...
gum haud aſſuetæ: quod Carolus ægre ...
lit, quodam quaſi furore percitus, quod ...
næ ſpei jam pene compos factus, omnem ...
rum ſuorum fructum, in ipſo portu eff...
neret. Igitur exeunte Vere, cum magnis ...

adventarat: ſed cum Theodoro, jam & numero & vi militum inferiore congreſſus, aliter quàm volebat diſceſſit. Eo anno ſic exacto, ſub veris initium totam Italiam (ut ita dicam) Carolus in Siciliam traducit: ut ſummum faſtigium, & manum ultimam diuturnis bellis imponeret. Sed denuo longè plurimis amiſſis, victus domum, & multiplici mœrore confectus, redit. Deſperatis ergo rebus, legatos ad Theodorum de pace, & affinitate inter liberos jungendâ mittit. Quæ cum utrinque placuiſſent, armisq; poſitis reges pacem agitarent: Theodori auxiliis deliberandum eſſe viſum eſt, quo converſi rebus ſuis conſulerent. Neque enim ædes illis, aut certæ poſſeſſiones erant, in quas ſe reciperent: ſed alius aliunde, & multi multis è locis, pauperes & nudi propter latrocinii emolumenta confluxerant; incertis ſedibus in mari oberrantes. Eorum igitur duci Ronzerio placuit, Imperatori Andronico, per legatos auxilia contra Turcos offerre. Quæ conditio cùm valde ei placuiſſet, è Sicilia Byzantium proficiſcitur cum ſuis. quorum mille Catelanos nominabant, quòd plerique ab illis oriundi eſſent; alteros mille Amagabaros, ſic enim Latini pedites vocant. Statim igitur cum veniſſet, Imperator eum (Mariâ nepte ſuâ, Aſanis filiâ, deſponsâ) magni Ducis dignitate ornat. Sed cum paulo poſt alius etiam Catelanus, Princerius Terza, à Ronzerio accerſitus adveniſſet: huic Cæſaris, illi magni Ducis titulum decernit. Impenſæ vero in eorum veſtimenta & donativa, & annua ſtipendia, tantæ factæ ſunt, ut brevi tempore fiſcus exhauriretur. Sed cum in Aſiam trajiciendum eſſet, & cum

hoſte pugnandum; quid dicam, quam ... ti u Romanis clades, qui in oppidula ... confugerant, importârint? Viris enim ... ribus, pro mancipiis ſunt abuſi, eorum vero ... familiarem omnem, pro ſua conſumpſerunt ... ut fieri ſolet) in itinere multas execrationes ... imo pectore profectas, cum lachrymis ... rum, quos læſerant, collegerunt. Tantus ... & talis erat ille exercitus, itaque & armis ... militaris uſu, & militum numero ... (unà enim militabant non modo Romani ... ſimi, ſed & omnis Alanorum exercitus) ut ... abs re, conſpectu illius hoſtes percellere ... multique dicerent: Niſi metus Imperatori ... longius eos progredi vetuerat, obſtitiſſet ... fuiſſe prohibiturum, quò minùs omnes Ro... næ & urbes & provincias brevi recuperaſſ... Sed ea loquebantur, qui præſentia tantùm c... ſiderabant: neque quicquam altius animo c... plecti poterant. Divinum enim judicium ... erat; olim firmatum, ut Romanum Imperi... extremis calamitatibus affligeretur. Quapro... arcanis providentiæ rationibus, plurima ... talia conſilia impedire, in magno earum ... obeſſent concurſu, videbantur. Sed illud ... dem ſub finem veris facilè confecerunt ... autem ſine viæ ductoribus progredi non ... (videbant enim expeditionem illam, ... viam monſtrante, ſine multis cædibus ... minimè poſſe: neque vero is erat Ro... qui multis bellis magna prudentia ... gnum diſcrimen temerè adire ... pati abierunt Romani ... eodemque ... do Alani: Latini vero cum Ro...

reliquas miſeris Romanis urbes pervagati, mi-
ſerrimè vexarunt, hoſtili impetu in eos, à qui-
bus accerſiti fuerant, converſo: cauſam eſſe en-
tes, quod conſtitutum ab Imperatore ſtipendium
non accepiſſent; ac neceſſario ſe illorum opibus
ſuſtentari, qui ſe accerſiſſent, & pactis ac conven-
tis non ſteriſſent. Itaque bona miſerorum Ro-
manorum omnia diripi, virgines & matronas
ſtuprari, ſenes & ſacerdotes in vincula duci, &
ad cætera ſupplicia rapi cerneres, quæ nova ſub-
inde in miſeros immaniſſima Latinorum ma-
nus excogitabat: imminentem cervici ſecurim,
ut jamjam morituri, videbant; niſi abditam pe-
cuniam oſtendiſſent. Qui omnia proferebant,
hi deinde nudiores abibant: qui nihil, quo ſe re-
dimerent, habebant, extremitatibus corporum
mutilati, miſerabile viſu ſpectaculum jacebant,
fruſtum panis aut obolum mendicantes: nihil
ſibi jam, præter vocem & lachrymarum rivos,
reliquum cùm haberent.

10. Quomodo etiam Imperio Græco, jam
antè nocuerint externa fœdera, tradit Nicephor.
Gregor. *lib. 6.* Imperatore in urbem reverſo, Maſ-
ſagetæ (Alani vulgò dicuntur) qui ultra Iſtrum
habitant, occultam legationem mittunt, qui
cùm Chriſtiani eſſent, à Scythis ſubacti, corpo-
ribus inviti ſerviebant, animis verò deſiderio
libertatis tabeſcebant, & impios abominaban-
tur. Petunt igitur locum ſufficientem ad habi-
tandum amplius decem millibus hominum:
quò ſi & Imperatori placuiſſet, cum omni fami-
lia migraturi eſſent, unaque ſtrenuam operam
ſe contra Turcos velle navare promittunt, qui
cunctis viribus totam Romanorum Aſiam im-

ſunè incurſabant. Ea legatio tam grata Impera-
tori fuit, quam ſi divinitùs miſſa, totos h
dominatum polliceretur. Nam poſt Philippi
peni tumultum, omnes ſibi Romanos ſuſpe
eſſe dicebat; neque ullum rectè erga ſe affect
eſſe exiſtimare. Quapropter externa fœdera
ctu atque interdiu ſomniabat. quod utinam n
feciſſet. Nam cùm Romani omnes impi
tur, Romana res laborare cœpit, & in ext
diſcrimen eſt adducta. Cæterum legationem
cupidè accepta; Maſſagetæ ampliùs decies m
le, cum uxoribus & liberis adveniunt. Cum a
tem eis & pecunia, & equi, & arma danda eſſ
ea partim ex Imperatorio fiſco dabantur, part
è militari ærario, partim è publico & privat
Hinc multi, & alii poſt alios abibant, qui
ta è provinciis colligerent, eaque publica
gebant: omnia arma, omnes equi cog
perquirebantur pagi, urbes, ædes procerum
militum, monaſteria, populi, theatra, fora, &
mnes dabant equos & pecunias inviti & lam
tantes, non votis & bonis ominibus, ſed lach
mis & diris novum exercitū proſequentes. T
autem eos nullo ordine, crebro prædatum
(Romanos enim agros magis populabant
quàm ſi aperti eſſent hoſtes) bellicoſiſſimi
corum, conſueto ordine, & diſciplina mil
de montibus deſcendunt, initio paululum, d
inde longiùs, ac ſubinde majore ac confid
re cum impetu: nec obſcurum erat, eos ca
Imperatoris circundaturos. Verum noſtri,
prima quidem hoſtiū aggreſſione tolerata, p
latim pedem referendo diſceſſerunt. Barba
ponè ſequentibus, & caſtra in proximo c

tuen

tanquam amplo Imperio collocatum; nihilominus in ipſo ætatis flore, quando quis, etiam plurimum de vita recte inſtruenda ſollicitus, facillime & a voluptatibus peſſumdari, & ad iram commoveri tam adverſus protervitatem Marci, omnium mortalium ſceleſtiſſimi impelleretur, æquè quam qui imperium omnibus manſuetudine & clementia uſus ſit. Si ergo ille, & ætate florens, & Imperator ut diximus, & negotiis hujus vitæ involutus, tam libenter offenſam condonavit; tu communis præceptor, & tanquam ſanctioris vitæ ſpeculum propoſitus, fratribus, ignavia quadam male de te meritis, nonne ignoſces? an ita obfirmatus in repoſcendis a ſontibus pœnis, neque noſtris precibus inflexus, neq; illorum infelicium miſeratione captus, perſiſtes? qui clementiæ ſuæ condignum pretium, jam tulerunt, tali tempore ad tribunal pertracti, & ab omnibus deſpecti, & ultima ſupplicia ſe paſſuros formidantes. Ah noli obſecro. Redigam autem tibi in memoriam, promiſſum quoddam quod mihi dediſti. Vt primum ad te pro his Epiſcoporum oratum acceſſi, quia judicium vehementer urgebas, vide, inquiebam, ne tu judex, & accuſator, ſimul firmamenta reorum negligas. At tunc quidem, te id minimè facturum recipiebas. En tempus adeſt, ut quod promiſiſti, id re ipſa præſtes; nam præſidiæ cauſæ ipſorum ego [illegible] adfero. Cum dicto ſurgens ſurrexerunt autem & Patriarcha, & reliqui omnes Epiſcopos [illegible] accepit, & alios illos quoque, ad [illegible] conjungendas hortatus eſt. Atque [illegible] ſimul omnes ad pedes Patriarchæ procidere, clamantes: *Ignoſce lapſis noſtris pater; ut [illegible]*

pa[illegible]

patre ale[illegible] debit[illegible] [illegible]noſcat[illegible] [illegible]
Patriarcha vero [illegible]
comprehenſus, M[illegible]ne D[illegible]
facere non licet quàm quod [illegible]
mittam repugnare,[illegible]
niam illis largitu[illegible], & cùm [illegible]
fuerat violatu[illegible] & à D[illegible]
poſcit,& ſingulos com[illegible]
ne impertivit.

13. Pro hoc clementiæ ſtudio, [illegible]
cus In p. flagrabat Deus illi [illegible]
ut hoſtes ei ſeſe dederent, exercitu[illegible]
congregatos ſine noxâ revocaret [illegible]
dum accidit, cùm Michael [illegible]
contemnendas copias adv[illegible]
ſet, eas ad unicam Legati vocem [illegible]
quæ è ſinu Sanctorum, reliquiis [illegible]
proferens, & ex iis Crucem [illegible]
iſtuc ad Imperatorem portabis, inquit, [illegible]
illum, qui in eo propter nos ſuffixu[illegible]
dices, nec fœdus cum ipſo percuſſum [illegible]
nec milites contra illum miſiſſe. Q[illegible]
re me, ne quid illis noceat. Qu[illegible]
multis, ac pretioſis monilibus ſui [illegible]
ret, ſed hanc crucem è vili mat[illegible]
(erat enim ex ære fabre facta) [illegible]
ri non debere, eſſe namque apud [illegible]
racula percelebrem, quæ multa [illegible]
ſuo ſuperſtite, ediderit, multa ſe [illegible]
Tanquam igitur fideliſſimam teſt[illegible]
mittere. Si ipſum fallacem, [illegible]
prehenderit, ea Cruce concepta ſe [illegible]
adjutrice victoriam ſit conſecuturus. [illegible]
continuo miſit, qui Phalanges red[illegible]

[illegible]

[illegible] Add. Gretſer d. S.Cruce, tom. 1. [illegible] cap. [illegible]

14. Andronicus verò ſenior tonſus, Monaſterium eſt ingreſſus. Tuncque illam emiſit plenam moderationis vocem: *Convertere anima in requiem meam, quia Dominus benefecit tibi. Nicephor. lib. 9* Ac per occaſionem diſcordiarum inter avum & nepotem Auguſtos, Turcarum opes crevêre. *Turſellin. in Ludov. 4.*

A. C. 1332. Conſtantinopoli, Andronicus Imperator Græcorum, diem clauſit extremum: eius obitum multa oſtenta prænunciârunt. Primùm, eclipſis ſolis, tot ante diebus, quot annos ille vixerat. Hanc ſecutus eſt Lunæ defectus, eumque terræ motus; eâ veſperâ, quâ Divi Antonii memoria, cuius illi nomen inditum erat, veteri more a Chriſtianis celebrabatur. Cùm autem è meridiei barathris, vehemens ventus erupiſſet, marini fluctus ita efferati ſunt, ut ſuos egreſſi limites multas muri maritimi & Occidentalis partes proſtraverint, & multas illius portas everterint, & hoſtium inſtar irrumpentes multa ædificia quoque urbana inundarint. Tum quoque multæ ferreæ Cruces templis impoſitæ, impetu ventorum non tolerato, deciderunt. Columna quoque olim ante ædem Quadraginta Martyrum poſita, concidit; quæ juxta baſim uſtulata & confracta, prætereuntibus non ſine cauſa, ruinæ metum incutiebat, ut aliquando proceres quidam hunc Imp. prætereuntem, metu ſortiſſe periculi monerent, ne propius accederet.

cederet. Quibus ille, de[illegible] fortuitò reſpondit: [illegible] rem, quam diu hæc c[illegible]. Quod cum nunc quemadmodum ille [illegible] ſet, admirationi illis erat, qui [illegible] dabantur. Eo die, ſole [illegible] morbi apparente, multi amicorum [illegible] Nicephoro Gre[illegible], illi[illegible] [illegible] cantum [illegible] omnibus [illegible] latum cibum [illegible]. Erant autem [illegible] ſtacea, propter jejunium [illegible] quæ cum merum bibendum fuiſſe[illegible] ſtomachus ad [illegible] cibum [illegible] dum firmaretur, ille frigidam [illegible] enim, cum fervorem aliquem [illegible] bat, immoderatè frigidam bibere, [illegible] ſectione eſſet opus. Tali [illegible] uſus, ſtatim faſtidio affici, ac ſtomacho & corde graviter laborare cœpit. Cum autem jam ſpiritus etiam meatus obturari & coarctari, ac mortem ſibi jam inſtare cerneret; & [illegible] peſtam [illegible] neminem reperiret, qui ſibi divina myſteria impertietur, omnibus [illegible] [illegible] portis clauſis, ſurrexit, & gratias [illegible] & pro ſalute animi ſui cum multis lacrymis & genuflexionibus deprecatus eſt. Deinde [illegible] DEI genitricis imaginem, quam in ſinu geſtabat, [illegible] loco divinorum myſteriorum [illegible] cumque in lecto conſediſſet, ſtatim [illegible] diluxiſſet defunctus eſt. Longe item [illegible] dam ænigmate mors ejus prænuntiata fuit. Repererat Imperator librum, qui & perplexis [illegible] ris, & obſcuris imaginibus indicia continebat eorum omnium, qui unquam Imperio potiturі dice-

[illegible] In quo animi & ſagacitatis hujus Andronici ſignum, præter cætera erat vulpes; [illegible] autem, tali in loco poſita ſtella: & duo [illegible] veſti[illegible] ſtantes adoleſcentuli, apertis omnino capitibus. Niger autem veſtitus, & aperto capite, & duo tantum adoleſcentuli. Imperatori monaſticum cucullum ſignificarunt, & Im[illegible] amiſſionem, & biennium poſt illa. In eo enim habitu binos annos exegit.

[illegible] .Rom. lib 10

16. [illegible]em verò, cur in Monaſterium ſeſe abdiderit Andronicus, talem refert Cantacuzenus lib. 1. c. 14. & ſeq. Perículoſe nempe ægrotum Imperatorem Andronicum juniorem Cantacuzeno Imperium detuliſſe; eumque id recuſantem pro adminiſtratore nominaſſe, & Imperatricem commendaſſe. Unde Andronicus ſenior, Nepotem difficili morbo conflictantem, propè à janua lethi abeſſe accipiens, & jam ut in obitu Imperatorum mos eſt, ſacramenta dici: timensque, ne eo extincto quippiam novi ſe fieret; & [illegible]urentur, qui ſibi animam extorquerent, [illegible] ipſum rurſus imperium invaſurum putarent, rogavit in numerum monachorum referri: quòd ita demum ſe vitam retenturum confideret. Et Protoſtratoris permiſſu veſtem detritam induit, mutatoque nomine, pro Andronico, Antonius eſt appellatus. Quæ timuerit ſenex, ne ſibi fierent nepote mortuo, ea facta eſſe, nepote adhuc vivo, audacter narrat Gregoras lib. 9. In ſeniorem, inquit, Imperatorem, plures malorum vias excogitarunt, quæ omnes eodem ducerent. Optionem ei dederunt, malletne monaſticum habitum induere, an aliud malum ſubire. Id

verò

verò eſſe aut ca[illegible]em, au[illegible]
aut violentam in obli[illegible]
onem [illegible]
niſer eſſet [illegible]
vero [illegible]
pre[illegible]us, [illegible]
f[illegible]ceret [illegible]
n[illegible]
circumfu[illegible] non e[illegible] vero [illegible]
cum nemo eſſe[illegible] qui hominem [illegible]
tum duceret, ubi vel ſtaret, vel [illegible]
longum faciam, velentem nolentem [illegible]
cucullo induunt, atque Antonium [illegible]
At verò, quâ occaſione Andronicus [illegible]
tudinem recuperaſſe credatis [illegible]
hiſce verbis docet. Imperator [illegible]
lo alio vitæ ſigno apparente, p[illegible]
tenuiſſimā reſpirationem, vitalibus [illegible]
tis immotis & extremitatibus [illegible]
tuis, planè mortuus totum biduum [illegible]
tio vero die, velut e profundo [illegible]
experrectus, divinum laticem [illegible]
netricis Pegæ poſtulavit: qu[illegible]
capiti affuſo, recreatus eſt, & [illegible]
ſtinam valetudinem recupera[illegible]
habet Cantacuzenus lib. 2. cap. [illegible]
Iam que parata erant funeralia, cu[illegible]
ſepulturam non exſpectaretur [illegible]
exili, & velut iam deficiente voce [illegible]
de laticibus illis ſacris, ex pe[illegible]
fonte Dei matris habere [illegible]
fœmina nobilis, è gy[illegible]ceo [illegible]
ſperam unum de [illegible]
& de aqua illa apportat[illegible]

acci-

ac bibendam porrigit. Quam viſus eſt haurire, omnibus admirantibus, quod cum extremam pene animam duceret, à fide honoreque rebus venerabilibus exhibendo non abſtinuiſſet. Tamen ad portas mortis, nihilo ſecius appropinquare cernebatur. Deindè eâ lympha ejus corpore perlito, ſecuta eſt quies tranquilliſſima: ut exindè uſque ad auroram nec vocem mitteret, nec ſe quoquam commoveret, & vitam ſolâ reſpiratione teſtaretur. Diluculo autem, ac ſi à mortuis exiſteret, *Gloria tibi Deus*, exclamat. Tum percunctante Magno Domeſtico, ut ſe haberet, neſcire ſe dixit: *Deum ſcire, qui nihil neſciat.* Accedit medicus primarius, tactáque manu ſentit venam micare exiliter: & ſe tam inopinata re deceptum veritus (in deſperatiſſimis enim ſalutem ejus poſuerat) venæ pulſum manu iterum contrectata, diligenter, & curioſe explorat. Vt ſe minimè deceptum vidit, obſtupefactus miraculo, clara voce, *Magnus eſt Deus*, inquit, *qui ſolus potest ad inferos deducere & reducere.* Et quia præ ſtupore nondum ſibimet planè credebat, aliorum medicorum turba convocata, lectulum circundans quærit, ecquid idem de Imperatore ipſi videatur. Quibus aſſentientibus, omnes obſtupuère, immortalique gaudio exiluere. Cæpit vero Imperator e morbo recreari, ac refici, & quaſi à portis inferi redire: & ab hora diei tertia pulſus, motusque, tenues illi quidem, & languiduli: pariter tamen, æqualiterque & maniſeſte ſentiebantur, ipſeque levabatur, & malis omnibus diſſipatis, ab illo die, magis ſe confirmans, perfectam, & integram valetudinem recuperavit. Templum hoc ad Fontem autem hunc, Dei matri erexit

Leo Thrax Imp. occaſio, locus ſeu regio, & ipſius templi ſtructura; & fons iſte in medio [illegible] templi, diſertè à Nicephoro deſcribuntur lib. [illegible] c.25. & 26.

17. Multùm item ſub Andronico juniore de concordia cum Latina Eccleſia actum fuit. De quo paſſim Bzovius. Eaque de re cum Græcis multa egit Barlam Monachus Conſtantinopolitanus. De hiſque, ita Nicephorus: Altero anno, duo Epiſcopi, vetere Roma à Papa miſſi, venerunt, ut de pace & concordia Eccleſiarum diſputarent. Ac ſtatim videre erat multos e populo ſtudium præ ſe ferre, ſed non ſecundum ſcientiam, ac temerè & inconſultò loqui, atque ipſum patriarcham ad diſputandum urgere. Is verò cum nec linguam dicendi exercitatione inſtructam haberet, & ſuos epiſcopos maximam partem indoctiſſimos eſſe cerneret: tergiverſabatur ille quidem, ſed quomodò populi tumultum ſedaret, neſciebat. Quare & nos in id certamen mittendos putabat, qui linguam exercitatam haberemus, quamvis in ſacrum Catalogum non inſcripti eſſemus. Ego verò primùm vehementer urgebam, ac monebam, ut taceret, ac magnam gravitatem atque animi altitudinem præ ſe ferret, Latinorumque populationem contemneret, neque enim diſputatione eſſe opus. Sed cùm rurſus cogitarem, ſilentium non fore ſuſpicione carere, ſed in exterorum animis varias & multiplices cogitationes excitare; eorum præſertim, qui linguæ imperare neſcirent; Patriarchâ & quibuſdam primariis Epiſcopis ſeductis, meam ſententiam ad hunc ferè modum expoſui. Ubi in ſequentibus, late de hac re agit, &

inter alia ita ſcribit: Præſertim cùm diſputantium inſtrumentum ſit ad propoſiti confirmationem ratiocinatio, ut ligo foſſorum, & remus navigantium: quam nos Italis, ut quicquam aliud, ſtudio eſſe novimus, eam vero nos locum hic non habere ſcimus, ſive ea ſcientiam per demonſtrationem polliceatur, ſive à probabili diſſerendi ratione proficiſcatur: cùm hic de DEO & ſancta vitæq; principe Trinitate agatur. Nam ſi ſcientifica, quam vocant, demonſtratio propoſitiones certas, & per ſe claras requirit, & concluſiones notiores; hæ verò aut inductione, aut ſenſu, aut experientia declarantur: hic utique demonſtratione ſcientificâ raciocinari non licet, cognitu enim difficiles, perceptuque arduæ ſunt rationes divinarum rerum: idque cùm à noſtris, tum ab exteris Theologis demonſtratur, ac à Platone Ariſtonis filio inprimis. Deum enim, inquit, intelligere difficile eſt, & in vulgus efferre nefas, quam ſententiam magnus Doctor Gregorius, *in diſputationib. de Theologia*, hoc modo correxit: Deus, meâ quidem ſententiâ, explicari nullo modo poteſt, intelligi verò multò minus. Quod enim mens intellexerit, lingua forſitan explicabit, ut non planè, at obſcurè: niſi quis ſurdaſter ſit, & animo hebeti. Minime igitur eſſe utilem ratiocinationem, quam demonſtrandi ſcientia parit, perſpicuum eſt: æquè autem inutilem eſſe Dialecticam, cujus propoſitiones opinionibus ambiguis nituntur, ex iis, quæ ſubjiciemus, conſtabit. Sic autem ait Gregorius Nyſſenus: Noſtrorum dogmatum per artem Dialecticam, & Syllogiſticam, atque Analyticam doctrinam confirmatio, infirma & ſuſpecta

cùm ſit; id orationis genus relinquemus. Omnibus enim perſpicuum eſt, Dialecticas [illegible] pares in utramque partem vires habere, tam ad everſionem veritatis, quam ad mendacii [illegible]tionem. Vndè fit, ut ipſam veritatem, quando tali arte profertur, ſuſpectam ſæpe habeamus, quaſi iſtius ſolertia mentis noſtræ oculos perſtringat, & à veritate avertat. Si quis autem ſimplicem expoſitionem, & omni quaſi artificio nudam amittit orationem: ſerie doctrinæ ſacrarum literarum obſervata, pro virili verba faciemus, atque iſta explicabimus. Quodſi & nobis ſanctorum patrum ſcriptis niti, & illis repugnare neceſſarium eſſet; ſimplici ratione & ipſis dilucidioribus uteremur, quæ evidentem & irrefragabilem ſenſum lectoribus oſtenderent, præteritis obſcuris, & propter multiplicem vocum ſignificationem, verborumque tenebras, ambiguis. Sæpè enim in ſacra ſcriptura, verbis nonnulla involvuntur, uti conſentaneum eſt. Cæterùm illud quoque ſcire eſt operæ precium, non ſimpliciter, nec uno modo ſanctorum patrum ſcripturas intelligendas eſſe. Quarum aliæ ad docendum & monendum accommodatæ ſunt, perſonarum & temporum habita ratione, & religioſè omnia. Nam aliæ decreta continent, aliæ laudationes, aliæ diſceptationes. Atque vero diſceptationes veterum alio transferendæ ſunt. Neque enim ſi quis pugnans cum hoſtibus, & toto animo in gladium & clypeum intentus, commilitonem ante pedes ſtantem proſterneret, vel ipſe ea putandus eſt: vel is accuſandus, qui id fecit, cogitationem alio [illegible], & minimè ſinente, ut id quod factum eſt, [illegible]

[illegible]

ferret. Ergò neque hoc ſic agendum eſt, neque laudationibus vice legum utendum. Ars enim, laudantibus quidvis dicendi licentiam dedit. Quæ verò dogmata ſanxerunt,& promulgârunt, iis demum rectum & tutum eſt veluti regulis & amuſſi religionis uti. Quod enim à veteribus Græcis jactatum eſt, cùm Plato ad Dionyſium tyrannum in Siciliam veniſſet, regiam pulvere impletam fuiſſe, cum pleriqué demonſtrationibus linearum ſtuderent: id & apud nos hodie alio modo accidit. Apud eos enim etiam opificibus effuſa ſunt arcana Theologiæ, & adeo omnes ratiocinatiunculis inhiant, ut herbis & gramini pecudes; & qui de recta fide dubitant, & quomodò id credendum ignorant, & quid ſit illud quod credunt, neſciunt: ii & fora & porticus,& theatra omnia, Theologiâ compleverunt neque ſolem hunc, impudentiæ ſuæ facere teſtem reverentur. Et quid abſurdius cogitari queat,quam cùm olim Græcorum dogmata florerent,ordinem fuiſſe ſervatum: & arcana Delphorum Theologis commiſſa, nulli alii vel vulgare vel indagare licuiſſe: ſive is Plato, ſive Socrates eſſet, aut quivis alius ſapientiæ laude celebris, apud nos verò, qui ſincerum pietatis myſterium profitemur, ita res divinas profanari,& quibuslibet de iis diſſerendi poteſtatem dari, vel potius à quolibet uſurpari? Gregorius verò divinarum rerum peritiſſimus, non minus linguam ab iſtiusmodi diſputationibus retrahit, quam manus à flamma ignis. Quodſi homo hominem eodem ſecum pileolo uſum vivere, & ſolem intueri, ferre non potuit; quid de iis dicemus,qui adeò petulanter in Theologiam irrumpunt?

punt? præcipuè cùm neque dæmones eſſe cre-
neque mare ambulare, nec aquarum amœnitate
rupibus elicere poſſint, ut vel iſtis vulgo aliud
perſuadeant, & ad ſeſe homines eliciant.

18. Ob controverſias, à Barlaamo eiusque di-
ſcipulo Gregorio Acyndino, motas, congregata
Conſtantinopoli ſynodus fuit; Imperatore &
Patriarcha præſidentibus. De qua etiam Bzo-
vius, A. C. 1341. num. 12. & inter alia ita ſcribit:
Solutâ Synodo, & aliis ſingulis alio diſpenſis,
Imperatorem ſtatim plaga divinitùs excepit.
Namque in Hodegium monaſterium corpore
admodum malè affecto, tum è concione illa,
tum è ſplenis morbo, reverſus, cùm ſub noctem
ferè mediam accubuiſſet, & largiùs quàm decce-
bat, cœnatus eſſet, poſtridiè in ſomnum ſtupori
atque exanimationi penè ſimilem, incidit Con-
tinenter quoque febricitare cœpit, judicaruntq;
medici, ex perturbatione in Synodo & priore
inediâ, febrim extitiſſe. Tertio die, tum medi-
corum, tum cœleſtium luminum opem implo-
ravit, quòd ea non modò non impedirent, ſed
etiam juvarent medicæ artis conatus, & experi-
menta. In majorem ſtuporem relapſus, & extre-
mum ſpiritum agens, in tertium fermè diem ja-
cuit, ac 15. Iunii, ante ſolis ortum defunctus eſt.
exemplo (ut quidem Bzovius cenſet) omnibus
Principibus ſecularibus, ne ſibi in ſacra autori-
tatem ſumant: ſed politicarum rerum admini-
ſtratione poteſtatem ſuam contineant.

19. At vero de Barlam Monacho, eiusq; con-
certationibus certiora prodere videtur Cantacu-
zenus. lib. 2. c. 39. & ſeq. Verba recenſere placet.
Andronicus Imp. quibusdam turbis in Eccleſia

excita-

excitans, paulò poſt, dum earum occaſiones amputandi commoditatem exſpectat, vita excedit; infectis omnibus quæ fuerat meditatus. Monachus enim quidam è Calabria profectus, Latinorum moribus, & Legibus educatus nomine Barlaamus, acutus alioqui & perſpicax, & ad intelligentiam explicandam diſertiſſimus: inſuper in Euclide, Ariſtotele, Platone volutatus, & ob id illuſtri fama, ad calamitatem Romani imperii Theſſalonicam advenit; multis enim, magnisq; ſeditionibus Eccleſiam pacatā implevit. Qui cum ſe Latinorum dogmata profligaturum ſimulaſſet, libellis adverſum illos compoſitis, concluſione rationum demonſtrabat, eos in religionis doctrina hallucinari, ac labi, noſtriſque gaudebat inſtitutis, & legibus, & à ſe Latinorum cærimonias, atque dogmata ex animo damnari apertiſſima dabat indicia, ut apparebat. Ob hanc igitur ſacram & illam aliam civilem erudirionem, Imperator honore, & amore eum dignabatur, & Magnus quoque Domeſticus curabat, & diligebat: nec illi quidquam ad fælicitatem deerat. Hic ergo Barlaamus, ſive ſtatim à principio eâ opinione imbutus, ſive poſteà immutatus, vel, ut dicam rectius, à communi Chriſtianorum hoſte inſtinctus, occaſionem quandam affectans, quâ noſtra quaſi per comœdiam traduceret, & bellum nobiſcum apertum gereret; velut diſcendi causâ, ad quendam ex iis qui dicuntur *Quieτentes*, ſive ſolitarii, mente ac ratione planè vacuum, paulumque à bruto differentem, neque idiotæ ſaltem inſtar prudentem acceſſit, ſeque ab ipſo inſtitui, & modum vitæ ſolitariæ, ac præcepta obedientiæ ab illo diſcere

 velle,

velle, ſimulavit. Quem precibus vicit [illegible]
apud eum dies manſit. Poſt hæc ab imperitiſſimo
contendit, ut ſe genus illud vitæ doceret, & quemodo
ipſe quoque vel ipſo illo die inter ſolitarios
referri poſſet. Qui dolum haud [illegible],
& nimiâ levitate elatus; cum alia [illegible]
probiſſimum ipſe ſtultus docuit, tum quo pacto
paulatim proficientes ſolitarii, & tranquille
precationibus intenti, exultatione animi & divinâ
quadam inexplicabilique voluptate perfundantur: & oculis
corporeis lumen circumfulgens aſpiciant. Barlaamus, & [illegible]
hominem valde indoctum, amentemque [illegible]
lumen eſt audiens cerni oculis corporeis; [illegible]
[illegible]tare, quin communiter ſolitarios [illegible]
[illegible] eos impoſtores, mendaces, Maſſalianos, &
[illegible]alopſychos, germanorumque Eccleſiæ [illegible]
[illegible]atum corruptores, & ſimilibus vocabulis appellans:
palamque teſtificans, omnes ab eorum
conſuetudine refugere debere, qui ſeducerent, &
ſeducerentur: quos oportebat virtute perfectos,
& doctrinæ religionis peritiſſimos eſſe, ut pote
quibus cæteri mortales, propter eam quam præ
ſe ferrent pietatem, animas ſuas crediſſent.
Atque hæc non verbis tantùm publice contra
ſtatum ſolitarium, ut cauſſam erroris, diſſeminabat;
ſed in literas quoque redigebat, ut ſemper
eius contumeliæ extarent. Nam [illegible]
tacuzenus, quando Barlaamum illuxerit ad revocationem,
in ſynodo faciendam [illegible]
ob quam cauſſam Barlaamus, ab initio [illegible]
[illegible]erit recantationem, ac in[illegible]
Barlaamus affirmare, ſibi quoque optimum videri
iſtuc conſilium; timere tamen, [illegible]

ſe

ſe periculo liberandum ſatis non ſint; ſed poſt confeſſionem quoque aliquâ multetur ignominiâ, cum probatis, & receptis dogmatis ſe oppoſuerit. Tum infamem fore, nec locum defenſionis relictum iri, quaſi id injuſtè patiatur quãdoquidem ſeipſum damnaverit: ut proinde ſi talia paſſurus ſit, melius videatur ſilentio ferre judicium, ut & in poſterum ſibi factam injuriam dicere queat, & judicium revocari poſſit. At Magnus Domeſticus, illum confirmare, monereq; ne quid hujuſmodi metuat: ſe præſente, nihil ei triſte eventurum. Cui obtemperans Barlaamus, in medium prodit: præteritam ignorantiam confitetur; veniam ob ſtultè dicta petit, ſe non contentionis cauſſa, neque quod Theologorum de Deo decretis non crederet, ad hos ſermones provectum: ſed cum ipſe errans, alios errare opinaretur, ad eorum errorem emendandum, omnẽ diligentiam impigrè adhibuiſſe. Nunc planè credere, illos de controverſia melius ſapere, & in aliis nihil ab eis diſſidere: & quod in Thabor lumen diſcipulos circumfulſit, gloriam Dei, principii expertem, & æternum eſſe lumen credere ſe, atque confiteri: Mox Gregorius Palamas, cum cœtu ſuo ſurgentes, Barlaamumque complexi, veniam præteritis libenter dederunt: & præclaram iſtam mutationẽ prædicârunt, Deoq; pacis & concordiæ gratias egerunt; profitentes, nec ſe terrenarum, ac pereuntium rerum gratia, tam acriter pugnâſſe: ſed ne in plures malo propagato, aut perverſorum dogmatum Eccleſia repleretur, aut factionibus, & diſſidiis in ſeipſa divideretur; dum alii his, alii illis adhærent. Ac propterea immodicè litigioſos ſe apparuiſſe,

qui in aliis omnibus,ad manſuetudinem, & animi ſu- amiſſionē eruditi ſint: ubi autem Deus in periculum vocatur, ibi promptos eſſe, & inexorabiles,& neque ad opprobrium ægreſcere, neq; ad laudem humanam emolleſcere. Quoniam verè pacis, & concordiæ Deus, diſtantia copularit, & ſe prompte à contentione deſiſtere, & illi gratias habere,qui pacis hujus auctor impetrator fuerit. Poſtmodum Imperator, & Patriarcha utrosque de pace,ut oportebat,alloenti,ſynodum dimiſerunt. Barlaamus haud longum tempus Byzantii moratus, Imperatore brevi defuncto, æque ut prius de dogmatis litem movit; judicium valde claudicaſſe clamitans: & aufugiens in Italiam,cum Latinis, ut antea ſenſit, ab eiſq; Hieracis Epiſcopus creatus eſt. De controverſia autem iſta:an nempè Monachi Græci, ἡσυχασταὶ, ſeu quieſcentes,cæleſti quodam & Divino, iiſque corporeis oculis conſpicuo lumine fuerint circumfuſi: an item lumen, quo ſplenduit Dominus in monte Thabor, Divina fuerit ſubſtantia,ſeu defluxio quædam & ſplendor,ex illa manans, pluribus agit Iacobus Pontanus,interpres Cantacuzeni, *in not.ad cap.ult.lib.2.*

20. Nicephorus Gregoras, facilitatem, benignitatem, & clementiam in Andronico laudabat,quod acceſſu eſſet hilaris & facilis,maximeque ex parte ſine cuſtodia, & ſine Imperatoriis ſatellitibus ageret: ſæpè etiam eos, quos ferro & laqueos contra ſe inſtruere ſciret, in easdem ædes admitteret, & menſæ adhiberet. Dicebat enim, vitam hominis in manu DEI eſſe poſitam, à quo ubi ejus deſtructio permittatur, tunc omnibus periculis fores patere. Ferè etiam nuſquam

quàm Imperatoriæ majeſtati, magnificentiæ & magnitudini ſtudebat; ſed ſæpè ſubditis humilius ſe gerebat. Idque ex uno è multis facilè apparebit. Imperatoriorum tricliniorum pavimēti ſummitates, ambæ inter ſe oppoſitæ eminebant ſupra interjectum ſolum, usque ad ſpithamæ trientem, ubi etiam Imperatorium ſolium erat conſtitutum, nimirùm; ut & in eo Imperator aliquid præ cæteris eximium haberet, ſive in ſacris hymnodiis perſiſtens, ſive nunc ſubditis, ſive exterarum nationum legatis reſpondens: nec in illo loco cuiquam mortalium licebat illi aſtare, præter uxorem, liberos, & fratres, & patruos fortaſſe. Verùm Andronico ibi ſtante, & differente, non modò omnis nobilitatis adoleſcentia illi adſtabat, ſed & plebejorum miniſtrorum quilibet. Unde forte turbâ hominum ita premebatur, & urgebatur, ut ipſe deflecteret ac loco cederet: aliisque ſuperiore ſtatione conceſſa, paulatim ad inferius pavimentum deſcenderet, nemini omnium ſuccenſens. De capitis porrò tegumento, apud ſuperiores Impp. moris erat, ut ætate provectiores aulici proceres, pileis turbinatis uterentur, ſerico tectis, pro dignitate cujusq;: adoleſcentes verò omnes, prorsùs nudis eſſent capitibus. Illo verò Imperatore, is mos usque adeo obolevit, ut omnes ſimul & ſenes & adoleſcentes pileis uterentur, non minùs in palatio quam in agris: iisque multiformibus & peregrinis, & quales cuique probabantur: alii Latinis, alii Myſiis & Triballicis, aliis Syriis & Phœniciis, ſuo quisque arbitratu. Eodem more in veſtibus etiam uſi ſunt: ut prudentiores novitatem aliquam & deſtructionem Imperii, & fi-

nem inſtitutorum ac morum ejus divinorum. Idem certius etiam ex eo colligebatur, quod Imperatoriæ ac illuſtriſſimæ quæque ædes ferè omnes deſtructæ, & in cloacas ac fimeta erant redactæ. Eodemque modo de moribus ac rebus patriarcharum, eorumque maximis ac illuſtriſſimis ædibus judicabant; quæ firmiſſimum ornamentum, ſimul & monumentum maximi templi divinæ ſapientiæ fuerant, tum à primis architectis confectæ, tum ab iis, qui ſecuti ſunt, pulcherrimæ adjectæ, & primis operibus admodum convenientes, quæ æquè omnes corruptæ & deſtructæ jacebant.

Andronicus n[illegible] pos[t] Ato Imperium adiv[it]. 1.

Ca[illegible] [illegible] Andronic[illegible]m, vivente adhuc patre, [illegible] [illegible]erunt. 2.5.

I[illegible] Principis, non ſollicitè guberna[illegible] f[illegible] corrumpitur 2.

Pr[illegible] f[illegible] futurarum turbarum 3.

N[illegible] [illegible] de Andronico ſeniore. 4.

Ex[illegible] [illegible] a demum animam addit eruditioni ex libris comparatæ 4.

Si futurus in imperio ſucceſſor, à Principe negligitur, aliusque ei præfertur, certo in[illegible] civilia bella [illegible] tur. 5.

[illegible] Nicephori Gregoræ, & Ioh. Cantacuzeni [illegible]

[illegible] Andronici j[illegible] toru. 7.

[illegible] non eſt, ſi Princeps ſenex, juvenem filium [illegible] habeat, [illegible] perii cupidum 7.

S[illegible] Andronici deferſio. 8.

[illegible] Conſtantinopo[li] m[illegible] api[illegible]; & in Avum [illegible] [illegible] edit. 9.

[illegible] non moderatur, ejus fructu[s] rar[illegible] [illegible] 9.

[illegible] Lo[illegible]thetæ infortunium, in ſomnio de[illegible] [illegible]. 10.

Anli-

Aulici, ſoli qui gratiam principis obtinent; mortuo, vel pulſo principe, ſimul cadunt: & omnibus exoſi redduntur. 10.
Andronici junioris clementia erga calumniatorem. 11.
Securè à Deo veniam admiſſorum petit, qui aliis etiam ignoſcit. 11.
Patriarcha, ab initio ergà Epiſcopos, qui in ipſum delique-rant ſatis durus; tandem illis ignovit. 12.
Eccleſiaſtici, magis vindictæ cupidi non rarò ſunt, quàm politici. 12.
Andronico, propter clementiam in hoſtes, Dei viciſſim beneficio, hoſtes non nocent. 13.
Andronicus ſenior, fit Monachus. 14. 16.
Andronici ſenioris obitus: & ejusdem præſagia. 15.
Andronicus junior, miraculose curatur. 16.
Diſputationes de rebus Divinis, non vulgandæ, & etiam plebeis communicandæ. 17.
Imp. Andronicus ſynodo præeſt. 18.
Controverſia, à Barlaamo mota, contra Monachos Græcos. 19.
Andronici junioris comitas, & clementia. 20.
Novi veſtitus, & deſtructio vel ruina veterum ædificiorum, mutationis Imperii ſigna videntur. 20.

XLIV. *Ioannes Cantacuzenus, ſub A. Chr. 1338. vel ut alii, 1341.*

ANno Chriſti 1338. Joannes Cantacuzenus, Andronico III. mortuo, ejus filiorum tutor, Imperium invaſit. Et hujus filiam, Orchanes Rex Turcicus habuit uxorem. *Chalcocondyl.* ingenti cum Græciæ malo: Barbaris etenim amicitia cum Græcis, invadendæ Græciæ promptior occaſio fuit.

2. Secuta eſt mortem Imp. Andronici ingens mutatio rerum. Cùm enim Ioannes Cantacuzenus, Magnus Domeſticus, Annam Andronici relictam Auguſtam, & Ioannem Imper. novem annorum puerum, nec non fratrem illius Manuelem, in tutelam ſuſcepiſſet & univerſus Clerus, è vicis & oppidis vicinis, Conſtantinopolim præconis juſſu evocatus, cum ingenti multitudine ſacerdotum & Epiſcoporum ſacris veſtibus indutorum, ſub uno Patriarcha Duce, defunctum Imperatorem, in Sophiæ templo, alternatim divinos hymnos modulantes, factis funeribus expiâſſent; ac Ioannes Cantacuzenus, Iohannem Patriarcham jam in Barlaami & Acyndini ſententiam, inclinâſſe, intellexiſſet, affectati Imperii apud Imperatricem eum accuſavit, occaſionemque ex causâ hujusmodi huxit. Non parum diu ante exceſſum, Andronico Imperatori, Ioannes Cantacuzenus Magnus Domeſticus conſilium dederat, Patriarchæ auctor eſſet, pœnam & ejectionem ex Eccleſia intermınandi, ſi quis Imperatore mortuo filiis ejus inſidiaretur, & imperium illis nefariè adimeret. Perſuadendi causâ addiderat, nihil indecens aut inopinatum facturos, quin etiam non modò filiis profuturos, ſi quid humanitùs illi accidiſſet. Ex ſententia illius, Andronicus, Patriarcham cum Epiſcopis, quotquot Byzantii verſabantur, permoverat, ut in eos anathema dicerent, qui ſe mortuo filio ejus per ſcelus adorirentur. Compleverat juſſa Patriarcha: & hac nimirum de causâ, poſt Andronici obitum, ad ſe quoque tutelam pueri Imp. pertinere exiſtimabat: ut authoritate ſua illi Imperium conſervaret. Purga-

git ea

git ea res Ioannem Cantacuzenum. Itaq; illum Principatus eſſe ambientem conqueſtus, multis turbationibus & ſeditionibus Imperium complevit, atque viam ſibiipſi per varias artes & ſtudia, ad purpuram aperuit. Poſt varias enim criminationes & ſimultates, cum Patriarcha & Apocauco exercitas, cùm & illos & pleroſq; proceres in odium Annæ Imperatricis & militum adduxiſſet, Didymotichi veſtem Imperatoriam induit: deinde in conſpectu omnium pedes crepidis purpureis exornavit, Imperialemque tiaram ante immaculatæ virginis DEI matris imaginem humi poſitam manu ſua tollens, ipſe capiti ſuo impoſuit, & præconibus acclamationes Imperatorias præcinere juſſit: ubi primum quidem Annæ Auguſtæ acclamatum, tum Ioanni filio Imperatori, tertio loco ipſi Ioanni Cantacuzeno Imperatori, cum Irene conjuge Imperatrice. Indè poſt ſacra, in quibus eodem ordine, Imperatorum, & ſimiliter Ioannis Patriarchæ facta eſt mentio, poſtquam ſolennem populi applauſum, equo inſidens Cantacuzenus, aliis omnibus, quotquot erant, in equis proſequentibus, templum magni martyris Georgii Palæocaſtritæ petivit, eumque precibus veneratus gratias egit, & quibusdam de Latinis auxiliis, ſolemni ceremoniâ equeſtrem dignitatem contulit. Hinc in palatium reverſus, cum uxore magnificentiſſimo epulo accubuit, frequenti corona, ut Imperatoris ſolet, circumſtante. Epulantibus, Ioannes & Manuel fratres Irenæ Imperatricis, & Ioannes Angelus Imperatoris conſobrinus, miniſtrabant. Ad hunc modum Ioannes Cantacuzenus Imperium Conſtantinopolitanū

arre-

arripuit, cùm Ioannem Patriarcham ambitus postularet. Exindè non nemo illum Constantinopoli maledictis & conviciis proſcindebat, & Anna Auguſta ingratitudinis condemnabat, quòd ſummis ab Imp. demortuo beneficiis ornatus, & tantoperè dilectus, ex diametro ingratus, & erga ejus liberos malevolus exiſtens, tyrannidem affectaſſet. Patriarcha interim legum Eccleſiaſticarum ſecurus illum anathemati cũ ſequacibus ſubjecit: quòd in Imperatorem ſe nequam præſtitiſſet. Deinde monachum ab eodem ad ſe literas ſecretiores ferentem, & Imperii invaſionem excuſantem, ut atrociſſimi ſceleris reum, in carcerem conjecit: ſicque Cantacuzenum adverſum ſe concitavit, ut ille poſtea rerum potens, e Patriarchico ſolio eum dejecerit: maximè quòd Latinis faveret, & pro juſtitia depugnâſſet, atque Imperium Ioanni puero vindicaret. *Hæc Bzovius, ſub A.C. 1341. n. 14. & ſeq.* Sed ſe invitum ad Imperii habenas capeſſendas protractum, omnibus perſuadere nititur ipſe Cantacuzenus, *præſertim, lib. 3. c. 25. ac 92. & lib. 4. c. 7.*

3. Quod autem Orchanes Turcarum Imperator, Cantacuzeni fuerit gener, ipſe fatetur *lib. 4. cap. 4.* dùm inquit: Orchanes Imperatoris Cantacuzeni ſc. gener, poſteaquam ſocerum Byzantio potitum, totum jam imperium Romanum, quantum eſſet, certò poſſidere didicit, cum tota domo Scutarium (ut ab indigenis vocatur) è regione Byzantii ſitum, victoriam gratulaturus advenit. Ad quem extemplo Imperator, triremibus trajecit, diebuſque non paucis conventionibus, & ſympoſiis vacantes, collætati ſunt. Ad eandem porrò menſam Imperator, & Orchanes

nes gener filii quatuor ex prioribus ſuſcepti uxoribus,ad aliam non longè accumbebant: cæteri illuſtres Perſæ,& Romani in eorum conſpectu, ſuper ſtratis tapetibus diſcumbebant. Vbi ſe diu mutuò delectârunt, Orchanes quidem in caſtris ſeu claſſe remanſit: Imperator cum filia Theodora,Orchanis conjuge, ſequentibus ejuſdem filiis,reliquiſque domeſticis,Byzantium ſe recepit: ibi cum matre,& ſororibus triduum verſatus,poſtea in Bithyniam cum privignis & conjugibus honorificè à patre donatis rediit.

4. Quid verò, in creatione Cantacuzeni evenerit, ipſe idem enarrat. *lib.3.c.27* Hora, inquit, inaugurationis, quâ novum Imperatorem cultum ſumere imperatorium oportebat, interiorem veſtem plus æquo ſtrictam eſſe contigit, ut quamvis multum diſtenta operire corpus non poſſet, exteriorem planè contrà plus juſto laxã: tametſi ambas idem feciſſet artifex, qui anteà multas ſæpè & habiles & aptas confecerat. Ibi tum aſſiſtens quidam familiariſſimus prædixit, principia illi admodùm arcta,& difficultatis plena fore;quemadmodum nunc interius indumẽtum corpus nimium aſtringeret: ſubſequentia è diametro oppoſita, nimiùm lata, remiſſionis & quietis abundantia. Eadem luce, dum miſſæ ſacrificium conficeret, evenit, ut in Evangelio illa ſententia recitaretur, qua Salvator noſter & Rex ſeculorum Ieſus Chriſtus, de futuris eorum caſibus differens ait: *Si me perſecuti ſunt,& vos perſequentur*. Quæ verba arripientes quidam, multas calamitates illi prænunciarunt affuturas. Didymotichi quoque Epiſcopus ei dixerat: *Imperium quidem illi a DEO decretum eſſe; veruntamen labra ejus exſume-*

tumeſcent, inquit, *qui uvam ace bam comederit*. Quibus verbis innuebat, illum multis antè periculis & tentationibus circumventum iri.

5. Interim etiam Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus, pueri Imperatoris, & Annæ ejus matris tutela ſuſceptâ, invaſorem Imperii Cantacuzenum, anathemate damnare non negligebat. Hic porrò, non vim ejus cenſuræ, neque poteſtatem principis ſacrorum elevabat, ſed non ſe eo vinculo teneri (quaſi innocens damnaretur) excuſabat. Non indigna eſt ea oratio, quæ in conſolationem illorum, qui ſine noxa diras patiuntur, adferatur. Ea ita habet. Hominis quidam, vitam ſanctè & divinis legibus convenienter inſtituunt, atque in religione firmi ac ſtabiles ſunt: quidam prorſus contrariá via graudiuntur. Quotcunque igitur aut libidine, aut perjurio, aut homicidio, aut alio quopiam interdictorum ſe contaminant, aut in Fidei doctrina aliquo errore ducuntur, hi ſe a Christi parte alienarent. Nulla quippe ſocietas lucri ad tenebras. Epiſcopi autem, divinæ voluntatis interpretes, & Doctores ſunt. Itaque illi primùm ſpiritu docti, quinam propter pertinaciam in malo à DEO præciſi ſint, alios docent: ne cum ipſis commiſceantur, neq; cibum ſimul capiant, neque ipſis, ut à DEO ſeparatis, adhæreant, quo ſeparatione iſta pudefacti, aut reſipiſcant, aut alii ex eorum conſuetudine nihil detrimenti accipiant. Proclivius eſt enim à vitio, quàm à virtute ſimilitudinem trahere. Quod ſi Patriarcha obiiciat, Quorsùm igitur Chriſtus dixit, Omnia quæcunque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis? At ſanctū Petrum quoque audiat.

audiat, cujus gratiâ poteſtas data ſit. Is Clementi ſucceſſori ſuo, perſpicuè ita præcepit; *ſolv s, & ligatu, quæ æ eſt.* Vt Chriſtus quidem Petro abſolute mander, utpotè ſciens, neminem immerentem ligaturum; Petrus autem poſteà, à magiſtro ipſo inſtinctus, certos terminos conſtituat. Timuit, ut videtur, ne olim morbus talis irreperet, putarentque Epiſcopi, propter privatas querimonias, & animorum ſuorum perturbationes, auctoritatem ſe habere, à DEO ſeparandi quos luberet: quod in præſens iſti, uſum poteſtatis ſuæ neſcienti, accidit. Patet itaque, ſi quis ut à divina communione ſecludatur, commeruerit, etiam antequam Epiſcopi aliis palam faciat, à DEO abjectum & ſecluſum eſſe: quemadmodũ D. Petro Alexandrino Pontifici, de Ario contra Chriſtum furentẽ, prius etiam quàm a Sacra Synodo præſcinderetur, à reliquo Eccleſiæ corpore à DEO amputatum, & gehennâ inferorumq; ſuppliciis dignum eſſe, divinitùs demonſtratum eſt. Si verò nihil tale feciſſe certum ſit, ſed cum divinis parere præceptis, quæ maximè efficiunt, ut in membris Chriſti numeremur, non utique ab illo ſeparabitur, ſi motu aliquo turbido, & à ratione averſo, Epiſcopi illum fidelium cõmunitate prohibuerint. Magnum enim orbis terrarum lumen, Ioannes ille oris aurei, per nefas à grege ſuo, Epiſcoporum ſententiâ inique depulſus, ac pluribus miſeriis opertus, & anathemate percuſſus, de gloria ſuâ nec hilum amiſit. Verùm is quidem cum Chriſto vivit, & cum eodem honoratur: qui autem eum communione multarunt, magis ſemetipſos à DEI gloria alienârunt, invidia, ſycophantia, obtrectatione, & aliis

viciosis

vicioſis monitionibus, quibus ſe ſubjecerant vel trecentis. Nam ut præclarè ſcriptum extat apud Magnum Dionyſium; Divinum numen cum ratione pugnantes Epiſcoporum aſſertiones non ſequitur. Hæc Cantacuzenus, adverſus Patriarchæ ſententiam excipiebat, lib. 2. cap. 24. promptius alias, ſi ille à DEO ſeparatum alienum diſſet, & pœnam modicè ferre, atque ad emendationem peccatorum omnem diligentiam adhibere.

6. Bellum autem quod inter ipſos Romanos, ac contra Cantacuzenum, à Ioannis Palæologi ſequacibus accenſum fuit, ipſo Cantacuzeno, lib. 4. c. 1. confitente, quinquennio duravit: adeoque multas, ac ſævas clades invicem intulerunt, ut iis Imperium Romanum pæne funditus everſum, ac deletum ſit. Sed ibid. 9. Cantacuzenus, de pace & concordia facta, ut ſcribit, Perfoſſo muro, Cantacuzenus Conſtantinopolim ingreſſus, etiam palatium introivit, Annamque Auguſtam ante DEIparæ Hodegetriæ imaginem, cum filiis ſtantem invenit; quo magis illum ad miſericordiam permoveret, efficeretque, ut recordationem omnium, quæ per bellum gravia ſibi & odioſa accidiſſent, deponeret. Ille primò Dei matris iconem ſupplex veneratus, deinde ſuper ea univerſis audientibus juravit; ſe nec meditatum eſſe, nec feciſſe, qualecunque contra ipſam & filios, priuſquam ab illis bellum moveretur. Neque eam cum filio Imperatore Imperio ſpoliare ullo modo cogitaſſe: ſed omnia meras eſſe fabulantium criminationes, confictasque calumnias. Sibi indè ab initio fuiſſe propoſitum, quemvis laborem ſubire, & quantum haberet

opum.

opum,ad communem Imperatricis, filiorumq; fructum, ac ſuam denique gloriam in privato habitu manentem impendere. Poſtea Deo exquiſitas egit gratias, cùm vivus ad illum diem pervenerit,ex quo manifeſtiſſimè obtrectationibus & injuſtis accuſationibus liber futurus ſit; cum rebus ipſis obtrectatorum nequitiam modeſtiam ſuam palàm declaravit. Tum una cum Auguſta & filio Imper. in conclave ſibi paratum ingreſſus eſt. Ibi ſermonem induxit de Repub. & adoleſcenti de ſponſa Helena filia. Cœpit enim ſtatim vehementiſſime juvenem diligere,non ſolùm ob amorem,quo in patrem ejus fuerat: ſed etiam quod videbat eſſe gratiarum omnigenarum domicilium. Nec enim tantummodo forma duntaxat,ei inerat digna imperio.; verum etiam fortitudinis atque prudentiæ non vulgarem præ ſe ferebat indolem; quæ virtutes poſtea quoque, ut ſperabatur, in eo eluxerunt. Nulli quippè majorum ſuorum Impp. intelligentia ſecundus erat, & generoſam ſæpè numero audendi fiduciam hoſtibus demonſtravit. Poſtridie Cantacuz edixit, ut qui ſecum eſſent extra urbem morantes, & qui ab Imperatrice eſſent optimates,milites,aliique nobiles, Sacramento concepto fidem & ipſi, & Ioanni Palæologo, & Annæ Impp. adſtringerent, & univerſis uni ſe Imperio ſubjicientibus, ceſſaret omnis diſſenſio, & omnes diſcordiæ tandem aliquando finirentur. Quotquot in urbe cum Anna Imperatrice erant, & gratias Cantacuzeno egere, & ſacramentum libenter dixere. Nonnullis plures,& quidem nobiliſſimi repugnârunt,profeſſi, Cantacuzeno ſoli ſe parituros,præterea nemini eſſe per ab ur-

dum cenſentes, cum tot, tantosque labores bello exantlaverint, facultatesque, propinquos ſemetipſos pro nihilo habuerint, ut hoſtes debellarent, jam cum debellaverint, repente ipſos tanquam debellatos ſuperatosque videri; & jubere illis, quibus & ante, tam multarum moleſtiarum adhuc expertes ſubeſſe poterant, ſi voluiſſent. Hic per triduum, ne idem quod cæteri facerent, nempe Junioris Imperatoris jugum acciperent renitebantur. Cantacuzenus cōtumaciam videns, paucis, ac ſumma ſeveritate edixit, qui genero parere nollent, à ſe quoq; diſcederent. Nolle cuiquā ſibi parendi neceſſitatem imponere, quemadmodum ante hac impoſuiſſet: ſed ſi quis ſibi ſubdere ſe cupiat, eum & Imperatorem generum oportere Dominum agnoſcere. Aliter enim ſectes & diſſidia nunquam ſublatum iri. Cum tandem omnes ceſſiſſent, atque ut ita juſſi erant agnoviſſent, multis aliis poſtea actis, uxorem cū filiabus Adrianopoli evocavit. Venientibus Anna Imperatrix, & filius Ioannes Imperator, cum magiſtratibus & nobilitate univerſa, usque ad templum DEIparæ ante urbem obviam iverunt. Helena adoleſcenti Ioanni nuptura, patre & Anna Auguſtâ jubentibus, Imperatorio cultu exornata & Imperatrix ſalutata eſt.

7. Cantacuzeni, genus & familiam, ſtudia etiam ac mores, elogia item, latè recenſet Iac. Pontanus, hiſtoriæ a Cantacuzeno conſcriptæ interpres. Inprimis autem, quantâ ille idem prudentiâ excelluerit, apparet ex ipſa hiſtoria, ab illo conſcripta, de qua ita Voſſius, *d. hiſt. Græc. lib. 2. cap. 28 ad fin.* Nec præterire fas eſt, Ioannem Cantacuzenum, qui ex Imperatore monachus factus ac

pro Ioanne Ioſaphus dictus, ſub nomine Chriſtoduli luculentam condidit hiſtoriam; de Imperio Andronici junioris, & ſuo. Conſtat hoc opus libris I V. cujus priores duo præcipuè ſunt de rebus Andronici, poſteriores de iis, quæ ipſe poſt obitum Andronici geſſit. Factus verò monachus fuit, anno CIↃ CCCLX. Eo autem majoris hiſtoria ejus fieri debet, quia ſcripta eſt ab illo, non qui umbraticam ſemper vitam egiſſet; ſed qui primùm magnus fuerit domeſticus, ac poſt obitum Andronici junioris, liberorum ejus tutelam obtinuerit: & mox (ita volente Senatu, & Imperii rebus exigentibus) Imperator creatus, & in ea dignitate prudenter & fortiter ſe geſſerit. His illud accedit, quod non de rebus ſcripſit parùm ſibi perſpectis; ſed quibus ipſe interfuit, atque adeo præfuit. Sanè inter recentiores Græcos non ei quemquam puto præferri oportere. Scripſit etiam Cantacuzenus, jam Monachus, contra Alcoranum, pro Religione Chriſtiana, orationes octo: quæ a Ioh. Oporino, cum Gualter. Tigurini interpretatione, ſunt impreſſæ.

8. De legatione porrò, quam Cantacuzenus, ad Clementem V I. P.M. miſiſſe ſe dicit; ille ita ſcribit. lib. 4. c. 9. Reverſus Conſtantinopolim Imperator, ad Clementem Epiſcopum urbis Romæ, Georgium Spanopulum Protoveſtiarium, & Sigerum Prætorem populi, & de Latinis Franciſcum quendam nomine, veterem Miniſtrum ſuum, Papæ notum ac familiarem, legatos delegit. Legationis capita erant, ut deleret ex animo ejus, quam de eo opinionem ille conceperat. Nō enim ignorabat auditum à Romano Pontifice.

quo-

quomodo belli tempore, barbarorum uſus eſſet auxilio, qui Chriſtianorum plurimos occidiſſent, & captivos rapuiſſent quotidie. Idcirco ſummoperè deſiderabat, Papam cauſas eorum quæ geſta erant edocere: nempè bello premente id feciſſe, non quod ex animo communionem barbarorum amplecteretur. Deindè rogabat, quum ipſe Papa, & cum eo Italiæ & Occidentis Principes, contra barbaros Crucis hoſtes expeditionē meditati eſſent, ſe nunc imperatore ſuſcipere. Plurimum enim ſe illorum peſte & internecione lætari, ſeque adjutorem fore maximum non ſolum tranſitum expeditum exercitui in Aſiam concedendo; ſed cum ſuis quoque copiis præſto eſſe ciſcendo, & una certamen cupide obeundo. Atqui enim prærogativis, anteceſſoribus ſuis Imperatoribus libentiſſime cedere: alacritate autem ad res honeſtas, & deſiderio videndi barbaros eodem pati, quæ Chriſtianis tamdiu nefarie intuliſſent, nulli cedere. Ibant quidem ex ſententia Imperatoris omnia. Papa enim laudabat, & in cœlum tollebat Imperatorem, qui adeo injuſte armis oppugnatus, & calumniis ita vexatus, & bello tam multa indigna perpeſſus; poſt devictos hoſtes nihil parum ingenuum, aut puſilli animi præ ſe tuliſſet: neque malus ſibi malis eſſet præſertim antea tot à ſe beneficiis affectis fuiſſet: ſed cum Auguſta, & filiis ejus, cum ut lenem, tum ut ſtudio illo Imperatoris amici erga ſe dignum erat, egiſſe viſus eſſet: & in alio omnes ſimiliter ſeſe mitem, ac placidum, non ſolum commiſſorum pœnas a nemine repoſcendo, ſed contra ſtudioſe benefaciendo præſtitiſſet. Illud verò in prima laude ducebat, quod Imperatori

ago-

adoleſcenti filiam copulaſſet, paternumque imperium ei reſtituiſſet. Suntq; duo Epiſcopi cum Imperatoris Legatis, à Papâ remiſſi. Addatur Bzovius, A.C.1345.n.13.&c. ac A.C.1353.n.25.ubi Cantacuzenum, nihil minùs quàm unionem, ſed tantùm auxilium contra hoſtes, à Latinis impetrare voluiſſe, ait: ſed tamen idem Bzovius, A.C.1375.n.1. ſcribit: Si quis alius, ad unionem Romanæ Eccleſiæ revertentium, Ioannes Cantacuzenus ex Imperator Conſtantinopolitanus, D. Baſilii inſtitutum profeſſus, pro Sedis Apoſtolicæ Primatu adlaboravit. Id unicum nempè Græcos torquebat; an Pontifex Romanus, Superior omnibus Patriarchis, etiam Conſtantinopolitano, ab inſtitutione divina eſſet. Cantacuzenus, extra omnem controverſiam iſtud fore conſtantiſſimè aſſeveravit; nempè Eccleſiam Romanam, Matrem, Pontificem vero Romanum Patrem, Patrum, atq; Paſtorum omnium, eſſe.

Cantacuzenus, ex Tutore fit Imperator. 1. 2.

Tutelare Regnum, mutationibus multis obnoxium eſt. 1: 2.

Orchanes Turcicus Rex, Cantacuzeni gener. 3.

Præſagia de Imperio Cantacuzeni. 4.

Excommunicationes iniquæ, haud damnant. 5.

Pax inter Cantacuzenum, & Palæologum. 6.

Cantacuzeni laus, & hiſtoria, ab eodem conſcripta encomium. 7.

Legatio Cantacuzeni ad Pontificem Romanum: quâ ſe excuſat, quòd Barbarorum auxilio fuerit uſus. 8.

Cantacuzenus, dum imperaret, ſimulat unionem cum Latinis tractat: pòſt ex Imperator Pontificis Romani auctoritatem agnoviſſe dicitur. 8.

XLV. *Iohannes VI. vulgo Calolohannes dictus.*

A. C. 1354. aut 13 7.

ANno Chriſti 1354. Johannes Andronici Tertii filius, vulgò CaloJohannes dictus, ad Imperium paternum pervenit. Cantacuzeno Tyranno (Tutore ſimul & Socero) Franciſci Catalusii Genuenſis ope, operaq; exacto: cui ſororem non ſolum deſpondit; ſed & cum Leſbo Inſulâ donavit. *Chalcocondyl.*

2. Hac de re ita ſcribit Cuſpinianus. Andronici junioris Imperatoris Magnus domeſticus Iohannes Cantacuzenus, tutor filiorum à moriente Andronico creatus, cum in vita ejus, diu in magno honore habitus eſſet: eo mortuo, cuncta ejus arbitrio agebantur, tanquam ab eo, qui ſupremam obtinebat dignitatem. Cumque aliquot annis, CaloIohannem & Manuelem educaſſet, omniaque prudenter gererentur, Apocauci fraude, viri obſcuriſſimi, ſed ſolertia & calliditate inter Principis amicos præcipuæ dignationis, & Patriarchæ ambitione in exilium truditur. Ille vero injuriæ impatiens, bellum quinquennale, adverſus reginam & Ioannem geſſit; Turcorum arma primus Europæ inferens. Cæterum rebus indies peſſum euntibus, proditur illi Byzantium. Quod cum occupaſſet nulli ferè moleſtus, imperii tantum principem egit, filiâ in uxorem Ioanni traditâ, quem ſibi generum fecit. Sed cum una in domo, generque ſocer

vitam agerent (ut fit) in diſcordiam veniunt: quæ indies plus invaleſcens, tantum eos incendit, ut domi foriſq; alter alteri ſe hoſtem oſtenderet. Sed cum major eſſet potentia ſoceri, ſeq; ipſum Socer, vi atque armis velut Imperator tutaretur; Caloioannes in Tenedum veniens, auxilio claſſis Genuenſium in regnum patrium reſtituitur; pulſo armis Cantacuzeno, Imperii ejus contra jus & fas occupatore. Quod factum legimus auxilio atque opera Franciſci Cataluſii Genuenſis, viri maritimarum rerum exercitatiſſimi, claſſis præfecti. Cui ne videretur ingratus, domo dedit Mitylenem inſulam, quam Mahometus Turcus, cùm Conſtantinopolim & omnē Thraciam occupâſſet, Cataluſiis ipſis vi abſtulit, non ſine ingenti multorum perturbatione: Nicolaumq; Cataluſium Principem Lesbi crudeliſſime occidit.

3. Ea de re, ita Bzovius, A.C.1355. n. 37. Per id temporis, in Oriente, inter Palæologum & Cantacuzenum Imperatores, de Imperio variè actū eſt; donec Franciſcus Cataluſius Genuenſium potentiſſimus, opem Palæologo ad confirmandum Imperium tuliſſet, & is Cantacuzeno neceſſitatem impoſuiſſet, Imperium abdicandi. Hic namque, tandem ornamentis Imperatoriis in ipſo palatio depoſitis, veſte Monaſtica ſe operuit, ac pro Ioanne, Ioſaph ex illo vocari cæptus eſt. Eadem hora, & Irene Imperatrix Cantacuzeni uxor, ipſa quoq; Imperio valere juſſo, monachæ habitum induit, & pro Irene, Eugeniam ſe nominavit. Poſthæc in Manganenſe, Cantacuzenus, quod antè ſtatuerat, Eugenia in Marthæ Monaſterium, Cantacuzeno ex materna hæ-

reditate debitum, ſe incluſit. Cumque aliquamdiu in Manganenſi cœnobio vixiſſet, poſtea apud Atho ſacrum montem, in Batopedii monaſterio ſe condere, & reliquum ibi ævum exigere decrevit. Nactus liberam & abſolutam Imperii adminiſtrationem Palæologus, quòd & à Turcis premeretur, & à Græcis rebellionem timeret, opem Innocentii Pontificis poſtulavit, eidem literis pollicitus omnia ſe ſervaturum, quæ Archiepiſcopo Smyrnenſi, Sedis Romanæ, & Innocentii Nuncio ſpoponderat. Scilicet (1) ut ipſe reverteretur, & ſubditos omnes reducere conaretur, ad unitatem Romanæ Eccleſiæ. (2) Tria collegia Conſtantinopoli erigeret, in quibus literæ Latinæ, filiis procerum & optimatum Græcorum, publicè prælegerentur: (3) Palatium pro dignitate Apoſtolicæ Sedis Conſtantinopoli, deſignaret Apoſtolico Legato, qui ibidem cum poteſtate rebus ſacris, & fœderi ſacro præſideret. (4) Filium primogenitum Pontifici Romano, non tam obſidem quam diſcipulum daret; à cujus Magiſterio ille, & linguam, & fidem, ac conſuetudines probatas Latinorum ediſceret. Bzovius, *A. 1355. n. 37. &c. ubi Epiſtola Ioannis Pal. inſerta conſpicitur.* Hæc Palæologus Imperator Innocentio Pontifici ſpondebat, vim metuens & à Græcis; quorum pars Matthæo Cantacuzeno filio Imperium, à patre Cantacuzeno aſſignatum integrum eſſe volebant; & à Turcis qui multas incurſiones in Chriſtianos faciebant, olim contra Palæologum ab Ioanne Cantacuzeno adducti.

4. Quomodo autem Ioannes Imper. non ſolum Orchanem, (à quo ſocer Cantacuzenus au-

xilium

xilium popoſcerat) à Matthæi (Cantacuzeni filii, jam à Patre Imperatoris deſignati) amicitiâ abalienarit, ſed & ipſum Matthæum, in ſuam poteſtatem redegerit : ita narrat Cantacuzenus, *lib. 4. cap. 44. & ſeq.* Per id tempus ex Phocæa veteri, quam Calothetus gubernabat, prædatoria navis in ſinum Aſtacenum piraticæ faciundæ devenit, & Chalilen, Orchanis filium, caſu in portum illic trajicientem (à piſcatione oblectationem quærebat) cepit, ſtatimque Phocæam recurrit. Orchanes, ut filium Phocæam captivum abductum comperit; Phocæenſes ulciſci non poterat, quòd navali potentiâ non valeret, quâ eos affligeret. Itaque in omnem ſe partem verſans, & anxius animi, tandem ad Palæologi Imperatoris auxilium reſpicit; ut qui ſolus filium vinculis liberare queat, idque ut præſtare ne gravetur, miſſis oratoribus rogat. Imperator ſtatim ſpondet facturum omnia, & filium reſtituturum, ſi & ipſe à Matthæo, contra ſe adjuvando ceſſaret. Orchanes quippè, etiam poſt Cantacuzeni anachoreſin, ejus ſe cupidiſſimum demonſtrabat; atque idcirco & filio ipſius, multum commodabat, & urbibus eidem ſubjectis nihil moleſtiarum exhibebat, & quoties orabat, auxilium ſubmittebat. Quæ cùm Palæologo dolerent, pulchram nactus occaſionem, Orchanem à Matthæi amicitiâ disjungere tentavit, promiſitque barbarus omnia, modò filium reciperet: & quam diu captivus ille tenebatur, nec Matthæo adverſus Palæologum ſubſidio, nec Byzantio aliisq; urbibus eidem parentibus moleſtiæ fuit. Imperator exiſtimans, Calothetum, Orchani filium haud gravatè redditurum, ſi tantum peteretur.

Petitum ergo miſit, honores & alia nonnulla pollicitus. Calothetus his parum mo[illegible] eandem pecuniæ ſummam poſtulare, quam numerare Imperator vix poterat. Cumque ei hoſtilia minaretur, ille nihilominus in impudentia perſiſtebat. Quocirca armis in eum ire conſtituit, & triremibus bono numero comparatis, terra marique eum laceſſebat. Quoniam verò frequenti,& valida oppugnatione tentatis mœnibus,urbem vi capi non poſſe animadvertebat, perſolutis Calotheto aureorum centum millibus,& Panhyperſebaſti dignitate addita, filium Orchanis liberavit, & ad patrem remiſit. At interim in Matthæum exercitum ducens,eum hoc fato accepit. Apud Philippos,Matthæus contra Triballorum ingentem manipulum pugnans, cum multos ſuorum amiſiſſet, inprimis equo ſub eo confoſſo periculum adierat; niſi famulus quidam,Cypariſſiota nomine, cum præſenti capitis ſui periculo, equum illi ſuum ſubjeciſſet. Repentè ſiquidem ab inſequentibus Triballis comprehenſus, & ad tempus vinculis mancipatus,propter religionis communionem dimiſſus eſt. Matthæus porrò, cum Philippos veniſſet ſolus,& tranſitum obſeſſum conſpexiſſet, nitique contra tam multos non poſſet, nec quid melius agere haberet, in paludem, quà plurima arundo, ingreſſus eſt; latere ſe poſſe credens, quoad nox appetiiſſet. Cum autem paluſtre cœnum equi ungulas non ſuſtineret,& infixas retineret, deſcendit,ſeſeque occuluit. Philippenſes [illegible]ſantes (non enim ignorabant qui eſſet, [illegible] Gacoras quidam de famulis ejus, ex vulnere [illegible] ipſos decumbēs, & jam vita deficiens,

procul

procul illum agnoviſſet, & Matthæum eſſe qui veniret, citra hæſitationem dixiſſet; & virgulta canibus diligenter ſcrutantes, eum cœperunt, atque in urbem introduxerunt; deinde Boichnæ Cæſari tradiderunt. Palæologus inter hæc, Gratianopolim occupavit, atque indidem Irenem Matthæi uxorem, cum duobus filiis totidemq; filiabus, hærentem cepit. Mox Peritheorium reverſus legationem ad Boichnam, cum facultate in Matthæum, ut liberet, agendi miſit; addita pollicitatione immodicæ pecuniæ, ſi illum ſibi vinctum traderet. Ille ut didicit, & urbes, & liberos Matthæi, & uxorem captos eſſe, nullamque ſpem reſtare accipiendæ ab eodem Matthæo pecuniæ, aut commodaturum ad meditata ab ipſis perficiunda, qui jam ſine urbe & foco eſſet, mutata ſententia, à Palæologo pecuniam pro eo paciſcitur. Qua data, veritus ne Ioannis gratiam aſſecutus, ſe poſtmodum propter proditionem vindicaret, oculos ei eruere cogitavit: ſperans id etiam Ioanni Imperatori gratum fore, ſi ab aliis, non ab ipſo luminibus orbaretur: mittensq; rogabat, ut quod deliberaſſet, exequi liceret. Palæologus hoc verbum averſatus, niſi penitus integrum & incolumen redderet, recepturum negavit; & omni ope enitebatur, ut Triballo perſuaderet, ne quid eum læderet. Quamobrem corpore nihil mutilato, ad illum miſſus eſt. Vt in tribunibus Imperatoris fuit, certatim Romani Imperatorem hortati ſunt, ut fratri uxoris oculos effodi vellet: quo ſic multis defungeretur moleſtiis, & ne rurſus certaminum, periculorumque ſibi, cæteriſque Romanis omnibus, civilis belli occaſionem relinqueret. Hac in parte

aliorum rationibus univerſis poſthabitis, fratrem uxoris *Matthæum* inoffenſum (quod contra multi ſuadebant) in Tenedum deportavit, & cum uxore ac liberis ibi aliquandiu vitam agitare permiſit: ac tandem, ut liberis & uxore in Tenedo remanentibus, ſolus Matthæus in Lesbum adduceretur, mandavit, Conſtantinopolimque reverſus in monaſterio Manganenſi ſocero rem omnem expoſuit; pauloque poſt *Matthæum* cuſtodia liberaturum ſe promiſit.

5. Hac eâdem de re etiam Bzovius A.C. 1361. Ioh. Palæologus, à Cantacuzenis Ioanne & Matthæo, premebatur: donec Divinâ adjuvante Providentiâ, Matthæum in ordinem redigeret, & in carcerem coniiceret. Ingentem benignitatem Palæologus Matthæo captivo oſtendit; cùm poſſet victorum more ſolenni, in illum gravius decernere. Poſtulabat, ut ſponte Imperio renunciaret, privati ſtatu contentus, & honoribus poſt Imperatores primis, liberos ejus in omnibus (Andronico Imperatore excepto) antecederet. Licere etiam illi, novum genus veſtitus excogitare, eoque uti permittebat: modo ne faceret aut loqueretur aliquid, velut Imperator eſſet. Quòd ſi quis erga eum, tanquam Imperatorem ſe gereret, aut eum hoc nomine appellaret, hunc iratus rejiceret. Talis erat Palæologi poſtulatio. Matthæus totâ vitâ carcerem habitare, quàm talem conditionem malle. Primum enim intolerabile aiebat, qui heri & nudius tertius adoratus fuiſſet, ut Imperator, nunc ſubeſſe privati habitu, & ab aliis parum aut nihil differre. Deinde neque ipſam occaſionem carceris, pudendam & contemnendam eſſe: ſed ob libertatem homo-

phylorum, quam barbari ereptum iverint, infelici Marte pugnantem captum esse, quod & antea multis Romanis Imperatoribus acciderit, & nunc gloriæ & honoris cauſa velle adverſa perpeti: id quod nemo prudens vitio daturus ſit. Quod ſi iſtâ miſeriâ, quæ videtur, fractus, ſponte ſe ſubmittat, ſuamque gloriam liberis prodat, ab omnibus puſilli animi jure accuſatum iri. Quamobrem facilius tota vita in cuſtodia manſurum: orabatque Imperatorem affinem, ſi vellet benignius agere, ne ſe ullo ornamento ſpoliaret, ſed cùm ſe carcere abſolveret, tum Imperatorem eſſe pateretur. Hoc ſi ſibi negaret quoad viveret, in vinculis haberi malle. Ioannes Cantacuzenus cum hæc de filio audiiſſet, docere ſtuduit, ipſum à ſcopo aberrare. Digna eſt ea oratio, quæ ab his legatur, qui in alios dominari concupiſcunt. Extat ea apud Cantacuzenum, lib. 4. c. 4. ubi inter alia notanter ſcribit. Qui a b ipſa experientia eruditus, clariſſimè perſpexi, tantùm Imperium benè, & convenienter, cum omnium Imperatoris Dei imitatione procurare, non eſſe in cuiuſque volentis manu ſitum: ſed eorum, qui ſpiritu Dei acti, omnia ex placito agentis agunt (quales erant David, & Conſtantinus ille Magnus Imperator, & quæcunque ad illorum præſtantiā proximè acceſſerunt) tutiſſimum conſilium eſſe, derim iis, qui tales non ſunt, ut etiam primo conatu abſtineant: quandoquidem non minus nocumenti è principatu reportaturi ſunt, quam ſe emolumenti reportaturos confidebant, ſemetipſos ludificantes, damna, delitias, & vitam deſidioſam in bonis numerantes. Perſuaſit Cantacuzenus filio, isque juravit ſe Imperio abdicare.

los

his conditionibus. Vt Imperio, quà gubernatione, quà veſtitu, qua appellatione, omnimodis depoſito, proximos Imperatori honores occuparet, & filios ejus (Andronico juniore Imperatore excepto) præcederet, & omni eos benevolentia coleret: arma ob Imperium nunquam illis inferret, neque beneficii memoriam obliterari apud ſe pateretur. Deindè in Epibatis Imperatoribus & Imperatricibus, Calliſto item Patriarcha, & Lazaro Hieroſolymorum, aliisque Epiſcopis, quotquot per id tempus Byzantii degebant, ſacras ſtolas indutis, ac toto ordine Senatorio præſentibus, Matthæus Cantac. aſtante etiam uxore juravit, ſe illa dum viveret ſervaturum, nec aliquid aliquando ſcientem, ac volentem tranſgreſſurum. Super hæc & Calliſtus, eum ſacrâ execratione percuſſit, ni jurata diligenter præſtaret: mox Epiſcoporum conventus ſolutus eſt. Cantacuzen. lib. 4. c. 49.

6. Cæterùm CaloJohannes, cùm Bulgaricis armis premeretur; initâ cum Turcarum Rege ſocietate, ſe ejus ſtipendiarium fecit. quæ res Græcanici Imperii labes fuit Amurathes etenim, Orchane genitus, Græco Cæſari opem adverſus Bulgaros Turcicâ fide tulit. Bellum deditâ operâ trahens, & per ſpeciem ſupplementi ex Aſia tranſportandi, Callipolim, aliaque oppida circa fauces Helleſponti, occupat. Bonâ indè Thraciæ parte potitus Adrianopolim Imperii ſedem tranſfert

7. Certè arctam fuiſſe amicitiam, inter Ioh. Palæologum, & Amurathem, ex ſequenti narratione, quam habet Chalcocondyles, lib. 1. patcſcit: quamque perperam Ioh. Cantacuzeno attribuit Bzovius. A. C. 1353. n. 25. &c. Rebus Europæis, Amurathes Sauzem natu maximũ filium reliquerat adminiſtratorem; ipſe in Aſiam reverſus. Hic ſeditione concitatâ, cum Græcorum nobilium in Europa animos conciliâſſet, deficere à patre cogitans, Andronicum Iohannis Palæologi filium ſeniorem, eò adduxit, ut uterque à patre deficeret ſuo, paternumque regnum teneret; eundemque & hoſtem & amicum duceret, quem alter juſſiſſet. Præterea ſiquis eos bello impeteret, alter alteri auxilio eſſe ne cunctaretur. Hæc cùm ipſis viſa eſſent, quò majoribus animis obſervarentur, jusjurandi religio utrinque interpoſita eſt. Vbi verò de iſtis rebus certior factus fuiſſet Amurates, Palæologo crimen objecit, quaſi is filio Author ſeditionis fuiſſet. Ille excuſabat, dicens: Nequaquam, o Rex, hanc culpam verè in me reiicies, nam ſi nunc mihi daretur filius ille meus; quem ais; adeò impia in te patrare, ſanè cogniturus eſſes liquidò, quàm ardentiſſimis ſtudiis, te tuumq; Regnum complecterer. Sin autem mihi animadvertendi in filium negotium injunxeris, ne me adeò dementem forè exiſtimes, ut quicquam gratiâ repreſſus, de pœnæ ſeveritate remittam: præſertim cùm is puniendus ſit, qui tibi mihique inimiciſſimus & infeſtiſſimus eſt. Iohannes dicendi cùm finem feciſſet; placuit, ut uterque parens ſuum filium ſimili pœnâ, cùm crimen utriuſq; ſimile foret, feriret. Pœna autem erat conſtitu-

ta,

ta; videlicet, ut utriusque oculi eruerentur. Factum paulo post. Namque Iohannes infundens filii oculis ſ.... fervidum, viſum ei ademit: cum etiam Amurathes Sauzem filium, oculis privari juſſiſſet.

8. At qui Iohanni Palæologo, Græcorum Imperatori imponunt, quaſi is primus Turcos in Aſiam induxerit iniquiores ſe illi oſtendunt, vel ex teſtimonio inimico, Ioannis Cantacuzeni ex Imperatoris, lib. 4. cap. 50. probare conatur Bzovius, A. C. 1362. à princ. verba ita ſe habent: Per idem tempus Calliſtus Patriarcha, Legatus, ab Imperatore ad Eliſabetham Cralis conjugem, Pheris poſt illius obitum habitātem miſſus eſt: adhuc enim eo ſuperſtite inimicitias exercebāt. Summa legationis erat, ut omiſſo bello inter ſe, barbaros qui eſſent in Thracia, Romanorum, Triballorumque provincias infeſtantes, & aſſiduè depopulantes, conjunctis copiis invaderet. Cralænæ, & omnes proceres Triballi, legationem placidè audierunt, & æquè viſum armis appetendos eſſe barbaros, Patriarchamque laudibus ac veneratione non parvâ afficiebant: & Eliſabetha præcipuè mira illum benevolentia tractabat, ſeſeque Deum quemdam hoſpitio excepiſſe putabat. Evenit autem, ut & ipſe Patriarcha, & comites ejus præter paucos lævo correpti morbo, omnes interirent. Ducebat is ſecum de clero Eccleſiæ primarios: unde fama per multos diſſipata eſt, veneno ſublatos à Triballis. Sanè manifeſto mendacio, atque calumniæ. Sed idem tamen Bzovius *ſub A. C. 1363. n. 7.* ſibi, quaſi contra... inquit. Opus habuit Pontifex bellum ſa... indicere, & vires Chriſtianorum cruce Sa-

croſanctâ armare, tum contra Turcas & Saracenos in Oriente, tum adverſus hoſtes Eccleſiæ in Italia & Galliis bacchantes. Anteà quidem Turcæ venerant in Europam: ſed nunc uſi navibus Genuenſium transmiſerant in Græciam [illegible] armatorum, ſpecie quidem juvandi Imperatorem, ſed reverà ut occuparent (quod etiam fecerant) præcipuas civitates, Philippolim, Adrianopolim, aliasque plures: quibus captis Ioannem Palæologum vectigalem fecit Amurathes Turcarum princeps, & ex Imperatore ſervum. Imperator enim dato filio obſide, nec militare, nec Imperium inire deinceps, auſus eſt, niſi accepta à Turcis poteſtate, ut omnes fere hiſtorici obſervant. Huic itaque ut Pontifex opem ferret, ſub ſignum crucis Chriſtianos vocabat.

9. Multa cum hocce Imperatore, egit Urbanus Pontifex Maximus, ut eum ad ſcritum Eccleſiæ Romanæ reduceret. Nuncios ſedis Apoſtolicæ Conſtantinopolim deſtinavit, cum articulos fidei quos Græci profiterentur, & formulam ex qua errores ejurarent, & conceptum [illegible] diſertis Sacramentum, quod Romano Pontifici & Sedi Apoſtolicæ dicerent, illis ſcripſit. Quarum literarū tenorē Bzovius, *ſub A.C. 1365.* [illegible] ex libris ſecretorum Urbani quinti, tranſcripſit. Qui idem *ſub A.C. 1369. n. 1. ab init.* refert, Palæologum Amurathem timentē, in Italiam properaſſe, & Romæ fidem Eccleſiæ Latinæ profeſſum eſſe. verba ita ſe habent: Amurathes Turcarum princeps, magnos per hæc tempora tum in Europa, tum in Aſia fecerat progreſſus. In cujus poteſtatem venerat inprimis Rex Myſiorum Biagesſes, Zaizi filius, nec non Bogdanus. Acceſſere

cujus

etiam in ditionem & alii Europæi duces, Triballorum videlicet, Græcorum & Albanorum. His omnibus Imperio ſuo admotis, etiam Aſianis ducibus ſtipatus, Ioannem quoque Palæologum Imperatorem, bello laceſſere conſtituit. Hic porro, cum animadverteret, res illius incredibili ſucceſſu augeri, in Italiam navigavit; primoque Ioannam Reginam Siciliæ, de Sacro Divi Laurentii adiit, oraturus auxilium. Pontificem quoque Vrbanum interpellavit, inque ejus poteſtate ſe futurum dixit, ſi modò ſuppetias aliquas adverſus Turcas concederet. Romam præcipuè properabat accedere, ut ibi in Orbis univerſi theatro, fidem, ex formula Romanæ Eccleſiæ profiteretur, ſeque ac univerſos ſubditos Græcani ritus, Occidentali Eccleſiæ conjungeret. Huic Profeſſioni audiendæ, & univerſo negotio peragendo, Vrbanus Papa, datis literis Viterbii, quatuor Cardinales, Legatos in urbem deſtinavit; Guillelmum Epiſcopum Oſtienſem, Bernardum Baſilicæ XII. Apoſtolorum, Franciſcum tituli S. Sabinæ presbyteros, & Raynaldum S. Adriani Cardinalem Diaconum. Vbi coram eis, articulos profeſſionis ex ſcripto, Imperator, audiente frequentiâ populorum innumerabili, Græco idiomate pronunciavit, ſpopondit, juravit, & dato diplomate confirmavit, in Baſilica principis Apoſtolorum. Et addit inſuper, Bzovius. Paulus Patriarcha, & F. Nicolaus Epiſcopus & F. Antonius Ordinis Minorum, fuere præſentes audiendæ profeſſioni Palæologi, quod hi à Commiſſariis Cardinalibus, authoritate Apoſtolica, fuiſſent auditioni & interpretationi deputati; callentes linguam Græcam

& Latinam: & jurejurando in ſe recepiſſent, fideliter referre Iſ ino idiomate verba Imperatoris, Græcè profitentis, & aliorum Græcorum qui ad exemplum Palæologi profiteri volebant. Eam profeſſionem, coram Cardinalibus commiſſariis factam; cùm Vrbanus pontifex accepiſſet, Romam, Viterbio properavit. Huic venienti, Palæologus Imperator obviam extra urbem proceſſit, & deoſculatis ex more pontificis pedibus, frenum equi illius tamdiu tenuit, donec ad gradus Baſilicæ Vaticanæ, equo inſidentem Vrbanum, pedes incedens adduceret. Stratoris deindè officio, deſcendente ex equo Pontifice functus, ab eodem Vrbano ad aram majorem Principis Apoſtolorum introductus, ibidem, audiente Nicolà tituli S. Mariæ in via Lata Cardinali, ex eadem formula profeſſus eſt fidem Catholicam: ejùsque profeſſionis aliud inſtrumentum aurea bulla, eodem anno 1369. & menſe Octobri dedit ſignatum: cùm Vrbanum Pontificem, ſacris more Latino operantem audiret. Eadem de re ita ſcribit Leonclavius, *in ſupplem. Annal. Græc. fol. 502.* Territus Iohannes Turcorum ſucceſſibus auxiliorum impetrandorum causâ præfectus eſt Venetias: ubi quum nihil effeciſſet, in Galliam & Angliam abiit; ſpe itidem irritâ, quod Carolus VI. rex tumultibus ſuorũ diſtineretur. Iam reverſum Venetias, dimittere mercatores Veneti, per ſummam inſolentiam noluerunt; niſi pecuniam creditam ituro ad Galliæ regem, unà cum uſuris reſtituiſſet. Hac de causâ, quum ad filium Andronicum, quem Conſtantinopoli per abſentiam ſuam præfecerat, ſuos ablegaſſet, nec ab eo quidquam extorquere poſſet: Venetis

hæc-

hærere diutiùs coactus fuiſſet; ni Manuelus alter filius, qui Theſſalonicam adminiſtrabat, è ſua præfecturâ coactis numis, Venetias ad patrem veniſſet, eumque liberaſſet: quo quidem ille facto, patrem arctiſſimè ſibi devinxit, Andronico deinceps graviſſimè ſuccenſentem.

10. Sed denuò tentavit Palæologus, Latinorum auxilia impetrare. Quâ de re ita Bzovius. A. C. 1373. à pr. Ioannes Palæologus Græcorum Imperator, & reliqui Chriſtianorum in Oriente Principes, non poterant Turcorum progreſſus impedire, quò minus illi plures provincias in poſſeſſionem ſuam armis vendicarent. Multa enim in Epiro & Macedonia occupaverant, atq; Athenarum Ducatui imminebant. Miſit Palæologus ad Pontificem, & Principes Europæos, Ioannem Laſcarim, qui calamitates Chriſtianorum exponeret, & ſubſidia flagitaret. Audivit eum benignè Gregorius P. M. & imprimis Carolo Regi Galliæ, Carolo Imperatori, & Regibus Septentrionalibus, commendatum in eo quod curabat negotio fecit. Deindè cum Ludovico Vngariæ, & Ioanna Siciliæ Regibus, cum Venetorum & Ianuenſium Ducibus, nec non militibus Rhodianis ſocietate armorum factâ; quantam potuit claſſem Palæologo miſit, atq; piam militiã in Germania, Vngaria, Polonia & Bohemia adverſus Turcos prædicari fecit; cui modicum tamen non impedimentum attulerunt diſcordiæ, inter Imperatorem & Duces Bavariæ, non omninò compoſitæ. Præter hæc Gregorius, omnibus Principibus Orientis, iterùm, ut apud Thebas veteres, ad diem Calendarum Octobriũ hujus anni convenirent, inque commune con-

tra hoſtes Fidei con ulerent, edixit, Conſluxerunt non pauci, die deſignato. Interfuere Ioannes Palæologus Imperator, Ludovicus Rex Vngariæ, Petrinus Rex Cypri, Oratores Rhodiorum, Andreas Contarenus Dux Venetus, Franciſcus Catelusius Dominus Inſulæ Metellini, Raynerius Aciajolus Dominus Corinthi, Leonardus Tocus, Dominus inſulæ Leucadæ, Franciſcus Georgius Marchio Bondanicii, Hermolaus Minutus Dux Liuferiæ, Vicarius Ducatus Athenienſis, & alii Proceres non pauci; nec non Archiepiſcopi, & Epiſcopi Achaiæ, & Ducatus Athenarum &c. Nihil tunc poterant decernere, quòd in diverſas ſententias diſtracti eſſent, nimis ita pridem exortis, inter Regem Cypri & Ianuenſes diſcordiis, adhuc ferventibus.

11. Docti hoc & ſuperiori ſeculo fuere Theodor. Metochita: quem Andronicus Palæologus ejus nominis primus, magnum Logothetam fecerat: poſtea autem junior Andronicus Didymotichum, quod maritimum Bithyniæ eſt oppidum, relegavit. Hicque Theodorus ſcripſit compendium hiſtoriæ Romanæ a Iulio Cæſare usque ad Conſtantinum Magnum. Id vidimus, Ioannes Meurſius, primus edidit, & interpretationem ſuam, ac notas addidit. Alia quoque multa fecit: eaque inter Paraphraſin in Phyſicum Ariſtotelis libros. Hanc Latinè vertit Gentianus Hervetus. ſcripſit & alia de quib. Voſſ. lib. 2. c. 38. Coætaneus hujus fuit Nicephorus Gregoras: quippe qui & literas ab eo accepiſſe, se refert, & oratione ſuâ mortuum honeſtavit. Hic hiſtoriæ Byzantinæ undecim ſcripſit libros, quibus complexus eſt res annorum CXL. V... Herodote

doro Laſcare priore, uſque ad ſuam ætatem, ſive obitum Andronici Palæologi poſterioris, qui incidit in annum Chr. CIↃ CCCLXI. Hunc primus cum tralatione ſua publicavit Hieronymus Wolfius. Porrò Nicephorus Calliſtus hiſtoricus rerum Eccleſiaſticarum Græcus; vixit tempore Iohannis Palæolologi, ejus enim filio Emanueli dedicavit hiſtoriam ſuam: Hiſtoria, quæ nunc extat Nicephori Calliſti, continetur libris octodecim, & incipit à Nativitate Chriſti, ac deſinit in annum ejuſdem 625. Credibile autem eſt, multo plures ab eo libros ſcriptos fuiſſe, ſed periiſſe. Porrò in hiſtoria hujus auctoris, ut Græci & Schiſmatici, non mirum videri debet, ſi inveniantur errores proprii Græcorum ut de proceſſione Spiritus ſancti à ſolo patre, in ipſa præfatione. Magis mirum eſt, inveniri non paucos errores in rebus hiſtoricis, ut ex Annalibus Card. Baronii conſtat. *Bellar. de ſcriptor. Eccleſiaſt.*

Iohannes, Cantacuzenum ſocerum, Imperio (quod invaſerat) iterùm privat. 1.2.3.

Imperii communio, nunquàm pacifica, vel diuturna. 2.

Cantacuzenus ex Imperatore fit Monachus: ejuſq; uxor, inſtitutum quoq; mariti eſt ſequuta. 3.

Iohannes Imp. unitatem cum Eccleſia Latina inire ſatagit. 3.

Matthæum Cantacuzeni filium, capit, & in ordinem redigit. 4. 5.

Tutius eſt privatum eſſe, quam imperare cum, qui non regitur ſpiritu ſancto. 5.

Infelicia auxilia Turcarum Ioh. Palæologo lata. 6.

Iohannes Andronicum, & Amurathes Sanzam, filios rebellos excæcant. 7.

An Iohannes Palæologus, Turcas in Europam evocarit. 8.

Iohannes in Italiam profectus, auxilii contra Turcas petendi cauſa.

cauſa : fidemq; Eccleſiæ Romanæ jurat. Sed p[illegible] [illegible] gulsa Chriſtianorum bella, parùm proſecit. 9 [illegible]

Ob Chriſtianorum diſſidia, crevere Tur[illegible] vires. 9:10;

Theodorus Metochita, Nicephorus Gregoras, Niceph[orus] Calliſtus. 11.

XLVI. *Andronicus IV. Palæologus.*

A. C. 1383.

JOhannis Palæologi, à probitate Calo-Johannis dicti filius, Andronicus, ob affectatum Imperium ardenti aceto in oculos inſtillato, pro cæco habitus; A. C. 1383. ad Bajazetem Turcarum Imp. confugit. Itaque Conſtantinopoli, Turcicis armis potitus, precariũ à Turcis Imperium accepit: Patrem, fratremque Emanuelem, in vinculis habuit. Hi deindè cuſtodiâ elapſi, ad Bajazetem & ipſi confugerunt. Qui velut auctionaretur Imperium id, Emanueli plus licitanti demum addixit.

2. Latius hoc narrat Laonicus Chalcocondyles, rerum Turcicarum lib. 2. ubi ita ſcribit. Pajazites Exercitum miſit in Albanorum regionem maritimam, prædasque ex ea egit. Græci ſequebantur armati, quocunque exercitum ille moviſſet: excepto Emanuele, Ioannis Græcorum regis filio, nec non Ioanne ſenioris Andronici filio. Huic enim, ut & patri Andronico, cum ferventi aceto eorum oculos eruiſſet, doctum præbuit Ioanes Imp. Ii autem cum regna-

gnoviſſent, tandem oculos meliùs habere, colloquentes inſer ſeſe, & cum uxore; adjutantibus & aliis, gnaviter aufugerunt in Galatiæ urbem, quæ Pera dicitur, è regione Byzantii ſitam. Hinc perrexerunt ad Regem Pajazitem, orantes auxilium; quo muniti, in ſuam poſſent redire urbem, avitumque recuperare regnum. At cum in conſpectum regis veniſſent, ferunt eum talem exorſum eſſe orationem: Me quidem, ô Rex, tam gravi calamitate perculſum, cum meliori fortunæ, Deoque, qui omnia videt, commendarim, melius nunc quàm fortunæ meæ patiantur habeo. Prçtereà Deus gratiam mihi retulit haud injucundum. Nam cum viſum mihi totum penè ademerit, reliquit tamen ut parùm cernam, pollicerurque regnum: ſſasque eſt, ut regnum quod jure ad me pertinet, mihi reſtituatur. Hoc autem regnum noſtrum, ſi me audieris, in poſterum experire ad omnia tibi obſequentiſſimũ, ſi tuâ ope adjutus id recepero. Id eveniet; ſi mihi dederis equites quater mille; eosque me ſequi juſſeris, menſibus duobus. Stant autem à partibus noſtris ii, qui in urbe, genere & divitiis præſtant. Horum non pauci me comitarentur, niſi ſcirem, eos in urbe mea negotia procurare; meque tandem adjuturos, in quacunque re, ipſorum auxilio opus habuero. Promitto etiam me tibi quot annis daturum tributum maximum: habeo prætereà in urbe judicem, ſive præfectum Turcum. Rex his auditis, reſpondit. Mihi quidem, ut accepi, tibi adhuc vim viſivam ſupereſſe, ſermo tuus multò fuit gratiſſimus. Gratiasque ago, mortalium & immortalium conditori, qui iſtud tibi beneficium præſtitit. Veniſti autem

ad viros tibi amicos & auxiliares, qui ſe tibi ad-
bunt promptiſſime, quocunque te receperis, in bel-
lum. Vlciſcar tamen regem patrem tuum, modo is de-
inceps nunquàm contra me res novas moliatur.
Tu igitur his, quos petiiſti, à me acceptis, flecte iter
ad urbem: eaque agito, quæ judicaveris tibi vel
inprimis utilia fore, ut in patriam redeas.
Rex his dictis, confeſtim, quos flagitaverat e-
quites inſtructos dedit: quibus acceptis, Andro-
nicus ſe contulit Byzantium. Ioannes & filius
Emanuel, cùm eſſet nunciatum, Andronicum
cum filio ſuo, magna manu adventare, ingreſſi
ſunt Aureæ (ſic appellatam) arcem, ubique obſi-
dionem tolerare parabant. Andronicus adve-
niens, urbem obſidione circundat. Poſtea arcem
pactionibus in deditionem accepit; ambosque
incluſit in carcere ligneo, & anguſto, quem intra
turrim ædificârat: regnumq; occupavit, habens
patrem & fratrem in carcere. Cùm autem ad-
miniſtraret regnum, filium ſuum Iohannem
Græcis Regem deſtinavit. Illos verò annis tribus
in carcere tenuit, nec tamen obtruncare voluit,
quamvis ad id incitaretur à Pajazite. Anno au-
tem quarto, perſuaſerunt ii carceris præfecto,
qui alimenta ipſis miniſtrabat, ut ſubjiceret fer-
rum. Quo facto, diſſolverunt carcerem, & aufu-
gientes, feſtinârunt ad regem Paiazitem, pro-
mittentes ſe tributum maximum penſuros, da-
turosque milites quotquot imperâſſet. Miſſo
nuncio Byzantium, explorabat Byzantiorum a-
nimos, quemnam ſibi regem dari, Emanuelem
an Pajazetem, vellent? Hâc ratione pulchrè e-
piſcabatur, ut Byzantii erga ſe animati forent.
At Byzantii elegerunt Emanuelem, jam facti be-

entes Andronici imperium. Exorta eſt igitur contentio, inter ambos reges, ſuper Byzantii regno. Emanuel promittebat ſe tributum quod contineret tres myriades aureorum, numeraturum quotannis: addebatque, ſe profecturum cum illo in militiam, quocunque exercitus duxiſſet. Hisque conditionibus, Byzantii regnum à Pajazete accepit; videlicet, ut in Ianuas profectus, tributum, quod imperâſſet, ſolveret; militesque ſemper quot juſſiſſet, vere appetente, adduceret. Andronicus & filius ejus Ioannes, morantes in Ianuis, victum apud regem habuere. Et ita Emanuel regno eſt potitus.

Andronicus Calo-Iohannis filius, recuperato aliquantùm viſu; patrem & fratrem Emanuelem, Turcicu auxilio ſuffultus, Imperio privat. 1. 2.

Civilia Græcorum bella, effecêre, ut Turcarum auxilia fuerint implorata. Auxiliatores autem partes utrasque, primo tributarias fecerunt; poſt in totum ſibi ſubjecerunt. 1.2.

XLVII. Emanuel Palæologus.

A. C. 1387.

EManuel autem Palæologus, Johannis filius, A. C. 1387. Imperium eſt auſpicatus. Fuit is princeps, pius, prudens, & eruditus: extantque adhuc, ejusdem præcepta Regiæ educationis, ad Johannem filium; orationes item nonnullæ, & preces, quibus ſe tempore matutino Deo commendabat, ad compunctionemque incitabat.

2. Lu-

2. Lubet hic ſolùm addere, ejusdem [illegible] compunctionis, verſibus Græcis expoſita.

Quòd ipſe dignus haud ſim,
Qui particeps tui eſſe
Queam: fame en perire
Animam vides miſellam.
Vita hanc alas miſertus,
Servator, oro, pane;
Fidelibus teipſum
Qui Chriſte das edendum.
Vt ille dives olim,
Siti liqueſco acerbâ;
Flammaq; aduror intus,
Quæ conſcientia ipſa eſt.
Vita perennis at tu
Fons, irrigato me undâ
Viva: ſitim ferentes
Qui ad te jubes venire.
Incontinentia olim
Me ejecit horto Edenis,
Diremptus atque noſtro
Abs te Deo nefandus.
Tu colligas viciſſim
Me, qui polo repoſtus,
Me propter, hoſpes imis
Partu novo fuiſti.
Sum nudus ipſe, mente
Amiſſa, eheu, bonuq;,
Tu prodigum ſtolà me
Bentore Chriſte veſti:
Qui propter hanc cauſſam
Carnem meam induiſti,
Nuncq; mortem obiſti
Inter malos latrones.

Morbo ſimul graviſque
Me curis eris illigatum,
(Delicta namque propter,
Vtrumque mi ferendum)
Inviſe quæſo Chriſte,
Tua benignitate.
Medicus tu es ac redemptor,
Homo factus univerſis.

3. Prolixè item laudes hujus Imperatoris, Nicephorus Calliſtus, *in dedicatione Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,* decantare videtur (quamvis nonnulli, eadem de Andronico ſeniore capiunt) ex qua nonnulla, ut referantur, operæ pretium videtur. Is ergo, inter alia, ita ſcribit. Sicuti Deus ſolitus eſt, longius etiam anteà magnarum rerum jacere fundamenta, itidem meritò quoq; tum id eſt ab eo factum. Sed enim, uti quùm etiamnum faſciis puerilibus involvereris, & à nutrice curareris, futuram rerum gratiam exultans, atque (ut ſic quiſpiam dicat) ſubſiliens, gravi atque imperiali corporis habitu exhibueris: aç inter quotidianam membrorum fingendorum compoſitionem, ſenilem quodammodò præ te ferens prudentiam, excellentem in te pietatem; ſicuti Ioannes, exultans, & eum qui tibi in undis luſtralibus gratiam conceſſit, adorans, oſtenderis. Atque alias res tuas, donec ex infantia, ad puerilem perveniſti ætatem, quid dicere attinet? præterquam quod (ut in proverbio eſt) à prima linea, in primis pietas, amor Dei, & humanitas tibi ſtudio fuit: quum quidem & alia omnia, quæ cura & laude digna ſunt, concurrerent, & tu ætate ſimul, ſapientiâ, & gratiâ procederes: non quidem quod incrementa hæc in te caperent, ſed quod

ſimul ſeſe proferrent, atque e[illegible] temque cum ætate, [illegible] gravitate, & [illegible] augeſcente, aſſumerent. Atque [illegible] pulchrum bonumque fundamentum, [illegible] ipſam, fortitudo primùm acceſſit: [illegible] cuta eſt prudentia, deinde [illegible] emicuit. Advenit ad [illegible] juſtitia quoque [illegible] hæc prorſus, quam multi complecti [illegible] compre-ctere nequeunt, catenâ. Eam vero [illegible] pulcherrimè concinnans, novam [illegible] admirandam planè perfeciſti virtutum [illegible]niam, & concentum. Nam quæ in iis vel abundant, vel deficiunt, vitiis ſcilicet [illegible] media es complexus, & unam prorſus ex [illegible] quàm univerſalem virtutem confeciſti. Atque ut quas medio tempore geſſiſti res tuas in compendium redigam: poſtquam divinæ ſententiæ placitum eſt, unum te Imperii gubernaculis præſidere, fatali decreto, e vita communi [illegible] minium noſtrum propugnator atque [illegible] tuus autem pater ſimul & inſtitutor, [illegible] quum quidem prius Romanorum Imperium ſicut à centro circulum, propagaſſet [illegible]rii artibus, reportatis ab hoſtibus victoriis [illegible] non aliis magnarum rerum ad [illegible]bus, ingentem apud omnes qui ſub [illegible] homines, gloriam conſecutus. Tu autem, Princeps præſtantiſſime, ubi ſolus Imperium [illegible]eptus, confeſtim copias tuas, pro ipſo Deo [illegible]num in aciem produxiſti: opibus [illegible]bus, quas à Deo acceperas, a primis [illegible]tur carceribus, pro eo qui te Imperio [illegible]xit, uſus. Itaque ſicuti [illegible] religionem noſtram, novis induſtriæ [illegible]

[illegible]

adulterinæ & abſurdæ doctrinæ, in diſcrimen adductam eſſe cerneres, ſtudioſiſſimè etiam & ſapientiſſimè conatus es. Quod namque perſpectum tibi optime eſſet, ad Imperii præſidium ſolam pietatem, & rei divinæ ſedulum cultum ſufficere, reliqua autem cum his comparata nihil eſſe, divinam planè & ſapientiſſimam concepiſti ſententiam. Proindè per ejuſmodi rerum adminiſtrationem, magnam à Deo iniiſti gratiam; & à teipſo illi ſatis præbuiſti cauſæ, ut perfacile precanti tibi aurem ſuam inclinaret, actionibus omnibus tuis præiret, Imperiumque tibi firmaret atque conſtitueret: videlicet ut rectiſſime atq; ordine optimo adminiſtratio ejus procederet, in rebus omnibus te aptiſſimè dirigens; atque ut aliquis dicat, vivam imaginem, & ſtatuam Imperii pulchram omninò & Imperialem, ad incredibilem & excellentiſſimam venuſtatem expoliens. Sic enim puto Dei benignitatem hominibus non contingere, niſi ſeipſos factis ſuis, ea dignos exhibuerint: quæ tu, quod optima præſtitiſti, inprimis ut gratioſus apud Deum ſis, conſequutus es. Quapropter cernere erat, quicquid eſſet mali, id è medio tolli: bona autem univerſa ad manus eſſe: utilitatem publicam nom morari, & tempora ipſa ſub te, novo atque commodo Imperatore renovari, atque repubeſcere. Atque equidem rerum bona tum pleræque, ſua ſponte aderant, pleræque mox aſſuturæ erant. Porro quum probe tibi cognitum eſſet, principes viros non facile admoneri ſe pati, neque doctrinam atque inſtitutionem admittere; eam tu inprimis tibi in conſilium adhibuiſti, & Imperii tui, perindè atque domus cu-

 ſtodem,

archetypum atque primarium exemplar eſſe. Robur inſuper & fortitudo corporis, partiumq; omnium & membrorum proportio, aptaque & temperata conſtitutio ætatis quoque flos & vigor: omnia ſimul concurrentia, ſupra quàm dici poteſt, optimam in te conficiunt temperaturam & harmoniam: haud aliter quàm ſi in parte quâlibet natura tibi præſens inſideat, menſurarumque & magnitudinum rationibus artificioſiſſimè omnia, & perindè atque lyram coagmentatione compoſitioneque convenientiſſimè conformet. Adeò ut in te uno, propter tot & tanta, quæ in te ſcatentia protuliſti bona, communis natura jactare ſe & gloriari poſſit, tanquam in excellentiſſimo generis noſtri, ut ita dicam donario; in quo illo munificentiam ſuam oſtentavit. Itaque conſtanti exercitio rerum honeſtarum & pulcherrimarum, cum generoſa animi alacritate, tibi propoſito; ignis planè ardens, aut ſecuris diſſecans, aut ſphæra, quod dicitur, ſeu globus quidam per præcipitium, fuiſti: omnibus cognoſcendis incumbens, omnia etiam facilè mente concipiens. Et quæ ſemel audita vel lecta diſcis, tam tenaci memoriâ complecteris, ut in ferreis pugillaribus, quæ in cordis tui tabulis conſcripſiſti, inciſa eſſe videantur: tam ſolidâ firmaque tibi eſt memoria. Porrò attentione, & mentis ſagacitate, ſcientiam & eruditionem omnem brevi ſuperaſti, naturæ magnitudine eas virtutes cunctas re ipſa exhibens: idque melius multo, quàm qui longiſſimo etiam tempore operam illis navarunt. Vnde illa tua eſt providentia, & inſitata mentis conſideratio, nec non ſingularis morum gratia & affabilitas.

Vidi [illegible] in [illegible] obire [illegible] lege [illegible] corpori [illegible] dam & [illegible] nec [illegible] ſtatu, obſervo [illegible] ſuper [illegible] virtutes [illegible] capitum di[illegible]nitus tibi [illegible] ctu[illegible]æ & diurnæ ſtationes [illegible] rationibus placas, vel pro republ. [illegible] cubas, vel etiam jura civibus [illegible] conſpiciunt, non viro te [illegible] conferant, frigus ex æquo & [illegible] Vſque adeo ſe unum atque eundem [illegible] bus præbes, tanquam [illegible] & [illegible] momenta immobilem: cum omnibus [illegible] familiariter viventem, omnibus autem [illegible] & omnigenum ſuavemque admodum & pla[illegible]dum exhibentem, multamque [illegible] atque ſinceram, ut apud Platonem eſt, libertatem ſubditis, perinde atque vinum temperantem. Ac veluti inter curas & labores [illegible] quàm habitus eorum in naturam [illegible] etiam illis delectaris, quam alii [illegible] tiis, atque ejuſmodi, qui[illegible] me laudatis ſtudiis. Quod ſi [illegible] da ſunt, perſæpe ego te vidi non [illegible] ſumentem, verùm & binos & [illegible] re dies: ita ut nonnunquam [illegible] & oleribus incoctis, aliquando vero [illegible] buſdam veſcereris. Et tempore [illegible] aqua tibi potus fuit. Quibus [illegible] ſufficientiam aut ſatietatem [illegible] ter omnino ea deguſtata mox [illegible] ut ſcilicet mens tibi abſque [illegible] pura permaneret, intellectualibus [illegible]

[illegible]

buſque & divitiis redundans cogitationibus: ſi-
mulque ut facilius vigilantiæ conſtaret, rectè u-
que negotia pleraque ex præſcripto divino, ma-
tutino ſimul & meridiano, nec minus nocturno
etiam tempore, peragere. In multam namque
noctem, ac potius, ut plurimùm ad illuceſcen-
tem usque diem vigilans; & demum cubitum
vadens, ſtatim mutus excitus ſurrexiſti, haud ali-
ter quàm ſi tibi nocturna veſtimenta gravia atq;
moleſta eſſent. Sed enim, ne tum quidem à la-
boribus tibi remiſſio fuit; per ſomnum nimi-
rum & inſomnia, te exercenti, & nominis glo-
riæque noſtræ augmenta atque incrementa in-
fatigabilibus momentis & imaginationibus a-
nimi, viſionibusque nocturnis meditanti; &
quoad eius fieri potuit, complenti atque perfi-
cienti: adeò ut admirationis cauſam homini-
bus præberes, diviniorem quandam naturam te,
ſomni atque fatigationis expertem eſſe, ſuſpi-
cantibus. Quin illud etiam ſtuduiſti, ut non cor-
pori modo, verum etiam animo purpuram cir-
cumdares. Siquidem tu omniũ propè qui te prę-
ceſſerunt, Imperatorum unus, ipſi tibi Imperaſti:
& revera ſummæ poteſtatis Imperator, quùm vi-
tioſis tumultuantium atque imperium ſibi ven-
dicantium affectuum perturbationes, è domici-
lio animi tui ejeciſti: tum rationi, imperio eo
quod penes paucos optimates eſt, tradito, vivam
re ipſum virtutis imaginem, ad certam cives tuos
tui rationem inſtituens, propoſuiſti. Nam ani-
mi moderatione, in aciem contra ignaviam oppo-
ſita, non ſolum hominum, verum etiam pertur-
bationum animi ſimul & corporis omnium Im-
perator merito cenſeris. Quamobrem conſpi-

cere licet, humanitatem tuam ad ſummum per-veniſſe. Nam bella quoq; quæ geri [illegible] ſunt: & [illegible] nobilitas [illegible] magnitu-dinem. Porro benignitas & munificentia [illegible] maximè ad utilitatem [illegible] autem admodum eſt placabilis. Animus [illegible] quo tuus ad iracundiam, ut ita dicam, [illegible] ad ardorem eum, qui ex flagitiis [illegible] provenit, cœlebs & immobilis eſt, [illegible] norum omnis generis ferax & fœcundus. [illegible] bus verò ferendis, moribusq; corrigendis, [illegible] recta apud te inſtituta eſt ratio? qui [illegible] rum impetum legitimis juſtitiæ [illegible] bes, & ubique terrarum, honeſtum [illegible] haud aliter, quam decantatus ille Triptolemus in terram ſemina conjecit, ſeris. Qui [illegible] minibus improbis, te eſt formidabilior? [illegible] rumnoſis, placabilior, atque clementior? [illegible] ſupplicantibus benignior, & ad [illegible] propenſior? qui etiam, niſi quæpiam [illegible] ceſſitas, precantium optata [illegible] Iam præter alia illud quale eſt, quod nullius ſan-guinem, qui imperio ob majeſtatem læſam, in-noxius fuerit, effundere volueris? Quod [illegible] dem te ita facturum eſſe, non [illegible] firmaſti, verùm cœleſti prudentia [illegible] ſe, maximeque Imperio convenire judicaſti, qui nimirum & vitæ & necis poteſtatem [illegible] DEVM eſſe ſcias. [illegible] cædisque puram, ſuſam [illegible] tionem, univerſum [illegible] licem & bonorum omnium provent[illegible] cit. Quod quidem cernere licet, [illegible] exundantibus commoditatibus [illegible]

[illegible] magna rurſus ingenia & artes nobiliſſimæ revixerunt, & per proſperum ſucceſſum ad ſummum pervenerunt, non tua quidem, ſed illorum planè gratia, ut ſimul & teſtis eorum eſſes, & ſpectator: qui quum judicare de recte factis [illegible] reponere ea maximè poſſis. Neq; tamè affirmare dubitarim, tuâ gratiâ primos qui apud nos ſunt viros, ſub Imperio tuo editos eſſe. Si namque uberem fructuum proventum, ſicuti dicitur, temperata conſtitutio atque [illegible] circumfuſi aeris efficit: præclararum profectò artium & præſtantium ingeniorum incrementum benignitas, honorificentia, & humanitas principis elicit. Qualis nunc eorum eſt copia: quam judicio, liberalitate & munificentia tua, tantopere proficere, adaugeri, & ad cœlum usq; tolli conſpicimus. Quod quidem in eloquentia maximè videre eſt; ut propè noſtrorum temporum Græci, cum ipſis artis ejus inventoribus certent; proindeque primas ex ſecundis ferant: ita ut ſententiis omnium videntur: quamvis omnes iſti te atque actionibus tuis laudandis occupati, inferiores hac in parte reperiantur. Longè enim orationis & eloquentiæ vim omnem ſuperas. In tantum virtutibus excellere ſtuduiſti. Quis porrò eloquatur, quibus præſtantibus & variis, ſacris veſtibus, puro auro, pretioſisq; & reſplendentibus lapillis, & margaritis ornatis, nihil planè ad magnificentiam reliqui faciens, hierarchiam ſeu epiſcopatum noſtrum illuſtraveris? per quæ omnia incredibilis plurimumq; flagrans tuus in Eccleſiam CHRISTI amor, & deſiderium magnopere declaratur. Quid igitur eſt? Talis tu quidem in ornanda atque de-

fendenda e[illegible], quæ materiæ [illegible] lis eſt Eccleſiæ [illegible] erga eam verò, qu[illegible] eſt, [illegible] eodem ex [illegible] abeſt. Quemadmodum [illegible] bentem, [illegible] pedum eundem, [illegible] omnino [illegible]s, non lapidibus & [illegible], ſed ſpiritualibus [illegible] fultam columnis, [illegible] cet doctrin[illegible] & ſancti[illegible] [illegible] hanc erexiſti. Hoc [illegible] tis excellen[illegible] & immenſum [illegible] lem formam, [illegible] mune hominum, dicam etiam angelorum [illegible] ctamentum & ſpectaculum hoc Divinum [illegible] VERBI SAPIENTIÆ, [illegible] hanc quoque baſilicam, te [illegible] & iminentium cacuminum [illegible] nua inclinatam & labefactatam, adhibita [illegible] rea dextra, ad ſtabilem & certum re[illegible] tum [illegible] eum modum ædificio omni [illegible] in poſterum, nulla temporum iniuria detrimen[illegible] ti quicquam ei afferre poſſit. Nam [illegible] ctionis & pulchrè politis, ex parte [illegible] reſtaurasti: ſtructura ſolidâ & fere [illegible] ita longiſſime in altum exſurgente, [illegible] pus, propter ſummam convenient[illegible] gmentationem, [illegible] eſſe videatur. [illegible] monument[illegible] operi [illegible] ſed [illegible] qua etiam, divinam & immortalem [illegible] & ſollicitudinem rebus his impendens, [illegible] Siquidem ad has etiam [illegible] ſapientia [illegible] telligentia & magnitudine, [illegible] ſitus. Et opus hoc omnino non eſt [illegible] ſeculo condito extitere, verum etiam [illegible]

[illegible] illum, [illegible] hominis conspe-ctu [illegible].

MOrtuo Johanne, Conſtantinus Palæologus frater Johannis, Emanuelis filius, ultimus in Oriente, Anno Chriſti 1448. imperare cœpit. Demetrius quidem, fratrum alter, imperium occupare nitebatur: verùm impeditus fuit ab civibus, matre, Cantacuzeno, & Notarâ; qui arbitrorum partibus fungebantur. Timebant enim, ſi Demetrius adſequeretur imperium, fore, ut Conſtantinus exercitum adduceret: quo facto, periturum eſſet imperium. Demetrio tamen, & Thomæ, fratri natu minimo, Pelopōneſus ex æquo conceſſa fuit: ob quam variè tumultuatum

tum inter ipſos eſt, utroque ſtudente alterum ejicere. *Leunclav. in ſupplem. Chalc.*

2 De Conſtantino autem, ita Cuſpinianus. Conſtantinus, ſeptimus Manuelis filius, Joanne fratre ſine filiis defuncto, ſucceſſit in Imperium, ab initio princeps animi ingentis. Hic enim Peloponneſi, ante ſuſceptum imperium, ſæpius cùm Turcis congreſſus, eos fudit, fugavitque: ac eis oppida vi abſtulit & expugnavit: unde [illegible] *ſonu* cognomentum, ob militarem [illegible] accepit. Sed ubi Amurathes Turcorum Tyrannus Heracleam oppidū muniſſimum expugnaſſet, murumq; qui Græcos in Peloponneſo [illegible] ſervaret, disjecit; adeò animo conſternatus eſt, ut omnis roboris ſui immemor, tributum Turcis daret, ac timore perculſus cederet: cùm antea Iſthmum, quem Hexamilium Græcā voce nuncupant, inſtaurandum curâſſet, quod ſingulari Chriſtianorum ſucceſſu, tributumque Turcorum tyranno reddere abnegaſſet. Verum Hungaris & Polonis ad Tarnam, ingenti prælio victis ac cæſis; pecunia ab Amurathe mulctatus, murum diruere juſſus eſt. Quem poſtea [illegible] Veneti tumultuario opere munire adorti, nihilò meliore eventu uſi ſunt: ſed ut vulgo dici ſolet, Nulla calamitas ſola: alteram enim alia peperit. Sic Conſtantinus etiam Imperator, haudquaquam unioni, quæ ſub fratre ejus, Joanne Palæologo Imperatore cum Eugenio Florentiæ concluſa fuit, conſentire voluit. Et ob id Gregorium Patriarcham, priori [illegible] de quo ſcripſimus, ſuffectum, quod juxta fidem Romanam

amplexus

ambularet, domo ejecit, bonaque Eccleſiæ ademit. Nicolaus itaque V. qui tum ſummum egit Romæ Pontificem, Iſidorum Epiſcopum Sabinienſem Cardinalem, virum induſtrium, natione Græcum, & qui Rutenorum eccleſiam jamdudum rexerat, mittit percontatum; quânam ratione Græca natio legatorum ſuorum conventa Florentiæ cum Latinis habita rejiceret. Pellexerat tum ſuâ perſuaſione & Imperatorem, & Senatum in ſuam ſententiam; cum Turcorum jam ingens impetut, veluti inundatione quadam tempeſtuosâ, Duce ſuo Mahumete, Amurathis filio, Conſtantinopolim obſederat.

3. Certè Pontifici Romano addicti Græci, & nominatim Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus, ruinam Imperii Græci, exindè deducit, quod promiſſis Florentiæ factis, ſatisfactum à Græcis haut fuit: Verba Gennadii ita ſe habent. Quid evenit nunc noſtrâ memoriâ ſub Nicolao Quinto Pontifice Maximo? Cum Legati à Conſtantino Imperatore, qui vocabatur *Dragaſis*, ad eũ miſſi, adhuc ſuperſint; quibus litteras dedit plenas timoris & horroris, ubi apertè cũ execratione prophetizat excidiũ, & internecionẽ extremã infeliciũ Græcorũ, in quibus poſt alia multa mirè, & hoc dicit. Omnes gentes decretum, quod ſancitum eſt, receperunt: Græci verò, neque receperunt, neq; ſpes eſt eos unquàm recepturos, quæ ſuper concordia, & unione decreta ſunt. Procraſtinationes enim, procraſtinationibus ab eis ſemper prætexuntur, excuſationes, & reſponſiones in ſingulis. Neque verò Græci arbitrentur, Romanum Pontificem ita eſſe mente deſtitutum,

tutum, omnemque Occidentalem Eccleſiam [illegible] non intelligat, quæ in [illegible] ſpondendo nugantur. Optime [illegible] ſed toleramus; in Ieſum [illegible] num ſacerdotem, & dominum, [illegible] lam ficum usque ad annum [illegible] vari. Agricola jam ad ex[illegible] accingente, quia nullum [illegible] O magnam calamitatem! anno [illegible] pſit Epiſtolam, & 1453. capta eſt Conſtantinopo-lis. Num poteſtis dicere hæc [illegible] nime gentium, quum [illegible] ipſa apertè loquatur. Tres inquit [illegible] ctabimus, ſi vos fortè à ſchiſmate [illegible] converteritis; & vos verè decreto [illegible] ſecundum Salvatoris de ficu præceptum, [illegible] non, excindemini, ne terram ocioſam [illegible] lem reddatis. Hoc miraculorum [illegible] ximum, quòd in epiſtola ipſa inquit Nicolaus Papa; Græcorum gens illa magna, & [illegible] bilis, ſapiens, clara, [illegible] divinam ultionem ita in Barbarorum ſervitu-tem abducta ſit. Hæc Gennadius, [illegible] rabiliſſimè gentis ſuæ excidium deploraſſet, [illegible] riisque argumentis, in hanc ſolam [illegible] cauſam tantarum cladium retuliſſet, [illegible] moratis peccatis, propter quæ [illegible] Hebræorum natio everſa, & diſperſa eſt, [illegible] verba: Noſtra vero natio [illegible] proh dolor! neque Idolis ſerviit, [illegible] Dei filium crucifixit, [illegible] vexatur; ſed non ſolum eadem, [illegible] multò pejora quam impii Iudæi [illegible] namque in ſervitutem [illegible]

[illegible]

tium facti ſunt ſervi, ut omnibus inviſi, & Dei hoſtes, nos vero non ſolum gentium facti ſumus ſervi, ſed etiam Judæis ipſis, qui ſunt ſervi omnium gentium. O meam calamitatem! Nonne reliquum eſt plorare, & lamentari, ac diſquirere cauſam, & videre propter quæ patimur hæc? Ego vero aliam non poſſum invenire (neque enim virtute noſtrâ, natio cæteris gentibus pejor eſt, imo verò melior: nam dictum eſt, vereq; dictum, nationem noſtram omnes nationes virtute, & moribus antecellere) niſi ſchiſma, & quod ſe ſubtraxerit ab obedientia, & ſubjectione Eccleſiæ Romanæ; eam, & ſolam decerno cauſam interitus noſtræ gentis; qui poſtquam ab ea diviſi ſumus, maledictionem accepimus, & patimur, quæ nos patimur. Nec ideo pœnitet nos, ſed deteriores evadimus, & maledictis impetimus ipſam Eccleſiam; dicenda, & tacenda adverſus eam impudenter emovimus. Hactenus Patriarcha Conſtantinopolis. Bzovius Anno C. 1453. n.10.

4. Sed alias alii perpendunt hujus rei cauſas. Turcæ nempè, armis feroces, frequentibus victoriis, omni ex parte circumfuſi urgebant, aſſidui, atque formidabiles. Ægra Græcanicæ gentis ſpes, unius Conſtantinopolis munitione, amplitudineque ſtabat. Præſidium id invalidum, atque imbecillum erat. Externa auxilia, conquiſita a Demetrio Palæologo (is Conſtantini Auguſti frater erat, Atticæ, & Peloponeſi Princeps, vires exiguæ erant, & tantis conatibus impares. Ergo placuit (Nicolaum imprimis Pontificem) deinde Fridericum Cæſarem, Alfonſum Arragonum Regem, Venetos, & alios Principes Europæos:

pæos, ad opem ferendā ſollicitare. *Mariana Hiſp. lib. 22. cap. 10.* At Plurima [illegible] diſtinge-bant, diſtrahebantque. Galli imprimis, Concilium Generale, ex translatione Baſileenſi in Gallias trahebant. Reliquiæ Schiſmatis Feliciani adhuc dum gliſcebant. In Italia bellum inter Franciſcum Sfortiam, ac Venetos, de poſſeſſione Mediolani fervebat. Bohemi, & Hungari, contra Fridericum Cæſarem, Laudislaum Regem repetentes, tumultuabantur. Angli cum Gallis, de titulo, poſſeſſioneque Regni Galliarum dimicabant: & in ſumma, ubique impedimenta [illegible]gebant, Principibus ad ſacram militiam uniendis, & auxiliis comparandis. Bzovius A. C. [illegible] n. 6. & 8. Sicque denuò videmus, bella Chriſtianorum Turcis animum addidiſſe, Græcis auxilia ſubtraxiſſe: & infinitorum Chriſtianorum animæ ſalutem, periculo æternæ damnationis ſubjeciſſe.

5. Ergò Anno Chriſti, 1453. ejus nominis 2. Solymanni (qui Viennam obſedit) proavus, Turcarum Imperator, Conſtantinopolin cepit; & Turcici Imperii ſedes, ab illo eò translata: ſicque Conſtantino Cæſare, cum omni familia interfecto, nomen ac ſucceſſio Imperatorum Chriſtianæ Religionis, iis in locis, funditus deleta fuit. Quemadmodum hujus expugnationis hiſtoriā longo ſtylo deſcribunt Chalcocond. *lib. 8* Sabellicus, *Ennead. 10 lib. [illegible]* Calviſius *in Chronolog. A. C. 1453.* Æneas

Syl.

Sylvius, *in libello, cui titulus Europæ ſtatus, ſub Friderico. 3. cap. 4. qui extat apud Freherum tomo 2. ſcriptorum rerum Germanicarum. fol. 44.* Cuſpinianus *in Cæſarib. fol. 447.* Egnatius *in Cæſaribus.* Appendix ad poëtam de Caroli Magni vita, *editum Rein. Reinneccii cura* Cruſius *in Turco Græcia, lib 1. & in Annal.* Suevicis, *part. 3. lib. 7. cap 11.* Bzovius, *A.C. 1453.*

6. Capta autem Conſtantinopolis eſt, in feriis ipſius Pentecoſtes: eoque Deum perfidiam Græcorum, circa Articulum Proceſſionis Spiritus Sancti à Patre & Filio, ulciſci voluiſſe videtur. Notatu etiam dignum eſt; urbem hanc à Conſtantino Magno, Helenæ filio inſtauratam, ſub Conſtantino Palæologo, item Helenæ filio, à Turcis occupatam eſſe. Rectè itaq; dixit Jornandes *lib. 1.* in eis ſæpè Regna deficere, à quorum nominibus inchoârunt.

7. Addere hîc lubet, quod habet Michael Beuther, *in anim. diverſionib. hiſtor. c. p. 8* CAPTÆ à Turcis Conſtantinopoleos luctuoſiſſima calamitas, adeò diverſe, ſive tempus obſidionis, & expugnationis diem, ſive cladem & lanienam incredibilem ſpectemus, a Scriptoribus Hiſtoriarum non paucis commemoratur: ut in re tantâ, tamque recenti, diſcrepantiam tantam, non nume-

immerito miremur. Ac licet [illegible] rem geſtam ad annum [illegible] Salvatorem noſtrum [illegible] CIↃ. CCCC [illegible] referunt; malim tamen ego [illegible] tempori vixerunt, [illegible] ctoritatem pro fide [illegible] Legimus enim in [illegible] Cardinalis, qui in ipſa [illegible] nea pertulit, & [illegible] h[illegible] vix ægre eſt elapſus. Item in [illegible] vii, [illegible] Epiſcopi, & poſt [illegible] ceps annum Romani [illegible] tis literis quod urbs Conſtantinopolitana [illegible] tra dies feſtos Pentecoſtes [illegible] poſt Natum Chriſtum Mediatorem [illegible] CIↃ. CCCC. LII. non ſequenti [illegible] Con- ſtantinus Palæologus, Græcorum [illegible] fugâ elabi conatus, ab hoſtibus [illegible] terierit. Dies autem tam horrendæ [illegible] à recentioribus Annalium conditoribus [illegible] conſenſu annotatus reperitur [illegible] IIII. Cal. [illegible] qui ſane fuit Poſtridie Pentecoſtes, anno quem diximus. CIↃ. CCCC. LII. [illegible] dionis ultimo die, Mahumetes [illegible] nium univerſo exercitu [illegible] in veſperam; & mox aliquando [illegible] milites oppugnationem [illegible] aggredi [illegible] bus juſſiſſet: at nihilominus à defenſoribus [illegible] atque iterum repulſos, tandem, perrupiſſe urbem ea nocte, quæ inter V. & IIII. Calend. [illegible] intercedit, per [illegible] fuiſſe [illegible] defuere ex noſtratibus qui dicerent, [illegible] Con- ſtantinopolitanos in ſolenni feſto S. Spiritus [illegible] pugnatos; ut qui plus duodecies [illegible] Spiritus

Sancti receſſiſſent, cumque verum Deum ex Patre Filioque procedentem negaſſent. Quod ſi ad annum ſequentem, cladem hanc referre quis velit, reperiet ille, feſtum Pentecoſtes, tum in XX. Maii diem, incidiſſe: atque ita totis octo diebus prioris anni, quinquagenalia anteceſſiſſe: quam ſanè temporis collationem minime IIII. Cal. Jun. in quem diem unanimi conſenſu excidium hoc refertur, convenire, nemo non videt.

8. Refertur etiam, in vitâ B. Catharinæ Bononienſis, cap. 25. quòd viderit occaſum & exterminum Imperii Orientalis, oranteмque pro urbe Conſtantinopolitana, quæ à Turcis ferebatur obſeſſa; dixiſſe ad quasdam, antequam ejus expugnatio nunciaretur: Imperatorem Turcarum, illam jam cepiſſe; ſeque à Domino monitam, ne propterea ab oratione ceſſaret, licet propter multa & enormia peccata & ſcelera Græcorum, opus eſſet iſtud imperium, à corpore & unione S. Eccleſiæ avelli.

9. Sed mirum eſt quod habet Iohannes Fillefacus ſelect. lib. 1. cap. 9. fol. 140. Cum Conſtantinopolim, Conſtantinus Magnus ædificaret, ignis in urbem novam è cœlo decidere viſus eſt; at cum Machumetes poſt longam obſidionem illam capere deſperaret, & de ſolvenda obſidione cogitaret, nocte intempeſtâ, videt igneum ſplendorem, ſeu lucem quandam ex urbe ſurſum prodeuntem, in cœlum ſe recipientem. Quo oſtento Sultanus recreatus, exclamat; Deum ſeſe ab hujus urbis tutelâ ſubducere, & illam meritiſſimè caſtigandam, ipſi Ameræ & Sultano Mahumeti tradere. Sic nonnulli recentiores At hujus rei teſtis locupletiſſimus, fideique pleniſſimus,

mus, Georgius, Phranzes lib. 3. [illegible] po-
tiſſimum audiendus eſt; qui Conſtantinopoli-
tanæ obſidioni interfuit, atque [illegible]
non modò à Bizantinis, ſed etiam à Turcis, [illegible]
adeò ab ipſo Mahumete, urbem obſidente, con-
ſpectum fuiſſe ſcribit. Erat autem hujuſmodi:
viſum nempe fuit, maximè effulgens & coruſ-
cum lumen, cœlo ſupra Conſtantinopolim [illegible]
ſeſſum demiſſum, quam tota nocte ſeſe [illegible] cer-
nebatur. Hoc Chriſtiani, hoc Turcæ [illegible]
veluti ſenſu ità interpretabantur, ac ſi Deus ſe
ob eſſorum ſalutem, vitamque tueri palàm te-
ſtaretur. Verum cùm Turcæ multis cladibus ac-
ceptis, & eo etiam prodigio territi, de ſolvendâ
obſidione cogitarent; veſperâ diei præcedentis,
quo diſceſſum parabant, cœleſte lumen illud
iterum conſpiciunt: non jam ſupra urbem diffu-
ſum, ſed veluti deſertá urbe, procul ſeſe ſubdu-
cens, tandem diſcuſſum evanuiſſe. Tum Mahu-
metes ſuique exclamant, illicò Deum Chriſtia-
nos deſeruiſſe. Et id quoque Eventus, urbe al-
terâ die expugnatâ, id comprobavit.

10. Refert etiam Camerarius. 2. horar. ſub-
ſecivar. quòd tum, non ſolum multis [illegible]
ſuperſtitionibus, veteribus & novis, quarum au-
xilio vim Turcici exercitus propellere ſperabant,
Conſtantinopolitanorum animi occupati fue-
runt: ſed etiam oraculo, vel vaticinio veteri, ni-
miam fidem attribuerunt; quod tale fuit: Fore
aliquando, ut ab hoſte potentiſſimo occupare-
tur major pars urbis: verùm cum is perveniſſet
in locum celebrem, qui à tauro æreo nomen ha-
buit; eum tunc à civibus & incolis [illegible]
repulſam paſſurum, & ex urbe ejectum iri. [illegible]

[illegible]

Itaque hoc vaticinio, cum Turcæ poſt frequentem oppugnationem, pulſis propugnatoribus, mœnia tranſcendiſſent; tunc major pars civium in Taurum confluxit, reliquosque attraxerunt: ſperantes hoſtem inde repulſuros, & patriam in fatali loco urbis conſervandæ ſervaturos. Verùm aliter venit. Nam tanta conſternatio fuit civium, tantaque impreſſio hoſtilis: ut potius per adverſam portam verſus mare, ad naves fuga ſibi ſalutem quærerent: quàm fortiter Turcis reſiſterent. Imo hoc oraculo freti cuſtodes, portam fugienti agmini occluſerunt: atque ut cogi non poſſent ad eam denuo reſerandam, claves extra muros proiecerunt. ita ut vanitas huius vaticinii, cum ipſorum excidio, & urbis direptione, mox apparuerit. Quocirca nonnulli ſunt in illa opinione, hoc vaticiniũ cauſam præbuiſſe, ut cives & milites in defendendis mœnibus patriæ minus conſtantes fuerint, ac potius ad fatalem illum, & illis ſalutarem locum, ut ſibi perſuaſerant, intempeſtivè ſe recipientes, deſertis propugnaculis, feſtinarint, hoſtique aditum in mœnia hac ratione maturius patefecerint.

11. Certè Conſtantinopolis, à ſcriptoribus, felix ante alia & regina vrbium dicta fuit; nomenque propter excellentiam, Vrbis & Novæ Romæ meruit. Hæc Auguſta & regia Vrbs, veteris Romæ (quæ & ſeptiollis, ut hæc ἑπτάλοφος Græcis) æmula; mundi miraculum, orbis epitome, ac rerum domina, tum temporis in flore ſuo, non immeritò Martialis verſibus compellari potuit.

Terrarum dea, gentiumq; Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Enimvero hoc Iudæus [illegible] num nempe Tudilensis [illegible] Constantinopolim venisse & [illegible] admiranda vidisse [illegible] ad litus positam, opere [illegible] eo loco, vbi res [illegible] tur enim in illo Palatio [illegible] quibus [illegible] implentur [illegible] vesse, & auro [illegible] ita ut nullibi [illegible] cturæ [illegible] possit. A[illegible] ex Foris, portu, [illegible] collectum, ad viginti [illegible] los dies accedere. Vixit hic [illegible] & quod excurrit, annos. Constantinopolis etiam elogium a Synesio, [illegible] & elegantius nihil dici queat. [illegible] est [illegible] corporis, totius [illegible] vel cor potius, & umbil[illegible] quis in artibus præcipuum. [illegible] tium commissura: M[illegible] Vniversi partus, & co[illegible] perutile Imperii Rom. [illegible] remota extra meatum, [illegible] ratores abducit a com[illegible] cens sed undequaque, & [illegible] lentibus, necessaria statio est, [illegible] medullio: [illegible] licet ob oculos habere [illegible] G[illegible] stum ve[illegible], peplum ex [illegible] tum, epulum festi diei, o[illegible] nuin felicibus. Petrus Gyllius [illegible] co[illegible] bus Constanti[illegible] habet: Constantinopolis [illegible]

ut totum Iſthmum occupet peninſulanum. Ex tribus enim partibus mari alluitur. Neque ſolùm ex ſeſe munita eſt, ſed etiam ſuos ſuburbanos longos agros, iter duorum dierum latos, amplius viginti miliaria munitos habet peninſula, quam efficiunt Pontus, Boſphorus, Propontis, olim ab Anaſtaſio muro clauſam. Ita fit, ut ſitus urbis, duplici peninſulá munitus, arcem ſe declaret totius Europæ atque adeò principatum totius Orbis præ ſe ferat. Eadem, præter alias fælicitates immenſas, hanc habet ſummam, quòd mari portuoſo: ex tribus partibus cingitur: à Meridie quidem Propontide, ab Oriente Boſphori freto, ab Aquilone ſinu maxime portuoſo, qui non modo claudi catenâ poteſt, ſed etiam ſine catenâ hoſtibus infeſtus eſt: Conſtantinopolis & Galatæ muris ſtringentibus ejus latitudinem, in ſtadia paulo minus quatuor: ut & machinis, & igne liquido, hoſtium naves ſæpe perierint. Accedit, quod nihil munitius fieri poſſet, ſi circa eam adhiberentur ars muniendi, noſtrâ ætate uſitata: ſi quatuor portus, quos olim intra muros clauſos habebat catenis, reſtituerentur. Itaque non modo omnes barbaræ nationes, coguntur amicitiam hujus urbis amplecti: ſed etiam oræ omnes maritimæ & inſulanæ, ſi Ponti divitiis frui velint. Nemo ultro, citroque trajectiones Aſiæ, Europæque facere poteſt, invito Byzantio: cum ſit velut pons & porta utriusque Orbis. Et ita videmus, quid amiſerint Chriſtiani, quid profecerint Turcæ, dum ab hiſce capta, talis tantaque urbs fuit. Nicetas quoque, alicubi nominat Sophiæ templum, opus pulcherrimum, inimitabile & planè divinum;

quod omnino manibus Dei ſit ei fabricatum; vocat etiam orbem quendam cœleſtem in terra. At ut loquitur apud Cruſium liber Turco-Græciæ politicæ hiſtoriæ auctor [illegible]. Illud terrenum cœlum; nova illa Sion, quam conſtruxit ipſe Dominus, non homo; gloria illa univerſi orbis terræ; illud decus Eccleſiarum eminentiſſimum, illud omnium per orbem terrarum ædificiorum. O rem miram! Nobiliſſimum Dei ſacrarium, templum factum eſt Iſmaelitarum: contemptorum illorum, & infidelium. Horreſce Sol, ingemiſce terra, concutere, exclama. Gloria tua, redemptor, [illegible]tiſſime malorum Domine.

12. Iſidorus porro Cardinalis Ruthenus, natione Græcus, Epiſcopus Sabinenſis, & Nicolai Pontificis ad Orientales Legatus; qui huic cladi præſens adfuit, & capta jam urbe, mutatis veſtibus, inter effugientes incognitus evaſit, de eadem amiſſione illius Imperialis urbis ita tum ſcribebat. Audite omnes Gentes, auribus percipite, qui habitatis orbem. Audite hæc omnes fideles orbis parte in quacunque ſitis, miniſtri, Paſtores, & Principes omnium Eccleſiarum Chriſti; univerſi quoque Reges, & Principes Chriſticolæ, ac univerſus Domini populus, cum religioſis cunctis. Audite & notum ſit vobis, quod præcurſor veri AntiChriſti, Teucrorum Princeps & Dominus, ſervus autem tot dæmoniorum, quot vitiorum, cujus nomen eſt Mahometh, inimicus Crucis Chriſti, hæres rei & nominis primi illius pſeudoprophetæ, & latoris legis ſpurciſſimæ Agarenorum, filius Sathanæ omnium flagitioſiſſimus, qui furiis invectus & inſania, ſanguinem Chriſtianorum ſine intermiſſione ſitit, nec eo unquam

pus eſt

poteſt ejus ſitis, poſt eorum innumeras cædes: tantoque odio contra Chriſtum, & membra ejus movetur, ut eradere è terra nomen ejus nitatur; & conſpecto aliquo Chriſtiano ſibi obvio, ſe indè exiſtimet adeò ſordidatum, ut oculos abluat ſuos, immundum ſe fuiſſe priùs, profitens. Hoc igitur tam execrabile, & horrendum monſtrum, exigentibus demeritis Chriſtianorum, juſto Dei judicio in eos ſævire, & graſſari permiſſus; Civitatem Imperialem, novam Romam, olim feliciſſimam, nunc miſerrimam, & omni calamitate oppreſſam Conſtantinopolim, diù obſeſſam cepit, expugnavit, ſpoliavit omnibus bonis, & penè delevit. Quis autem (ut verbis utar Prophetæ) dabit capiti meo aquam, oculis meis fontem lachrymarum, ut plorare valeam die ac nocte, interfectos populi illius, & ſceleſtiſſima Sacrilegia, in captura perpetrata? Quis hujus horribilitatis memor, non obſtupeſcat, non lethargicus fiat, non præ dolore obmuteſcat? Nec tamen cuncta enormia explicabo, ne piæ aures audire refugiant, ſed ex paucis relatis, alia cogitentur. Hic nephandus hominibus blaſphemiæ plenus, Civitate receptâ, poſt decapitationem Imperatoris, cum omni ſua progenie & nobilitate, plurimos ferreis manicis & compedibus alligatos, & collis eorum funibus cinctis, extra urbem deduxit, nobiles, plebejos, monachos & monachas, mares & fæminas, virtute & conditione præclaros, propudioſè tractatos multis injuriis afficit. Ubi Turcæ, contumeliis opportunas perſonas, veluti meretriculas & in lupanari proſtitutas trahebant, ac tanta & talia contra eas agebant, quanta de brutis animantibus, & qualia

ſine rubore proferre nunquam [illegible] valeam. A-
doleſcentes utriusque ſexus. [illegible]
gabant, & diviſum [illegible] pretium [illegible]
tur. Inſ[illegible] coram [illegible]
los [illegible]. Matres filiis [illegible]
privabantur. Germani à [illegible] uxores ma-
ritis, à [illegible] & [illegible]
ſegregabantur: disjuncti conſanguinei & [illegible]
in diverſis regionibus vendiri, [illegible]
O quam amaræ lacrymæ, quanta ſuſpiria, [illegible]
ſingultus inter amicos & notos, quam [illegible]
les voces emittebantur, inter [illegible] ſervi-
tutes, expulſiones, & contumelias! Principes,
Barones, & Domini, bubulcorum [illegible]
& viliſſimorum hominum effecti ſunt manci-
pia. Pueros infra decennes, ad [illegible]
[illegible] ſectæ compellebant. Heu quomodo [illegible]
ratum eſt aurum fulgentiſſimum [illegible] per
craſſiſſimas tenebras ignorantiæ? [illegible]
tatis, per ignobilitatem ſervitutis? Quomodo
mutatus eſt color optimus Græcæ eloquentiæ,
in barbariem Turcicam? Lapides ſanctuarii, [illegible]
qui erant in fide conſtantes, [illegible]
pite omnium viarum jacent, [illegible]. De cæ-
teris, quæ humana ſunt, taceamus, ſed de inju-
riis, blaſphemiis, ſubſannationibus, contume-
liis, opprobriisque cæleſtium erga [illegible]
lingua valeat explicare, quis intellectus [illegible]
quæ aures patientur audire? niſi fallor, [illegible]
horribiliores fuere. Deus, [illegible]
[illegible] gehennæ deſtinati, [illegible]
quæ Iſrael eſt, te videns per fidem. [illegible]
templum ſanctum tuum, Eccleſiam [illegible]
mam ſanctæ Sophiæ, cum aliis [illegible] imagines [illegible]

[illegible]

mini noſtri Ieſu Chriſti, & matris ejus virginis glorioſæ, ac Sanctorum & Sanctarum Dei inſignia vivificæ Crucis conſpuentes, confringentes, conculcantes: Sacroſancta Evangelia, Lyturgicos, & reliquos Eccleſiæ libros dilacerantes, deturpantes, comburentes; Sacras veſtes Sacerdotum, ac reliqua ornamenta templorum ſcindentes, ad indumentum & ornatum ſuum ſumentes, vel vili pretio conferentes: vaſa Domini, ejus cultui dicata ad uſum prophanum convertetes, in eis comedentes & bibentes, aut aliquid aliud indignum facientes. Poſuerunt deindè carnes Sanctorum tuorum, morticina ſervorum tuorum, reliquias beatorum corporum, eſcas volatilibus Cœli; diſpergentes hinc inde carnes Sanctorum, quos occidebant, beſtiis terræ, quia non erat qui ſepeliret. Altaria præterea ſuffoderunt invocantes nomen maledicti Mahometi, eumque victoria parta collaudantes. Omitto pro pudore, quomodò excrementa corporis in ea egerebant, ac omnia ſpurciſſima in templis, Imaginibus & reliquiis ſanctorum exercebant: ſancta canibus dabant, & margaritas ſacramentorum, ante porcos projiciebant. Cum alia horribilia recolo, totus ex horrore contremiſco, nec ulterius ſtylo exarare queo illorum piacula, & fidei Chriſtianæ ac Religionis dedecora. Monaſteria tam Monachorum, quàm Monialium invadentes, omnia diripiebant, illos & illas de habitationibus ſuis ejicientes. Xenodochia infirmorum deſtruebant. Et ſi multa de multis & magnis civitatum excidiis, hiſtoriographi etiam gentilium referant; nulla deſolatio huic exterminio poteſt adæquari. Nullum

incolam intra reliquerunt; non Græcum, non Latinum, non Armenum, non Iudæum, urbem ipſam ſuis civibus nudatam, quaſi deſertam effecerunt. Expugnatâ Conſtantinopoli, Peram non multum diſtantem, occuparunt; muros ejus uſque ad ſolum diruentes, ex campanis Eccleſiarum bombardas conflaverunt. Crucem quæ erat in cacumine turris ejus, cum ipſa turri contriverunt. Rempublicam ad nihilum deduxerunt; Iudicem principem ejus [illegible] conſtituerunt: Villas & oppida circumjacentia, ſimili clade affecerunt.

13. Chalcocondilas aliquid memorandum de virtute Leontaris addit, dignum quo referatur. Erat is Græcorum Iudex primarius à Conſtantino Imperatore præfectus. Hunc una cum uxore, & liberis lytro ſoluto, dimiſerat Mahometes; & cum eo collocutus, permiſerat, ut ubi vellet, cum ſuis habitaret. Hic [illegible] auxilium ab Italia, quod brevi affuturum arbitrabatur, interim tamen Byzantii cum Mahomete manſit. Quidam Græci, qui etiam libertatem conſecuti, & præſenti exitio ſubtracti, rerum colligebantur Byzantium, propinquos, & amicos eorum in libertatem aliquam aſſerentes. Verum haud multo poſt Mahometi juſſu omnes interiére; quod quidem ſic eveniſſe compertum eſt. Vbi eſt rumore allatum ad Mahometem, Leontaræ eſſe filium, natum annos circiter duodecim; unum de ſuis pincernis miſit petitum puerum. Leontares, poſtquam accepit ex pincerna Regis voluntatem, [illegible] ſibique eam petitionem admodum [illegible] & intolerandam fore judicabat, & ſic compella-

bat

vit pincernam Regium; ó pincerna, haud ferendum eſt, Regem mihi liberos velle eripere, cum nihil ſit, quod crimini det, cum ſemel errorem remiſerit. Sin autem id fixum, ratumque ſedet in animo Regis, quare non imperat, ut nos turpiſſimæ morti, liberos noſtros tradamus? Hæc locutus addidit: Se nequaquam filium Regi petenti daturum, cùm nullam in ipſum commiſerit culpam. Pincernæ autem adhortanti, & monenti, ne talia diceret, & faceret in Regem, quaſi illicò periturus; non obtemperavit. Pincerna igitur reverſus ad Regem, reſponſum, quod à Leontare acceperat exprompſit. Rex iratus, præcepit: ut Leontarem cum liberis, quos ſecum haberet, continuò abducerent, & neci darent. Hos quibus id negotii injunctum erat, cum advenisſent, rogavit Leontares, ut primò liberos in conſpectu ſuo occiderent, & poſtremo in ſe hoſtili ferro ruerent. At filii timentes mortem, precibus fatigabant patrem, ut interfectoribus, opes univerſas, quas in Italia habebat, pernumeraret, ne ipſi perimerentur. Verum pater liberorum preces averſatus, juſſit, ut forti animo, ad imminentem mortem irent. Hi quidem primò interfecti ſunt. Poſtea ſe necandum & ipſe interfectoribus præbuit. His ita peractis, nec reliquis Græcis pepercit Mahometes, verùm omnes, quotquot liberati aderant Byzantii, ad ſupplicium extremum rapi juſſit. Et hi quidem pecorum modo percuſſi, nulla eorum habita ratione, periere. Rectè ergo Leunclavius *in Appendice ad Glycam*, ſcribit: miſerabile hoc Conſtantinopolis exitium, videor omnia, quæ per univerſum orbem contigerunt, excidia ſuperaſſe &

merito Nicolaum V. P. M. poſt [illegible] he-
tem, nullus vidit ridentem, neque illo am-
plius, proſpera valetudine fuit.

14 Sed non hic ſubſtitit victoria Mahomet-
is enim Anno Chriſti 1460 totum quoque Im-
perium Trapezuntinum, in ſuam poteſtatem re-
degit, Davide, ultimo ex Comnenorum familia
Conſtantinopolim traducto, ibique cum tota
familiâ interfecto. *Chalcocond.* qua de re [illegible]
vius. ſub Anno. 1461 num. 30. Turcarum Impe-
rator, Trapezuntem urbem, & univerſam Col-
chidis regionem, in poteſtatem redegit. Præerat
urbi Davides, Comneniâ ſtirpe oriundus, Impe-
rator. Is ſubitò ingentium hoſtium copiarum ad-
ventu perterritus, cum viribus reſiſtendi deſtitu-
eretur, ſe quantumvis invitus ſubmiſit. Erat in
pactis, ut Mahometes illius filiam uxorem du-
ceret; illique ipſi aliam urbem, & regionem tri-
bueret. Et quidem Regionem, & oppidum [illegible]
veſtitusque nomine, juxta Serras illi aſſignavit;
filiam vero ejus ex pacto non duxit, ſed Docto-
ri ſeu præceptori ſuo, matrimonio junxit, cum
multum laboravit, ut Saracenam faceret, ſed fru-
ſtra. Ita tantam provinciam Sultanus, abſque
labore, ac prælijs adeptus eſt, quæ ab Amiſſo
initium capiens, uſque ad Iberiam (hodie Geor-
gianam appellant) fines porrigitur, oppidis, ur-
bibus, hominibus, frequens, & numeroſa. Capta
urbe, cives Trapezunti trifariam partitus eſt:
partem unam retinuit ipſe, ex qua ſe [illegible]
rios, & Spahoglanos, quos in aulis [illegible]
eorumque miniſterio utebatur; nec non ipſis
nefario captus amore, abutebatur. Partem aliam
Conſtantinopolim, colonos transmiſit [illegible]

illic

illic in patria habitare juſſit, non quidem intra urbem, ſed extra mœnia. Davidis filiam, quam quam alteri nuptam, paulò poſt in ſuum cubiculum accerſivit. Ejusdem Davidis filium juniorem, nomine Georgium, cum Adrianopolim veniſſet, ad Turcorum ritus induxit: nec multò poſt illum ipſum, & fratres & Patrem ejus Imperatorem, ex ſola ſuſpicione, quaſi cum Vſumcaſſane conſpiraſſent, Conſtantinopolim abductos necavit: atque ſimul Ioſephum Patriarchico ſolio dejecit, eique canos præcidit; ſed & magno Eccleſiarchæ iratus, naſum ei fidit, *videatur Reineccius in append. hiſt. oriental. & Cruſius, in Turco-Græc paſſim.*

15. Ex Græcis, plurimos profugos, Nicolaus Romanus Pontifex, Romæ benignè habuit, multâq; pecuniâ ad redimendos captivos juvit, cùm etiam eis Franciſcus Philelphus Pontifici à ſecretis non deeſſet: ſed datis ad Guillelmum Vrſinum, Franciæ Cancellarium, qui apud regem Carolum pro eis intercederet, ad Ludovicum Mantuæ Marchionem, ad Ioannem Palęologum Montis ferrati Marchionem, & ad alios proceres litteris, calamitoſos commendavit. Ex his præcipui fuêre, tres nobiles Conſtantinopolitani Diplovatazii, Manuel Agallus, Manuel Hiagapetinus, Dionyſius Hieromonachus Abbas, qui lytron quærebat pro ſuis Monachis redimendis; Nicolaus Trachaniotes, Alexander Cananus. Michael Dromachates Chryſolora, Manuelis Chryſoloræ, qui extincta litterarum ſtudia apud Latinos revocaverat, neceſſarius: Demetrius, & Michael Aſſanas, Ioannes Argyropylus Philoſophus eloquentiſſimus, Demetrius Palæolo-

gus, Andronicus Trychas, Georgius [illegible] &
complures alii opulenti, ac principes, in miſe-
riam delapſi. *Bzovius, A. C. 1453. n. 11. Cruſius in Turco-*
Græcia f. 7. & 234.

16. Mahometes quidem permiſit ut Græci
Gennadium Scholarium eligerent Patriarcham,
qua de re ita ſcribit, Auctor Patriarchicæ Con-
ſtātinopoleos Hiſtoriæ *apud Cruſium in Turcogræcia:*
quo Anno Turcicus Rex Mechemetes Conſtan-
tini urbem expugnavit, ſciens Romanis, ſeu
Græcis, ſemper fuiſſe Patriarcham: propterea
quòd eâ in urbe, antequàm eam expugnaſſet, ma-
joris temporis partem exegerat, reſque Ro-
manas, & ordines gubernationeſque illorum,
probè, & exactè noverat: mirabatur, quid
cauſæ eſſet, quod Patriarcha non veniret ad ſe
ſuppliciter, honoris cauſâ pro Domino eum a-
gnoſcens: itaque commotus, cogitabat, quid
hoc rei eſſet: ac continuo accitis Eccleſiaſticis
viris, dixit ubi eſt, qui Patriarchæ munus gerit?
Quare non acceſſit, ut mihi tanquam Regi reve-
rentiam debitam exhiberet? Hæc Sultanus. Ma-
gna enim ejus animum inceſſerat cupido viden-
di Patriarcham, & cum eo de religione collo-
quendi, ut ex eo quærens, res divinas cognoſce-
ret. Tunc reſponderunt Clerici illi: Iam a longo
tempore non habemus Patriarcham. Qui enim
Patriarcha fuit: ſua ſponte adhuc vivens, ſedem
ſuam reliquit: & ab eo tempore, nullum alium
ſuffecimus. Hoc rex audito, ceſſavit ab ira, quam
conceperat: ſuaque voluntate poteſtatem eis
creandi alium dedit, dicens: Vos vero facite Pa-
triarcham quemcunque volueritis, ex præſcripto
Religionis veſtræ. Hoc autem, quòd ita de fa-
ciendo

ciendo Patriarcha dixit, non amore Religionis ab eo dictum fuit, ſed callidè. Voluit ſcilicet, ut Chriſtianis ubique diſperſis innoteſceret, iterum præeſſe Patriarcham: quo ſic ad conferendum ſe in urbem allicerentur. Acceptâ igitur hâc facultate: Clerici de mandato Regis, congregarunt certos quosdam, qui in vicinia erant Sacrorum Antiſtites. Hoc modo Synodo coacta, elegerunt unâ mente, & voce doctiſſimum, & prudentiſſimum virum, Georgium Sholarium, qui ſtante adhuc Imperio Romano, in judicio Imperatorio Iudicem egerat: ac quo tempore Rex Ioannes Palæologus in Italiam profectus fuerat, ubi Florentiæ Synodus facta eſt, ſecum illum inter alios duxerat: ut eruditione præſtanti præditum &c.

17. Sed non obſtante eo, quòd Græcis conceditur Patriarcham habere, nihilominus falluntur ii qui putant: conſcientiæ Religionisque libertatem Chriſtianis in Turcia permitti impuneque eſſe ibi, quam velis profiteri confeſſionem, ſed certè, libertas illa in Atheiſmum vergit: & conſtat, Chriſtianos qui inibi ſunt, nomine quidem tales eſſe, cætera vero rudes: eo quod ſcholis, Epiſcopis, Eccleſiaſtica diſciplinâ & reditibus ſacris aliisque ſubſidiis careant, quibus tanquam legitimis mediis, veritas & ſynceritas in Religione conſervatur. Refertque Petrus Bellonus lib. 1. Montem Athon, in ea ſanctimoniæ opinione apud Græcos eſſe, quâ Roma apud Latinos: attamen inter ſex Calojerorum (ita Monachos vocant) millia, qui nunc in eo monte verſantur, vix binos aut ternos in ſingulis monaſteriis inveniri, qui legere aut ſcribere nôrint.

Et

Et ſcribit Ioann. Bapt[illegible] [illegible]
nienſis *in com. rer[illegible] T[illegible]* [illegible]
injurias omnes, quas [illegible]
Chriſtiani recenſere vellem [illegible]
piâ fatigarem, aut dictis [illegible]
cet ingens ac miſeranda Chri[illegible]
vis, victu habituque fœda, [illegible]
ginquos Aſiæ ſinus, ubi religionis Chriſti[illegible]
vix reliquum germen con[illegible] ſed per Euro-
pam nobis côtermin[illegible] [illegible]
jectam. Hi non domum, non agr[illegible], non [illegible]
des, non uxorem, nô filios, neq[illegible] [illegible]
proprium aut tutum habent, [illegible]
juscunque privati, ne dum do[illegible]
non ſit expoſitum. Eidem paulo poſt [illegible]
Serviæque pars reliq[illegible] ſic[illegible] [illegible]
gitur ſpatium, ita maxim[illegible] [illegible]
colluviem. Hic primum [illegible] catholicos [illegible]
reperire, neque alibi Turcarum ſub [illegible]
rior vel major eſt cultoribus [illegible]
plurimi enim ob ſacerdotum [illegible]
rios errores ac nugas de[illegible] [illegible] neque [illegible]
ſciunt ipſi quid credant: [illegible]
nomina Chriſtiana ſibi in[illegible] [illegible] Tur-
cis differunt, cætera rudes. Non diſſimilia de mi-
ſeria Græciæ, refert Theodorus Zygomalas,
apud Cruſ[illegible] in Turco Græc. Regiones [illegible] & par-
tes noſtri orbis: ut eſt Thracia, Macedonia, Hel-
las, Poloponneſus, Epeirus, reliquæ [illegible]
etiam Civitates: ut eſt Heraclea, Theſſalonica,
Athenæ, Nauplium, Naupactus, Io[illegible] [illegible]
liæ, mira bonitate præſtare: tum opportunitate
& amœnitate ſitus, tum temperatione [illegible]
[illegible]ludine & ſalubritate aquarum, & aliis [illegible]

[illegible]

tum terræ, mariſque commodis, ita ſtipatas & conſtructas eſſe ut quæcunque ad vitam incolentium requiruntur, hæc affatim omnia ſuppeditent. Omnibus autem his ſervitute ab Agarenis (heu) impoſitam eſſe: afflictiones item, & neceſſitatem quærendi victum & amictum, gravius eſt premere; quam ut ſtudiis literarum vacare liceat. Idemque de Turcica puerorũ exactione ſequentia addit: Mittitur ex Porta, ſeu aula Imp. Centurio, cum XXX. Ianizaris, ad certam provinciam, cum edicto publico, ad capiendos Chriſtianorum pueros. Protogeros urbis, aut pagi (nobis Iudex, Præfectus, aut prætor, eſt) cives ſuos cum filiis convocare cogitur. Ex his deligit Exactor formoſos, aut fortes, aut artifices alicujus rei, ut ſecum abducat. Qui duos filios, aut plures habet, unum dare cogitur. Si filium celet, aut is fugiat; parens tormentis ſubjicitur, donec ſiſtat filium. Multi Græci, paupertate, aut diffidentiâ, aut avaritia, impulſi; omnes filios interdum, præter unum, ſuâ ſponte dant: ne eos alere cogantur, aut quod eos ſibi ſuiſque ſi emergant, uſui fore ſperant. Qui lautioris fortunæ, animive honeſtioris, ſunt, filios ſuos L. aut LX. nonnunquam centum Ducatis, ab exactoribus, ut plurimùm ſuo lucro inhiantibus, redimunt. Hæc exactio periodum quinquennalem habet. Infra ſeptennium pueros, illosque qui uxores habent, accipi non licet. Ex Aſia autem & Europa, capiuntur omni; præterquam ex Aegyptiis, quos inutile genus hominum dicunt: & ex Vngaria, & aliis quibusdam civitatibus, certa ſua privilegia & conditiones habentibus; & Conſtantinopoli (quia ſedes Imperatoria) ac Perâ.

Nau-

Nauplioque ſuas ob cauſas. Sed & aliquot Hungarorum millia excepta ſunt: propter certa ſervitia, certo annorum ſpatio, bellique tempore, Imperatori Baſſisq; præſtanda. Pueri autem capti, in 3. ampliſſimis domibus (una Conſtantinopoli, altera Peræ, tertia Adrianopoli) educantur: donec linguam & religionem Turcicam edocti, in aulam regis recipiantur. Qui verò præ reliquis placent, ſtatim in aulam aſcenti, vel cubicularii fiunt, vel in domo theſauri Regii, aut in penore aromatorio, degunt; Præceptoribus, linguæ & Religionis utentes. Ibi concluſi manent, usque ad 25. aut amplius, annum ætatis: donec tandem, velut Capitanei, civilibus & bellicis muneribus præficiuntur: in quibus gradatim ad ſummas aſcendunt dignitates. Ex talibus cubiculariis præficiuntur, Beglerbegi (totarum provinciarum Rectores) huncque dignitates, rariſſimè nati Turcæ contingunt. Diſcunt præcipuè, arcubus jaculari, & curſu equeſtri contendere. Ex reliqua puerorum fece, opifices fiunt, artificibus commendati. Quidam piſtrino, & culinæ Regiæ inſerviunt. Maxima pars viretis Regiis (quæ circa Conſtantinopolim magno numero ſunt) præficitur. Alii aliis operibus ſervilibus addicuntur, ſunt enim lanii, lapicidæ. Et hoc peſſimum hominum genus eſt, Chriſtianisque infeſtiſſimum. Diaboli aulici vocantur: quod Chriſtianos omnes, præſertim peregrinos, conviciis proſcindant, impedum & pulſent. Quorum magno numero ne Turcæ quidem ſeſe opponere audent. Sequentia etiam Mart. Cruſius in dicto Tractatu habet: In Patriarchæ monaſterio & collegio, numero

Ipſo

ſplendor, nulla pompa, conſpicitur. Non Epiſcopos, aut magnos Prælatos, alit; ſed Monachos aliquot cucullatos: ex Laicis nobiliores & doctiores, familiares, & quaſi Conſiliarios, rerumque adminiſtros, habet. Patriarcha, à Turcis prætereuntibus non honoratur: ſed contra, à malignioribus, omni convitiorum genere proſcinditur: quibus blanditiis, etiam Legatos Principum Chriſtianorum, obvii quique excipere ſolent: appellando incredulos, ethnicos, canes, meretrices, & alia multa. Nec inter purpuratos Imperatoris locum Patriarcha habet: niſi quando tributum 4000. Ducat. & tantundem ferè Baſſis, præcipuiſque Officialibus Regis, affert. Tunc miſero, inter ipſos locus datur. De miſeria item eorum qui Turcis ſe dedunt, multa Camerarius habet, *cent.2 C.25.* quæ non exſcribo. Vnicum ergò nunc opto, itidem cum Cruſio noſtro *in Turco Græciæ fol.127* ne veritas proverbii, hocce rerum ſtatu comprobetur. Aliquo pari certante, vincit tertius. Cujus ſenſum hanc eſſe ait: duobus inter ſe contendentibus, & defatigatione à certando diſſidentibus; ſi quis ſuperveniat tertius, eum fieri primum: propterea quòd illos inveniat, illa decertatione defeſſos, & jam ad reſiſtendum invalidos.

18. Multi quoque, multis perſuadere nituntur; Græcos in omnibus ferè, cum Reformatæ Religionis aſſeclis conſentire. Sed tamen ex Actis Theólogorum Würtembergenſium, & Patriarchæ Conſtantinopolitani, Witteber gæ A.C.1584. editis. apparet, illos in articulo de Libero arbitrio, de Iuſtitia fidei, & bonis operibus, de Sa-

de Sacramentis, [illegible] de Tranſſubſtantiatione, Invocatione [illegible], de Monaſticis votis, idem cum Romano-Catholicis ſentire. Quædam tamen dogmata ſunt, in quibus una cum Reformatis, contra Pontificem Romanum pronunciant: ut de [illegible] Pontificis auctoritate, de Purgatorio, de [illegible] pro defunctis, de communicatione ſub utraque, de cœlibatu Clericorum. Sunt & ubi [illegible] ab utriſque: in primis de Sp. S. proceſſione, [illegible].

Chronographicam Iac. Gaulterii [illegible] in collat. veterum Errorum, cum recentioribus [illegible] 4. 5 [illegible]

Conſtantinus Ultimus ſilius [illegible] Imperator [illegible] dia Græcia, jam agitizante [illegible] ſubiit. 1

Conſtantinus primum fortiter Turcis [illegible] ner[illegible]vit. 2.

Conſtantinus unionem, cum Latina Eccleſia [illegible] 1.

Gennadius perditionem Græcorum, [illegible]

Chriſtianorum bella impediunt, [illegible] fuerint ſubmiſſa. 4.

Bella Chriſtianorum, Latinorumque item æmulationes, diffidentiæ, & diſſidia in Religione, [illegible], & occaſionem, ad Græciam opprimendam præbuerunt. 3. 4.

Annus & dies quo Conſtantinopolis a Turcis capta fuit. [illegible] 6. 7.

In Feſto Pentecoſtes ea urbs capta; ut [illegible] cos propter errorem de Sp. Sancti proceſſione, puniret. 6. 7.

Sæpè Imperii alicujus conditor, & everſor, ejuſdem nominis ſunt. 6.

B. Catharina Bononienſis, prævidet interitum Conſtantinopolitanus. 8.

Prodigium, quod excidium, & cladem urbis Conſtantinopolitanæ denuntiavit. 9.

Conſtantinopolitanum [illegible] ſuæ obſidionis [illegible] facile [illegible] fidem adhiberent. 10.

Pro-

Vrbis Conſtantinopoleos, Sanctæque Sophiæ Templi encomium. 11.

Iſidori Cardinalis, querela, de capta urbe Conſtantinopolitana. 12.

Leontarii cujusdam egregium facinus. 13.

Occupatio Imperii Trapezuntini. 14.

Græci docti, in Italiam profugi. 15

Græcis conceditur, ut eligant Patriarcham. 16.

Sed tamen Chriſtiana Religio ita ibi libera eſt; ut paulatim in Atheiſmum neceſſario ſit tranſitura. 17.

Miſeria eorum qui ſub Turcico Imperio degunt; tam politici quàm Eccleſiaſtici Regiminis ratione. 17.

De Religione Græcorum. 18.

F I N I S.

SE-

A01 1473939

Digitized by Google